cetur anim⁹ ei⁹ alio distractus:ita vt nō ab animi ratiōe:sed a pedum vsu & viȩ directione in vrbem proficiscatur)an sup. ducunt eo quo via ducit te:videlicet vrbem vel an ducunt te in vrbem.quo.i.ad quam ducit te via. Respondet Mœris ad id qđ ille mirabatur quid videlicet insolens in vrbem ꝓficisceretur. O Lycida nos viui.i.diu viuendo:peruenimus sup.ad id quod nunq̃ veriti sumus(vñ maior est calamitas qa mala pręuisa minus ledunt.Est ergo pathos ab eo qđ est præter opinionē.Est p̄terea seuera sententia.quia vita diu beata hic esse nequit vnde q diu viuunt in calamitatem aliquam necesse est incidant qđ iuuenalis vt Mancinel.recitat graphice docet & cherea Terentianus i eunucho qui in beatitudine p̄nti mori optat dicens. Nūc est tempus ꝓfecto interfici cū perpeti me possim ne hoc gaudiū contaminet vita egritudie aliqua.Probat item per hoc se anno sum esse:vnde poetȩ patrem censeam(vt videlicet aduena:& forte gallus aut externus miles:effectus.s.possessor nostri agelli)qa mercēnarij res heroꝶ suas vocāt sed potius nostri quia pater & filius vnius rei possessores sunt diceret hęc sunt mea.i.hęc arua hęc domus & possessiones & omnia q̃ hic sunt:sunt mea vos coloni veteres migrate.i.traducite alio habitationes vestras & euacuate nostras.Nos ergo victi.i.violenter extrusi:qm̄ sors versat omnia.i.quia nulla certat hic possessio nec firma rerum cōditio(vt Offellius rusticus apud Horatiū scđo sermonū sic docet.Nam ꝓprie telluris herum natura neq̃ illū nec me nec quemq̃ statuit nos expulit ille:Illum aut nequicies aut vafri inscitia iuris.Postremum expellet certe viuacior hęres. Nunc ager vmbreni sub nomine.nuper ofelli.Dictus erit nulli ꝓprius sed cedet in vsum Nunc mihi:nunc alij.quo circa viuite fortes. Fortiaq̃ aduersis opponite pectora rebus.est autem dictum istud per amaritudinem rusticanam non quidem respiciendo ad augustum.Nam q sua perdiderunt:censent oīa perdita.vnde dido cui fides seruata non erat inquit nusq̃ tua fides(nos ergo victi mittimus nūc existentes tristes)construenda em̄ sunt ea epitheta victi tristes:diuisim.nisi forte legendū sit.Nunc victi & tristes:aut nunc victi tristis qm̄ sors.vt sit tristis sors:illi.s.aduene: videlicet atrio q nos migrare fecit hos hædos quos scilicet in humeris portabat:qđ.i.quæ res nec bene vertat sup.se.i.non vertatur illi in bonū sed in perniciem quasi optet vt post eos hædos non amplius edat. Respondet Lycida ostendens vt dixi.Mœrim esse mercennariū aut potius patrem menalce per quem poeta intelligēd⁹ ē.Eqdē i.ego qdē certe audieram Menalcā vestrum.s.herū aut potius herilem filium:& ita propter vtrūq̃ parentum pluraliter loquaꝛ: aut quia Vergilio fuerant plures mercennarij:seruasse.i.recepisse sibi:carminibus.i.per carmina sua omnia sup.loca vt arua & pascua:ab ea sup.parte qua colles.i.monticuli incipiunt subducere se.i.dissolui in equor:hoc est planos campos: & demittere. idest deorsum mittere & relinquere iugū idest summitatem molli cliuo.id est facili decensu nec saxoso:vsq̃ ad aquam scilicet mincij fluminis & vsq̃ ad carmina id est summitatē fagi veteris(de qua dictum est.Tityre tu patule recubens sub tegmine fagi.vnde dicit iam fracta : quasi tunc cum sub vmbra iaceret non essent fracta : innuens per allegoriam nūc possessiones esse fractas quę per fagum vt illic dictum est recte intelliguntur) iam ergo fracta scilicet vt inuasoris potius q̃ vetustate . Nam quod dicit veteris pathos habet sicut ibi. Veteres migrate coloni . durum em̄ est diu habita derelinquere.Respondet Mœris Audieras scilicet Menalcā

Verg.ponit Colūbas qa mīora maiorib⁹ cedūt:nec vllaꝶ viriū sunt licet priora.Chaonias epyroticas.In epyro eīn nem⁹ erat in quo columbas dare responsa dicebāt:quo idcirco fingunt quoniam Thestalia lingua peliades & columbȩ & vaticinatrices mulieres dicuntur.

PRO. ¶Chaonias.c.qm̄ columbe in chaonia regiōe epyri in q̃rcu arbore sedisse dicunꝛ:& humana voce dedisse rn̄sa:& ita bonū augurīū erat si coruus dextra cornix sinistra volaret:vt Cice.diuinarum.Quoꝶ a dextris coru⁹ sinistra cornix facit augurium.

MAN. Quo te Mœri:argumentū patet carminibus. Viui peruenimus em̄ vita longior plurima incōmoda afferre.vñ Iuuenalis de priamo inqt sat.x.Longa dies igiꝛ qd ꝯtulit oīa vidit euersa: & flammis Asiam ferroq̃ cadentē. Victi.i.supati violētia militū.Est aūt ordo:Nūc victi nos qm̄ sors oīa vergat. tristes.i.inuiti mittimus illi.i.aduenæ possessori hos hedos:qđ nec bn̄ vertat.id est bonū conuertat:Sors omnia versat.Sed ꝓfecto fortuna in omni re dominaꝛ qd Salustius in Catili. & Laberius teste Ma.li.ij.Fortuna īmoderata in bono equæ atq̃ in malo. Fortuna. Qua se subducere colles:describunꝛ hic Maronis agri.Subducere:descendere.Dimittere iugum.i.relinquere summitatē.Molli cliuo facili descensu habebāt em̄ Maronis agri iunctos colles:ius erat ei ad illoꝶ summitatem.Est & mihi agellus hmōi nā ad occidentē collis est cuius mihi possessio ad summū tantūmodo est:postea vero campus inest alterius coloni vsq̃ ad aquam in Tityro dixerat:q̃uis lapis oīa nud⁹ Limosoq̃ palus obducat pascua iunco.Fagi:propterea nō ab re sub tegmine fagi recubans dixit.Melibœ⁹ Carminibus seruasse me.hoc loco nō pastor Menalcas sed Verg.intelligendus p allegoriam:vt scri.Fab.li.viij. Aquila veniēte minora em̄ auguria maioribus cedūt.Chaonias columbas.In epyro erāt primi chaones:a qbus chaonia dicta:vt scri.Ply.li.iiij. Chaonie colūbe. Aliter Maro li.iij.refert aūt Herodotus li.ij.Euterpe.s.geminas ex egypto columbas euolasse:v trāq̃ nigram:vnā quidē in aphricā:alteram vero in Dodonam Epyri q̃ fago insidens humana voce elocuta sit eo loco Iouis oraculū condi debere.Eam vero quæ ad aphros abijsset columbā iussisse.Aphris vt Ammonis oraculū cōderent quid oraculum & ipsum Iouis erat Refert demū Hero.ipse colūbas illas fuisse revera fœminas sacerdotes & sorores a phenicibus his locis venditas &c.

Menalcam hoc est Vergilium ea omnia seruasse & fama fuit Sed o Lycida.nostra.heri aut filij mei & mea (nam & ipse canit) carmina valent inter tela martia.i.bellica & militaria signa tantum.i.in tantum.scilicet precise:hoc est & non amplius:quantū dicunt.s.historiarum aut augurij periti colūbas chaonias:id est epyroticas:valere sup.veniente aquila.i.dum aquila inuolat in eas quod nihil est.aut aquila veniente. i. dum aquila conspiciꝛ ab auguribus:quia vero rusticus licet augurij nō imperitus:qa dictum est ipsum etiam mage peritum fuisse tamen quia tali augurio fidem non adhibet:aut quia non sue sed augurum authoritati innititur:bene addit dicunt.Sensus autē scđm Mancinellum est q̇ minus augurium per maius vincitur.Sed est non inepta nec extorta allegoria.Nā per chaonias columbas Iouis sacerdotes significantur.per aquilam vero Romanoꝶ signa.sed columbe Iouis quæ oracula dabant.i.mitia responsa Aug.Vñ dictum est.hic mihi responsum pri.dedit &c.Parū valēt cōtra aqlam.i.militarem violentiam:quod nimirum pręten dit.

SER. SERVIVS.

¶Quacunq̃.s.rōne.Recte aūt augurio ꝶperitiam dat ei de q̃ dixerat sæpe lupum fieri. Nouas.I. magna militaria iurgia. Sinistra.Augures enim designant lituo spacia & eis dant nomina, vt prima pars antica posterior postica item dextra & sinistra.Dicit ergo cornicem de nulla parte venisse:sed ab antica ad sinistrā volasse:Ilex vero que glandifera arbor est cum caua.i.vitiosa est vitium agrorum significat per milites clamore & litib⁹ gaudētes: sicut cornix que clamore lætaꝛ:& alias aues inuadit. Augurīū vero ꝓhibuit:vt abstineret a militib⁹ qui retenturi erāt agros Tecum solatia: nam cum suis solatijs cadit poeta:q nōdū editis carminib⁹ moriꝛ .Nōdū ei aliqđ op⁹ scripserat Ver.Solatia latēter tpa Aug. carpit:i qb⁹ carmina

Quod nisi me quacunq̃ nouas incidere lites
Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix:
Nec tuus hic mœris:nec viueret ipse Menalcas.
Heu cadit in quēq̃ tātū scel⁹:heu tua nobis. Ly.
Pœne simul tecum solatia rapta Menalca?
Quis caneret nymphas:quis humum florentibus hærbis
Spargeret aut viridi fontes induceret vmbra?
Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper:
Cum te ad delitias ferres amaryllida nostras.
Tityre dū redeo(breuis est via)pasce capellas:
Et potum pastas age tityre:& inter agendum.
Occursare capro:cornu ferit ille:caueto. Me.

ASCENSIVS.

AS C. ¶Qđ nisi me &c.Multa q̃ hn̄r ī ducunt me vt per Mœrim patrē Ver.itelligā.rursūq̃ ī eoꝶ sentētiam incidam q̃ quod in prima dictum est. Fortunate senex ad eundem referunt eo q̇ cum vterq̃ Maro etiam vterq̃ tityrus dici posset.vñ etiam illic induciꝛ augurij peritus dicens Sæpe malum hoc nobis:si mens nō leua fuisset.De cœlo tactas memini prędicere quercus. Vbi etiam secundum nonnula exemplaria habetur hic versus Sæpe sinistra caua prædixit ab illice cornix vt scilicet eundem agnoscas. Sed vt illū locum p̄termittā quę hic dicunꝛ manifestissime patri ipsius poetæ cōueniunt:nō em̄ mercennarij videntur item dirimere:nec se(vt dicam) domino præponere sicut hic faciet. Mœris : dicturus. Nec tuus hic Mœris

a Immo hæc quæ varo necdũ[a] pfecta canebat:
Vare tuũ nomẽ (superet modo mãtua nobis:
Mantua ve misere nimium vicina Cremonæ)
Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.

PIERIVS.

a ¶Necdũ pfecta. Codices aliquot antiq, Nondũ pfecta, legũt sed necdũ, magis acceptum.

Mœris: nec viueret ipse Menalcas. Præterea lõge alienũ vr a mercẽnarij officio hr̃e augurij peritiã: q̃ patrifamilias vt hoi libero optime cõpetit. Cæterũ si qua expositionis egẽt ex ordine patebũt: quem priusq̃ posuero,

Bero. Beroaldi in seruiũ annotationẽ p̃mittã: q̃ talis est. Verg. vtpote oim disciplinarũ particeps ois expers erroris legerat in augurũ

Cornix sinistra. libris cornicẽ a sinistra parte ratũ facere auspiciũ. Ideo sinistram cornicẽ appellauit quasi a sinistra ratũ faciẽtẽ: namq̃ vt Cicero scribit in libris de diuinatione. Alijs auibus dextra, alijs leua datũ est vt ratũ auspiciũ faciãt: & alibi. Cur a dextra inqt coruus a sinistra cornix faciat ratũ. Illud quoq̃ Plautinũ in asinaria huic sniæ cõuenit picus & cornix est a leua. Coruus porro a dextera: qd' diligẽter videt̃ Maro obseruasse & facũdissime: transtulisse. Et hoc idẽ fortassis respexit Hora. sic scribẽs in carminib⁹. Teq̃ nec sæuus vetet ire picus: nec vaga cornix. Nõ est hoc in loco p̃tereũdũ id qd' a Ply. tradit̃ li. x. videlicet Cornicẽ esse alitẽ in auspicate garrulitatis a qbusdã tñ laudatã: hæc oĩa a curioso interprete fuerãt inuestiganda: & ad narrationẽ vergiliani carminis publicanda. In eadẽ quoq̃ ægloga. illud frigidiuscule exponit. Quis humum florẽtibus herbis spargeret: cũ poeta clãculũ alludat ad carmẽ cõpositũ in daphnidis laudationẽ vbi iste versiculus legit̃. Spargite humũ folijs: inducite fontibus vmbras. hæc

Ordo, ille. ¶Ordo est. Qd' si cornix sinistra. i. a sinistra parte a qua ratũ facit auguriũ volãs nõ monuisset me añ. i. prius ab ilice caua: in qua. s. sedebat incidere lites nouas. i. magnas & rusticis insuetas: qa cũ militibus: nec hic tuus mœris hoc est nec ego: nec ipse menalcas. s. filius meus dulcissimus musicus viueret. At qd' Lycidas: heu cadit tm̃ scelus in quẽq̃. i. añ fieri põt vt qsq̃ tã scelestus viuere possit q te & menalcã interimat̃ heu o menalca: fuerãt ne sup. tua solatia. i. carmina solatiosa: pene. i. quasi: rapta. i. ablata tecũ. Quis (si tu raptus esses) caneret nymphas vt, Galatheam amaryllida &c. qs spargeret herbis humũ florẽtibus aut qs induceret. i. delectaret: aut vt cooperiret fontes vmbra: hoc est: qs caneret carmina qbus ea fierẽt sicut menalcas cecinit dicẽs. Spargite humũ folijs inducite fontibus vmbras &c. q. d. alius nemo id posset: in quo cõsistit laus poetæ: & ideo a lycida nõ a patre dr̃: vel qs sup. caneret carmina q̃ ego tacitus. i. occultus & secretus cũ tu. s. modulãs carmina tua notares sublegi. i. suffuratus sum tibi cũ tu ferres te ad amaryllida appositorie nr̃as delitias. i. cũ tu pfecturus ad amaryllida: hoc est romã: dicebas ad mercennariũ tuũ: Tityre pasce capellas dũ redeo: redibo aũt ppe diẽ: qa breuis est via: id aũt dicere solẽt heri abeũtes ne absentia eorꝝ seruos aut mercẽnarios negligentes efficiat: & o Tityre age. i. impelle sup. capellas: pastas. i. postq̃ pastæ sunt: potũ. i. ad aquas vt potẽt: est em̃ supinũ a poto & caueto inter agen. i. dũ ages tu eas potũ occursare. i. obuiã currere capro theocritus dicit: coleato vt aulus gellius attẽstat̃ sed q vertit maronẽ secutus capro etiã dicit. Immo sup. potius dic qs caneret ea carmina q̃ menalcas canebat Varro necdũ pfecta. i. q̃uis nõdũ pfecta essent: p qd' ostẽdit̃ magna amicitia inter vtrũq̃ cũ etiã impfecta ei recitaret carmina. Ea aũt sunt. O vare cygni cãtãtes. i. poetæ: habet tñ nescio qd veneris ac gr̃e plus q̃ si poetas duceret: ferẽt sublime. i. in altũ vt cygni volãt: ad sydera: tuũ nomẽ mõ. i. si modo aut dũmõ Mãtua

superet

carmina non oblectationi fuere: sed solatio qd' infœliciũ esse cõsueuit. Quis humum flo. her. spar. sic dictũ: vt, Tũ phaetõtiadas musco circundat amare corticis: atq̃ solo pceras erigit alnos. Fõtes induceret vmbra, tegeret, cooperiret. Vel q̃ suble. taci. ti. car. nu. rustica affectione se reminisci illorꝝ carminũ fingit q̃ aliqñ a Vergi. licet inuito Romã eũti abstulerat. Nã sublegi est furatus sum. vñ & sacrilegus dr̃ q sacra legit. i. furat̃. Delitias no. i. cõem amicã. Tityre dũ redeo breuis est via pa. ca. Theocriti sunt versus de verbo ad verbũ trãslati: sed tñ ver. negociũ cõtinẽtes. Nã allegorice imperat suis: vt rẽ tueant̃: nec tñ audeãt cõtra Arij p̃ceptũ venire Sacrilegus. τυτυρε μιντο καλον μεφυλαμενε βοσκετα ϖαιτασκαιποτι ταμ κρασ παμαγετιτυρεκαι τομ εμ ορχαμ τομ λιβυκομ κρανωμ αφυλασσεωμπτυκορυ ψεν. Inter agẽdũ: dũ agis & honesta locutio ẽ: si dicam⁹ inter cœnãdũ hoc sum locut⁹. Necdũ pfecta: nimiæ familiaritatis est signũ qd' ei recitabat carmẽ nõdũ ad limã reductũ. Dicit aũt carmẽ qd' quasi cœperat in honorẽ Vari cõponere & p trãsitũ ponit diuersa schedia. Superet mõ mantua no. supsit reddat̃. Et hoc dicit. Si nobis Mãtua fuerit reddita: faciã vt te celebrẽt oẽs poetæ. Mãtua ve misere nimiũ vicina cremonæ. benigne ingemit mãtuanorꝝ infœlicitatẽ: qbus sola obfuit vicinitas Cremonẽsiũ. Nã Cassij Bruti. & Antonij copias cremonenses susceperũt: quos etiã ipsos mire excusat dicẽs. Misere Cremonæ q̃ etiã si vellet: minime tantis copijs posset resistere. Nimiũ vici. i. vsq̃ ad periculũ. Vare tuũ no. Ordo est. Vare tuum nomẽ sublime ferẽt ad sydera cantãtes cygni. i. poetæ. Sic Hora. de Pindaro. Multa dyrcẽũ leuat aura cygnum.

MAN ¶Quacũq̃: quomodocũq̃. Nouas lites. Prob⁹ scribit q̃ vbi maro amicorꝝ bñficio pmeruerat: vt agros suos reciperet cõcitauit in se veteranos adeo vt a Milone Torone primipilari pene sit interfectus ni fugisset: hinc ait: Quod nisi me &c. Sinistra diximus Tyro cornicẽ a sinistra facere ratũ: coruũ vero a dextra: vt refert Cice. pper cornicẽ igit̃ monitus Maro ab lite abstinuit. Fontes

Induco induceret. i. delectaret: inducere em̃ qñq̃ delectare significat: vt etiã Nonius edocet. Viridi vmbra: plãtãdo. s. arbores iuxta. Põt & p hypallagen legi: vt dicat q̃ induceret viridẽ vmbrã fontibus: Vel sup. qs caneret carmina &c. Tityre dũ redeo: hæc carmina Menalcas amicã petiturus cecinerat: q̃ postea Lycidas ei sublegit. Occursare capro. Theocritus ait in. iij. Tityre lasciuas virgultis pasce capellas. Post age musculosos fontis has Tityre pastas. Interea occursare capro: q veneratoris Puniceo lybicis cornu ferit ille caueto. Immo hæc immo poti⁹ qs cecinisset hæc carmina &c. Ve misere. i. valde misere ob amissos videlicet agros.

Ve. Ve autem particula in alijs vocabulis auget: i alijs minuit: hinc vehemens & vegrande dicimus & vesanos & vecordes Gellius autor est li. v. ca. xij. Superet nobis: viua supersit ad nostra commoda non aliena.

superet. i. voti sui cõpos fiat mãtua inquã nimiũ vicina cremonæ ve misere. i. nimiũ misere & miserabiliter afflicte: vñ videt̃ hic vna esse dictio ve misere qd' & Mancinellus sentit. Si qs duas cẽsuerit. Ordo sit. O Mãtua nimiũ vicina cremonæ. væ tibi sup. misere: sed cõcinnior est ordo prior.

SERVIVS.

SER. ¶Sic tua cyrnæas fugiãt examina taxos: venenata arbor est q̃

Taxus. abũdat in corsica: hæc aũt insu-

Cyrne. la græce cyrne dicit̃. vñ fecit hãc deriuationẽ cyrnæas taxos: quibus pastæ apes mel amarissimũ faciunt: verecũde suum meritũ extenuat. Non enim ait probãt: sed dicunt: nec docti: sed pastores: quibus tamen non credo: Vario: poeta est: de quo Horatius scribens: Vario fortis & hostium victor. Cynna: & hic poeta qui scripsit smyrnam: quam decem annis elimauit. Argutos

Anser. canoros. Anser ad anserem quẽdam alludit Antonij poetã qui ei⁹ laudes scribebat: de quo Cic. i phili. Ex agro phalerno ãseres appellãt̃. Ipm em agro donarat Antoni⁹. Huc ades. v̾sus Theo.

in qbus

Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos: Ly.
a Sic cytiso pastæ distentẽt[a] vbera vaccæ.
Incipe si quid habes: & me fecere poetam.
Pierides: sunt & mihi carmina: me quoq̃ dicunt
Vatem pastores: sed non ego credulus illis.
Nam neq̃ adhuc Vario videor nec dicere Cynna
Digna: sed argutos inter strepere anser holores
Id qdẽ ago: & tacit⁹ lycida mecũ ipse voluto Mœ.
Si valeam meminisse: neq̃ est ignobile carmen.
Huc ades o galathea: qs est nã ludus in vndis?
Hic ver purpureum, varios hic flumina circum
Fundit humus flores: hic candida populus antro

ASCENSIVS.

ASC. ¶Sic tua &c. Lycidas illect⁹ fragmento carminis in laudẽ Vari decantat & mœri nunc recitati: ardet desiderio plura ab eo audiendi vnde precatur suppliciter dicens cum obsecratione. Sic tua &c. Sic autem particula precantibus aptissima est: vt apud Flaccum in primo carminum.

Sic. Sic te diua potens cypri: sic fratres helenæ lucida sydera. Vẽtorũq̃ regat pater. & æglo. sequenti. Sic tibi quũ fluctus subter labere sicanos Doris amara suam nõ intermisceat vndam. Obsecrat p̃terea p summã rusticorũ spem: & ne ille causet̃ se nolle indigna canere aut tã aurea carmina recẽsere dicit: & me fecer̃ poetã &c. Plus aũt est vatem esse q̃ poetã: qa ois vates poeta: sed nõ

e diuerso

¶e diuerso:q em̃ sine diuio furore,ac diuinãdi dono elegãtia carmĩa facit poeta vt cunq dici pōt:scut Comicus dicēs Poeta cũ primũ &c.nō tñ vates: vñ fa a tet se factũ poetã: dictũq vatẽ. sed nō credere dicẽtib⁹ tm̃ de se.

Imminet & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades:insani feriant sine littora fluctus.

PIERIVS.

¶Distentent hubera vaccæ.Sunt cod.antiq in quib⁹ Distẽdant legitur.Sed distentent plenionẽ ostendit hubertatem.

✠in qbus polyphem⁹ in scopulo sedēs galatheam euocat de fluctib⁹ ad terrã. Cyclops amauit galatheã q̃ acim ĩspto Cyclope amabat. At Cyclops eũ interemit.q deorum miseratione in fontẽ cõuersus est:q Acil⁹ dr̃ latine.Quis est nam lud⁹ in vndis. Ad maiorem terrarum laudẽ dicit in mari nullam esse voluptatem.Nam plena laus contrariarum rerum continet vituperationem.Insani:magni.

Quib⁹ inductus mœris conat̃ ad memoriã reuocare carmina.ad ducitq fragmẽtũ carminis amatorĳ qđ summa arte fit ne ex cõposito oĩno poeta rem suã agere videat̃. ¶Ordo est.Sic sup.precor vt tua examĩa.i.feture apum tuar̃ fugiant taxos.i.amarissimas arbores cyrneas.i.corsica e quib⁹ q̃ non necent̃ mel insipidum referēt:& ꝑcor vt vaccæ sup.tuæ.pastæ:cytiso.i.frutice succoso & dulci.distentent.i.multũ impleant.vsq ad distentionẽ videlicet hubera sup.sua:sic sup.vt canes:sed malim vt cõprecatiua sit ꝑticula:icipe si:qd habes sup.carmis ad manũ:qa ne me forte putes indignũ q carmina tua audiã pierides.i.musæ fecerũt:&.i.etiam me poetã & carmina sunt mihi.i.& habeo etiam carmina & pastores dicunt me quoq vatẽ.i.diuinũ poetã:sed ego nō sup.sum credulus illis.Nã ego neq videor adnuc dicere digna vario:neq cynna.i.q̃ cõparent̃ illis optimis poetis sed videor strepere anser.i.vt anser poeta:aut potius auis:inter argutos.i.canoros olores.i.cygnos.hoc est suauissimos poetas.Respondet mœris.Quidẽ.i.certe ego ago.i.conor & medicor incipere:&.ꝑ.i.o Lycida:ipse.i.ego tacit⁹.i.tacens voluo.i.reuoluo & agito mecum si valeã meminisse.i.ad memoriã reducere carmen.s.qđ incipere paro neq ẽ ignobile.id est aut dignũ qđ noscatur qa insigne:aut satis notũ.deinde quasi iã ei⁹ in mentẽ venerit incipit carmen poliphemi ad galatheã. O galathea ades.i.accedas huc.i.ad me:nã qs ludus.i.q̃ voluptas(Intelligit autẽ venereã)est in vndis:q.d.nulla:& cõtra hic.i.in terris est ver purpureũ.i.tempesta verna purpureis florib⁹ ornata & humus fundit hic circum flumina varios flores.& ppl's candida.s.in cortice.imminet hic antro.i.ĩ antrũ declinat:vñ & placidũ congressum habere posset ĩ vmbra populea:& rẽ venereã in antro & vites lentæ.i.flexibiles.(Dixit alibi Aspice vt antrũ Siluestris raris sparsit labrusca racemis) intelligit ergo labruscas:texunt.id est contexte aut contextu suo efficiunt vmbracula.i.vmbrar̃ receptacula.Huc inq̃ ades o galathea:& sine.i.ꝑmitte:vt sup.fluctus.i.aut magni aut rabidi & furentes.aut ideo insani quia littora ꝑcutientes se potius illidunt:nec qcq̃ cõmodi aut sibi aut ✠littoribus

¶Cyrnæas in ligustico mari est Corsica:quã græci Cyrnon appellauere:sed tusco ꝓpiora septẽtrione in meridiẽ ꝓiecta.Ply. scribit li.iĳ.Plura tñ meminit.Dio.li.vj.Taxos:de taxo legito Ply.li.xxvj.Cytiso vide superius.Cynna.Sueto.et meminit in libello de grãmaticis.de Cynna poeta referẽs quoq hoc illi⁹ carmẽ.Secula permaneat nr̃i do ctria Catonis.Ser.addit illũ cõposuisse Smyrnã & Trangl.in dicto libello scribit Crassitiũ cõmẽtario Smyrnę edito adeo inclaruisse vt hęc de eo scriberent̃.vni crassitio se credere Smyrna ꝓbauit.Id qdẽ ago.vt icipiã.s.dixerat em̃ lycidas:icipe si qd habes.Huc ades o galathea. Fuit hæc maris nympha.Nerei & doridis filia a Cyclope Polyphemo adamata:de quo late apud Ouid.lib.xiiĳ.vñ eã vocans apđ illũ ait. Iã mō cæruleo nitidũ caput exere pōto.Iã galathea veni:nec munera despice nostra.Theocritus autem ęglo.vj.id oẽ prius descripserat.Appianus aũt in libro q illyrius inscribit̃ ait e Polyphemo Cyclope & galathea tres filios extitisse. Celto n illyrium & gallum:cosq ex Sicilia ꝓgressos:celtis & illyrĳs & galathis ab ipsis cognomen assumẽtib⁹ imperitasse.Insani furentes.

✠littorib⁹ faciũt.aut insani.i.isensati:nō absurda tñ est seruiana expositio.i.magni qa vehemēs sensibile aut obiectũ corrum pit sensum:& iō qa ꝓ voluptate dictũ est in daphnide. Nec percussa iuuãt fluctu tã littora nec q Saxosas iter decurrũt flumina valles:ne tẽperati fluctus voluptatẽ pariãt.dicit sine vt insani fluctus.i.magni & vehemẽtes feriãt.i.ꝑcutiãt littora:hoc aũt dicit quasi galathea nympha eos impediret:& ita tristi ministerio addicta sit.Bona est fantasia:quia senex diffulter meminerit ei⁹ carminis.aut quia adolescentiæ potius quadrat cum de amoribus sit ad quos senectus inutilis est:quia Frigidus in venerem senior.aut quia vt dicet oĩa fert ætas animum quoq &c.

Ordo.

MAN.

ASCENCIVS.

ASC.

¶Quid:q̃ te pura.Lycidas familiaris ipsius mœris iuuenili memoria præditus: reducit seni ad memoriam carmẽ menalce hoc est Vergilĳ:quod dicit mœrim aliquãdo sub nocte cecinisse:aspiciendo videlicet sydera. In q̃ re mira est subtilitas quasi vero non iam solũ ex cõposito sed ẽt domi cũ ociosus esset solitus eẽt decãtare carmina in laudẽ cæsaris a Verg.cõfecta. Reductus ergo ad memoriã repetit carmen de cæsare nec ꝑficit & senĳ & mœroris ꝑsentis mole cõfectus. Vñ nō valēs ꝑsa meminisse dicit oĩa fert ætas &c. Vbi dicit Ser. fert. i.aufert.Hor.tamẽ accepit ferũt ꝑ eo qđ est afferunt dicens in arte.Multa ferunt anni venientes cõmoda secũ. Multa recedentes adimũt &c.ver̃ simplex neq afferre neq auferre ꝑ se significat: sed vtrũq ꝑ respectũ:vbi grã ferat rustic⁹ agnũ:& sim in medio viæ donec ad me ꝑuenerit:afferre dicet̃:& vbi ꝑtransierit auferre sꝑ tñ vniformiter feret:sic tꝑus fert oĩa q̃ in eo siunt:qa tꝑa labunt̃ more fluctis aq̃:vita aũt nr̃a virilis est quasi in medio cursu nr̃o ꝑsistens. eo vsq ferunt anni.i.afferunt nobis & animi & corporis vires:sed pertranseuntes auferunt eas quia ergo mediũ vitę trangressus est mœris dicit omnia fert hoc est secum fert & ita quia vita me deserit aufert mihi omnia commoda iuuente: etiam animum in quem tamen mirum est quomodo temp⁹ habeat imperium:nisi quia organis pellucet & secundum eorum dispositionẽ aut perspicit aut caligat. Vox quoq mœrim.Nã fugit ipsa.Contra Cicero.de senectute.Defendi legem voconiã magna voce bonisq lateribus.Et videtis annos meos.

¶Ordo est.Quid.i.de st cur & ad quid sup.non memoras ea quæ ego audierã te canẽtẽ solũ.i.cum tu caneres & esses solus:sub nocte pura.i.suda & serena cõtẽplãs videlicet astra & ita mœor fact⁹ ¶astri cæsa

Quid:quæ te pura solũ sub nocte canentem
Audierã:numeros memini:si verba tenerem.
Daphni qd antiquos signorum suspicis ortus?
Ecce dionei processit cæsaris astrum.
Astrũ quo segetes gauderent frugibus:& quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Insere daphni piros carpẽt tua poma nepotes.
Omnia fert ætas:animũ quoq sæpe ego lõgos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nũc oblita mihi tot carmĩa:vox quoq mœrim
Iam fugit ipsa:lupi mœrim videre priores.
Sed tamen ista satis referet tibi sæpe menalcas.

SERVIVS.

SER.

¶Pura:serena. Nũeros. Metra rithmos.Cęsa.a. Cum Augu.Iulio patri ludos celebraret die medio stella apparuit. Ille confirmauit esse parẽtis. Vnde hęc scribuntur.Dionæi.longe repetitũ epithetum a matre Veneris Dionæ.Astrum græce dixit. nã stel la debuit dicere. Gauderent fru. ad mensem alludit Iuliũ:q dictus est in honore Cæsaris:quo vuę & fruges maturescunt.Carpẽt tua poma nepotes. Acsi diceret:nihil est qđ possis timere. Nã respicit qđ supra inuidiose dixit:Insere nunc melibœe piros.Fert aufert.Nã subito tacuit qa non totius carminis potuit recordari. Animũ memo iã. Lõgos soles: æstiuos dies: vt tris adeo icertos cęca caligine soles: Cõdere finire & ad occasum ducere. Lupi mœrim aiunt phisici voce deseri eũ quẽ prior lup⁹ viderit.Vñ est prouerbium.Lup⁹ est ĩ fabula:quoties venit de q̃ loqmur:& nobis aufert loquendi facultatẽ.Dionæi.ca.sic vocata ven⁹:siue mr̃ Veneris est Diuũ Iuliũ significat:quouis capiti in statua stella addita est.

¶Quid:cur nō m̃oras:Nũeros:i.rithmos teste Fabio li.ix. Est aũt rithmos,authore Diome.visus imago modul ataseruãs nũer syllabar̃ positionẽ sępe sublationẽq ꝯtinēs.Si.i.vtinã.Signor̃ i.syderũ nã vt scri.Var.li.iĳ.Signa dñr eadẽ & sydera:signa vero q aliquid significẽt:vt libra equinoctiũ.sydera q̃ incidũt Dionæi cæsa.i.venerei:ex Venere em̃ ort⁹ ẽt Aeneas:inde Ascani⁹ a quo Iulus cui regni loco apud albã sacra est ꝑtãs attributa atq honor:cuius familia fuit maxĩa atq clarissima maiorum. author est Diony.lib.j.Ex eadẽ familia Iuli⁹ cæsar ẽ:vñ & Maro aiti Iuli⁹ a magno demissũ nomẽ Iulo.qđ nō de Ascanio intelligẽdũ ẽ sed de Iulo Ascanĳ filio:qui magnus fuit quantum ad sacram potestatem & honorem vt ostendimus.vtq Cicero in lib.de.n.d.scri ✠bit.Venus

Ferre.

Ordo.

MAN. Rithm⁹.

Signa. Dyone⁹ Cæsar.

Iulius.

¶ astri cęsarei ego memini numeros.i.modulos cant⁹ si.i. vtinam:aut si tenerē v̄ba sup.vt nūeros dicerē tibi.hoc audito incipit Mœris idē carmē repetē memorās videlicet qd sub nocte solebat canē.Canebat aūt o daphni qd.i.ad qd suspicis.i. sursum inspicis:sicut illic. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso)antiquos ortus signorum.i.ortus signoꝝ antiquoꝝ: aut antiquos.i.solitos ortus signoꝝ.cū sit nouus ortus admirand⁹. vñ addit.Ecce(qd in re subita & miranda poni solet. Astrū idē sydus cæsaris dionei.i.a dione orti.vnde ven⁹ cui⁹ sydus clarissimū ꝓcessit orta est.)est Astrū inquā quo segetes idē herbæ sate gauderēt frugib⁹.i.implerent̄ granis(id aūt fit in Iulio)& quo vua.i.botrus:racemus duceret.i.attraheret colorē.s.purpureū. hoc est maturesceret in collibus apricis idest soli expositis nihil vmbre habentib⁹.O daphni insere piros quia nepotes.i.posteri tui carpent poma tua.i.arboris per te insite:volebat plura dicere:sed neqbat oblitus p̄ senio curis.lōge aūt plus q̄ē si multa caneret:oīaq; repetisse confiteret̄:tunc em̄ nō videret̄ tot carmina Verg.in laudē cæsaris & Augusti cecinisse.Videt̄ em̄ hoc secundū ad laudē Augusti ꝑtinere q̄ agros reddiderat qbus habitis cū spe perpetue possessionis dixerit.Maro. Insere daphni piros:sicut contra mœlibeus in pria ꝓfugus ꝑ amaritudinē dicit.Insere nunc mełibœ piros:pone ordine vites &c.Sciet aūt lector imperitus versuum istius & aliaꝝ æglogaꝝ quosdā vocari cātilenas qa sunt mera carmīa:vt Tityre dū redeo.& Huc ades o galathea & Daphni qd antiquos.Et Insere daphni &c.quosdā aūt rē narrare:qui ꝓ se orationi munere fungunt̄:vt sequētes.oīa fert ętas nō em̄ eos vt cantilenā recitat:sed interceptus obliuione. docet se nō amplius posse dicens quia ætas.i. longeuitas vitę fert sup. secū hoc est aufert nobis oīa.s.iuuāte bona quoq;.i.etiā animū. i.memoriam & mentē ipsā,nedum corporalia.ego memini me puerū.i.cū essem puer cōdere.i.abscondere cātādo:soles longos. i.diu sup hemisperiū nostrū apparētes & tarde occidētes: hoc ē cantasse donec sol in longis dieb⁹ occideret & conderet̄ ꝑ interpositionē terre:vt Seruius dicit. Cōdere.i.finire(sicut in primo Condere
enei.Ante diē clauso cōponet vesper olympo:vtrūq; em̄ tractū ❧ est a fa-

❧ bit.Ven⁹ ētiā filia fuit Iouis & Diones.Cęsaris astrū.Cæsar in deoꝝ numerū relat⁹ est.Siquidē ludis quos ei hæres August⁹ edebat stella crinita ꝑ septē cōtinuos dies fulsit.exoriēs circa vndecimā horā.Creditūq; est aīam esse Cęsaris in cœlum recepti.& hac de cā simulachro ei⁹ in vertice addebat̄ stella author ē Trāql. Astrū:de astro sydere & stella legito Macr. li.j.de som.Gauderēt frugib⁹:allusio est ad iuliū mēsem ī Iulij cęsaris honorē sic appellatū cū esset Quintilis:eo aūt mēse & fruges maturæ sunt:& vuę maturescūt.Processit:apparuit . Segetes: de his & frugib⁹ in principio.Geor.videto.Animū quoq; mētē ip̄am qd in senioribus apparet.hinc Iuuena.ait sat.x.Sed oī mēbroꝝ damno maior dementia:que nec Noīa seruoꝝ nec vultū agnoscit amici.Orbilio idem bñuentano.vt scri.Trāql.euenit.Nā vixit ꝓpe ad centesimū ætatis annum amissa iampridē memoria qd versus Bibaculi docet Orbilius vbi nam est litteraꝝ:obliuio.Condere:abscōdere:Longos so.tardius occidentes:hinc longos dies accepim⁹. Priores de lupis videto ægloga præcedenti.

❧ est a fabris:q dū cōponūt aut condunt materiā paratū opus absoluūt.vñ & carmīa cōponere & cōdere dicunt̄ q ea absoluūt) Cōponere.
longos soles.i.dies æstiuos:& id quoq; in grām Iulij & Augusti quasi tūc letior cecinerit qñ magni mēses illi ꝓcessere.Nunc tot carmina sup.sunt oblita mihi.i.a me aut in damnū meū.Et quoq;.i.etiam ipsa vox fugit.i.deficit & deserit mœrim.i.me:sed pl⁹ ponderis est in ꝓprio noīe.q.d.illū nobilē cantorē & id emphaticos.Lupi videre mœrim priores.i.priusq; ab eo viderent̄ & ita (vt eoꝝ dr̄ esse natura)fecerunt mœrim raucescere:hoc est credo q lupi viderint me priores:quia sic raucesco vt q ab eis pri⁹ visi dñr.Sed tñ.i.q̄uis ego āplius nō possim:menalcas referet tibi satis sępe.ista.s.q̄ desideras carmīa:aut sic sed tñ ista satis sup.sint: qa menalcas referet sępe tibi sup.ea.Patet manifeste q sub ēt tp̄is nō sp accusatiuū postulat:vbi.s.est statio & quies:vt hic sub pura nocte.i.in ipsa nocte.Addi potest regula.Quia plurima depo Sub.
nentalia actiue significantia olim communia fuerunt. vnde hic passiue dixit.Oblita mihi tot carmina.

Causando nostros in longū ducis amores: Ly.
Et nunc omne tbii stratum silet æquor: & om̄es
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.
Hic adeo media est nobis via:nāq; sepulchrum
Incipit apparere bianoris:hic tibi densas
Agricole stringūt frondes:hic mœri canamus.
Hic hœdos depone:tamen veniemus in vrbē:
Aut si nox pluuiam ne colligat ante veremur:
Cantantes licet vsq; (Minus via lædet) eamus.
Cantantes vt eamus:ego hoc te fasce leuabo.
Desine plura puer:& qd nūc instat agamus. M.
Carmina tū melius cum venerit ipse canemus.

ASC. ASCENSIVS.

¶Causando puer auid⁹ cātilenę quo mœrim minus posse videt eo vrgentius instat.Ea em̄ ē hominū natura:quia nitimur ī vetitum semper cupimusq; negata. Moleste ergo patitur q ille senīū suū excusat.vñ dicit O mœri tu ducis in longum.i. protrahis & differs:nostros amores.i. Ordo.
res quas summe amo causando. i.annectendo causas in excusationem: aut excusando qa reus dum causas dicit purgat se.Aut sensus esse pōt:vt qa puer nō audet dicere eum odiosum ac molestū esse causationib⁹ suis dicat verecūde tu ducis in lōgū nr̄os amores.i.non pateris vt te nūc amem quia excusatiōes tue displicent & is quidē sensus argutior est.Et.i.& tñ q̄uis canere recusas oē equor.i.locus equus siue in mari siue in terra:stratū.i. sedatum & equatū:silet tibi.i.in grām tuā.i.quia nullus ē ventus:certū est equor sterni:& ita tā in mari q̄ in terris ē amenitas. Aut em̄ padū equor vocat respectu mintij aut ex trāqllitate padi īdicat tranqllitatē maris adriatici qd illic videre nō pōt neq; de alia vrbe q̄ de mātua loquit̄ cū dicat sepulchrū Bianoris apparere.&pro.i.omnes aure ventosi murmuris.i.procelle aut cōmotiones q̄s vent⁹ facere solet cecidere.i. sedate sūt. Hic est adeo.i. oino & ad id qd expetit̄ vt sit:media via nobis.i. nos ꝑegimus mediū itineris cū sim⁹ in media via: nā sepulchrū Bianoris.id est ocni filij fatidice. Mātus icipit ap̄pere.& agricole stringūt.i. abstrahūt aut excidūt tibi.i.ad solamē tuū:hic frondes dēsas.i.luxuriantes(vñ posset in pria dictū intelligi de rustico.(hinc alta de rupe canet frōdator ad auras)o mœri canam⁹ hic:depone.hic hedos.s.quos ad arriū fers.tñ.i.tā etsi reqeueris modicū nos veniemus in vrbē supple.tp̄i.ac satis tēpestiue aut si nos veremur ne nox colligat añ.i.priusq; ꝑuenerimus ad vrbē pluuiā q̄ vehementē serenitatē seq solet:licet.i.licitum est vt eamus vsq;.i.semper cantantes:quia via ledet.id est offendet & fatigabit nos minus.s.q̄ si tristes incederemus quia vt est in mimis publij.Comes facundus in via pro vehiculo est:vt autem eamus cantantes.i.vt tu cātes ego leuabo te hoc fasce id ē portabo hedos tuos

❧ Ad hoc

SERVIVS.

¶Causando.cās nectēdo differs nr̄a desideria. Tibi in tuā grām hora.Hoc dicit vt possis canere cūcta siluerunt qd ex theocrito sumptū est ταδ᾽ενινκαλακυματαφαινειασυχακαχλαζοντα: SER
Bianoris hic Ocn⁹ dict⁹ est de q̄ in.x.Fatidicę māth⁹ & tusci fili⁹ amnis:cōditor fuit Mātue dict⁹ est bianor q̄si aīo & corpe fortissimus αποτηςβιασκαιανορεις. Ocnus.
Stringūt . āputāt decutiūt.vt in geor.sed tñ & q̄rnas frōdes tunc strigere tp̄s. Tñ ēt si paululū qescentes canam⁹.vsq; iugit̄ . Hoc fasce. Nā ip̄e hędos portabo.Fascē em̄ onus appellat.sic ī Geor. Inuiso sub fasce viandū carpit. Desine plura puer:arguit nimij desyderij.Qd instat vt placem⁹ centurionē.Ipse Verg.cuius reditu sperat libertatē agroꝝ: vel ip̄e Au .q redeat a bello actiaco

NAN. ¶Causando : causas nectendo. Bianoris.is aliter Ocnus dictus Biauor
est: filius autem Mantius fatidicæ qui a matris nomīe Mantuā appellauit authore Vergilio libro decimo dicens: Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab horis Fatidicæ Manthus & tusci fili⁹ amnis.Qui muros matrisq; dedit tibi Mantua nomen. Dicitur autem Bianor a bia quod est vis seu violentia:& aner vit.Stringunt:excidunt.authore Nonio.Minus via lædet.Comes facundus in via pro vehiculo non dicebat Publius.vt Gellius & Macro.scribunt.Desine plura.Lycidam arguit tanq; leuium voluptatisq; vanæ cupidum.Puer & diastole figura.iner.Instat: vrget imminet vt scilicet nostrorum agrorum possessori hædos istos mittamus veniæ gratia. Ipse menalcas id est Vergilius vt agros recipiat.

❧ Ad hoc mœris reprimens auiditatē pueri.O puer desine plura.sup.expetere a me.& agamus quod nunc instat.id est vrget nos.i.proficiscamur ocyus.Nos canemus melius carmina. tum id est tunc cum.i.qñ ipse.s.cuius mentionem fecimus aut nobilissimus musicus:aut caput leticiæ nostrę:aut author carminū nostrorum:menalcas.s.venerit videlicet ab vrbe Romana:quo ꝓfectus est pro recuperandis iterum agris suis.

Vltimā

Argumentum Ascensianum in Gallum quæ est Decima & vltima Aegloga.

Vltima(q̄ decima est)canit ægloga depeuntem
Ah misere & fœde nimium te Galle Lycorim.

ASC. VLtimã que &c. In hac vltima ægloga canit maro amores galli poetę eximij i Cytheridē quam hic lycorim vocat: quam immutatã p̄misit August⁹ licet Gallũ oderit: ga in dedec⁹ Galli cedit q̄ tã misere amauit libertine cōditionis mulierē antoniũ postea secutã. De Gallo aũt Serui⁹ & Mãcinell⁹ ad principiũ ęgloge satis dicẽt qdē eẽt ex parte in laudē Galli i re poetica: quẽ & musis cure & sibi cordi eē poeta p̄dicat. ¶Ordo ẏ siculoꝶ meoꝶ est. Vltima ægloga q̄ decia est canit te Galle depereuntē. i. amantem vsq̄ ad deperditionem. ah nimiũ misere. idest afflictim. & fœde. id est turpiter. lycorim. puellam illam libertam olim volumnij. que & Cytheris vocata est sed solent puellis amatis nomina mutari: vnde sunt delia Corynna lesbia &c. Ordo.



Decima & vltima Aegloga que dicitur Gallus
Loquitur poeta sed nomine pastoris.

POETA.



Xtremũ hunc arethusa mihi cōcede laborem.
Pauca meo Gallo: sed quæ legat ipsa Lycoris:
Carmina sunt dicenda: neget qs carmina Gallo?
Sic tibi tum fluctus subter labere sicanos:
Doris amara suam non intermisceat vndam.
Incipe sollicitos Galli dicamus amores.
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ:
Non canimus surdis: respondent omnia syluæ.

SERVIVS.

SER. EXtremum hunc arethusa. Gallus poeta eximi⁹ fuit: q Euphorionē in latinũ trãstulit. Et de cytheride q̄ fuerat volumnij liberta & a se amata: scri. li. iiij. Primũ inter amicos Augu. enumerat⁹: primus egypti p̄fectus fuit ac mox in suspitionē tãq̄ qui i aug. coniurasset incidens iterfect⁹ est: hũc adeo dilexit Maro vt quarto Georgic. a medio ad finē posuerit eius laudes quas deinde iussu Aug. in fabulã aristæi mutauit. hunc igit nũc cōsolatur cũ cytheris illo cōtempto antonium in Galliã secuta sit. Non autem iussit Augustus hanc æglogã mutari qñ potius ad vituperationem q̄ ad Galli laudē pertinet: Nam Galli in turpi amore ipatientia oñditur: & aperte Antonius carpitur inimicus augusti: quē cōtra morem Romanum Cytheris in castra sit secuta. Laborem non mihi nã ludus est poetarum scribere. sed tibi arethusa vt nympha virginitate gaudēs p̄stet cãtilenas de amore. Vñ rogat dicens ɔcede: & verecũde pauca rogat: adiurat: vt sic tibi cũ fluct⁹ subter labere sicanos. Per arethusam autem musam siculam bucolicũ Theocriti inuocat carmen. Pauca: non ad cęterarum æglogarum cōparationem: sed quantum ad Galli scripta pertinet. Fluctus subterlabere sicanos: aliqui dicunt ad Arethusam nympham siciliæ alpheum de Elide venire per maria secundũ quod alibi dixit alpheus fama est huc elidis amnem &c. aliqui dicunt arethusam in fontem mutatam alpheum fugere: & de Elide in siciliam venire quod nunc sequitur. Doris: mater nympharum: quam pro mari ponit: Sollicitos: sollicitudinis & curarum plenos. Lycorim autem pro Cytheride posuit. Fuerunt autem eodem tempore nobiles meretrices tres: Cytheris: Origo: Arbuscula: Horatius explosa arbuscula dixit. Et alibi: vt quondã marsæus amator originis ille. Qui patrium mimæ donat fundumq̄ laremq̄. Simæ: græcum est. id est pressis naribus. Hoc epitheton Theocritus dat precipue apibus ωστενιναι σιμαι λειμωνοθε φερβονιοις αινεδρονες ασλειαμ μαλακοις ανθεσσι μελισσαι Respondent: per eccho.

ASCENSIVS.

ASC. EXtremũ hunc &c. Decantaturus poeta miseros amores Galli amici & impositurus extremã manũ operi suo deprecaꝛ culpã ab arethusa nympha siciliensi: per quã eam musam. i. gratiã infusam intelligemus quã Theocritus siculus in describendis bucolicis carminibus habuit: vnde prius dictũ ē. Sicelides muse paulo maiora canamus. Sicelidũ aũt priceps est arethusa. Inuitat ergo eũ ad extremum laborē. i. compositionē amoꝶ qui nymphe caste laboriosi sũt. Et ideo ponit obsecrationem dicens. Sic tibi &c. Ostēditq̄ gallum dignũ esse cui carmina fiant. ¶Ordo ē. O arethusa nympha sicula concede mihi hunc extremum laborē. i. qui tibi extremus labor erit (quia nō plura bucolica carmina conficere statuit) pauca carmina sũt dicenda meo scilicet familiari & amico gallo: sed sup. talia q̄ legat ipsa lycoris. i. que sint in detestationē perfidie & inconstãtie eius quã Gallus tot carminibus laudauerit: & tamē alium secuta est qs neget carmia gallo? quasi dicat nemo: cum sit poeta eximius & hō suauis ac beneficus Sic cōprecatiua est hæc particula. Aut sic mihi carmina dictabis & incipies: doris. i. aqua marina. amara. i. falsa. nō intermisceat tibi id est aquis dulcibus: suam idest marinam & ita amaram vndam cum idest quando subterlabere idest flues fugitans alpheum fluuium: subter fluctus sicanos idest maris sicani seu siciliensis (Noris puer subterlabere penultima longa proferre: quia futuri indicatiui est) Incipe igitur. dicamus idest dictavt dicam sollicitos amores galli idest quos gallus in lycorim seu citerida confert: dum idest donec capelle sime idest nasum depressum & incuruum habētes: attondēt tenera virgulta: & ita erit pastori canendi locus: nos non canimus surdis: quia sylue respondēt omnia: quod non facerent si surde essent: vt visum est pastori. loquitur enim poeta nomine pastoris. alios subinde loqui faciens. vnde mixtum poematis genus est. Respondent autem sylue per eccho id est resonantiam & redundantiam vocis. Ordo.

PRO. ¶Aretusa: fons in Sicilia: a quo musam videtur cognominare. quoniam Bucolica: carmen siculum: vel quia amoris causa Alphæus pisæ fluuius per mare defluens in eam conuenit.

MAN. cor. gall⁹ ¶Extremum hunc: de Gallo poeta satis ægloga. vj. iam dixim⁹ secundum Eusebium. Strabo etiam li. xvij. scri. Cornelio Gallo æpypti prouinciam a Cæsare Augusto primum cōmissam fuisse. Suetonius quoq̄ meminit Cornelium Gallum ad p̄fecturã ægypti ex infima fortuna fuisse ab ipso Augusto prouectũ quē postea res nouas molientem damnandum senatui tradidit itaq̄ & accusatorum denunciationibus & senatusconsultis ad necem compulit: Scribit Eusebius. vt ante etiam narrauimus: q̄ Gall⁹ anno ætatis suæ quadragesimotertio propria se manu interfecit addit Serui⁹ hũc scripsisse libros q̄ttuor de Cytheride olim Volũnij liberta: & a se amata: quam alio nomine lycorida appellauit. demum eo contempto Antonium in Galliam secuta est. hic cum maro solari præsenti carmine voluit. nam sibi iunctus amicitia fuerat: cum vt ante dixi Cæsari commendatus ab illo agrũ receperit. Arethusa: fons est syracusius te testibus Plynio Solino & Strabone libro sexto que in pelagus fluuium statim emittit. hũc ipsum alpheum esse traditum est ĩ fabulis: qui cum in pelopōneso sumat originem: per mare sub terram vsq̄ ad arethusam fluēta perducit: deinde hoc ex loco emergens rursus excurrit in pelagus. hæc & plura Strabo Naso etiam libro quinto metamophor. multa. & Diodo. libro vigesimoprimo. Arethusa: propter Theocritum hanc nympham inuocat: qui syracusi⁹ fuit vti ægloga quarta & sexta narrauimus. Extremum laborē: extremum carmen per quod innuit toto opere Aretusam p̄fuisse sibi: quod quidem ita est: nam vbiq̄ Theocri. vt patuit imitatus est. Doris amara hæc nympha fuit Occeani filia & thetyos vt scribit Hesio. que nereo fratri iũcta est vxor. a quibusdã interpretatur amaritudo: que nereum: hoc est mare a nereos qd' est aqua dictum semp̄ consequitur: hinc sæpe a poetis doris pro mari ponitur: vt etiam hic. Simæ: Simox vos græca est dicitur Simus. autem quis pressas nares habens. arethusa. Doris.

Quæ nemora aut q vos saltus habuere puellæ
a Naiades a: indigno quũ Gallus amore periret? b
b
c Nam neq; Parnassi c vobis iuga: nam neq; Pindi
d Vllam moram fecere: neq; Aoniæ d Aganippe.
e Illum etiam lauri illum etiam fleuere miricæ. e
Pinifer illũ etiam sola sub rupe iacentem
Mœnalus: & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
Stant & oues circum: nostri nec pœnitet illas:
Nec te pœniteat pecoris diuine poeta.
Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.

ASC. ¶QVE nemora aut q vos salt9 habuere puellæ. Incipit igit̃ cantare alloquẽs primũ musas rogansq; vbi fuerint cũ Gallus sic deperiret: quasi vero musarum p̃sentia amores cohibuisset. Nã vt in .ij. æneidos diuinus poeta docet numina casta cũ venere non habẽt cõmerciũ. vñ non potuit ea videre Aeneas: donec venus abierat: sed hic amãtẽ cõueniũt numina amatoria: vt ex ordine patebit q talis est.
Ordo. O naiades .i. fontiũ deæ: hoc est musæ quæ & fontibus præsestis: nã s̃m Varonẽ eædẽ sunt musæ & nymphæ: puellæ .i. castæ & p̃petua virginitate florẽtes. (vñ vt Catullus inqt: Castũ esse decet Poetã ipsum) quæ nemora & q saltus habuere .i. tenerunt vos tãq; rẽ charã (vñ potius habuere q; tenuere dixit q̃uis dictũ sit. Tenui eũ nec dimittã) cũ .i. q̃n. Gallus periret amore indigno .s. tali viro. q.d. certum est q; tũc nõ respexistis ad Gallũ poetã: nam neq; iuga parnassi mõtis musis sacri in boetia: neq; iuga pindi montis thessaliæ etiã musis sacri: fecere vobis vllã morã .i. nõ detinuerunt vos quo minus ad Gallum vobis charissimũ veniretis: neq; Aganippæ sup. fons aoniæ illius regionis in boetia: sup. fecit vobis morã. (Attende puer Seruius dicit noĩatiuos singulares: quasi aoniæ aonies dicat. Mancinellus vult genitiuos esse: tunc aũt diceret aganippes nisi latine dicat in recto hæc aganippa nos vero cõstruximus vt alterũ sit casus genitiui substãtiue tẽti alterũ nti: hoc est neq; aganippe fons ille aoniæ .s. regiõis in boetia: sup. fecit tibi morã. Nõ autẽ fit sinalephe: sicut nec ibi i actæo aracintho.) Etiã lauri q.d. nõ solũ nymphæ & hoĩes: sed etiã lauri. Et etiã myrice .i. si ad allegoriã respexeris: & summi quiq; & infimi: fleuere .i. fleuerunt illũ .s. Gallum: & menalus mons ille arcadiæ pinifer .i. in cuius vertice plurimæ pinus nascuntur & saxa Lycei montis etiam in arcadia: gelidi .i. vento horrentis: fleuerunt etiam illũ .s. Gallum iacentem sub sola .i. deserta rupe: quod desperantis amatoris est: vnde de corydone. Ibi hæc incõdita solus Mõtibus & siluis studio iactabat inani. Et oues stant circum .i. in circuitu vbi gallus amore langues decubabat: nec pœnitet .i. pudet illas .s. oues: nostri .i. tui & mei amãtium vt qđ Gallo fit sibi fieri censeat: nisi dicere malis: nec pœnitet illas nostri pecoris sed malo sic: nec pœnitet oues nr̃i .s. pastorꝝ amãtiũ: nec te pœniteat o diuine poeta pecoris .s. ouiũ quas nr̃i nõ pœnitet .i. non pudeat nos bucolica & pastoralia tractare: q̃uis tu sis diuinus poeta. quia, Et .i. etiam Adonis puer ille veneri dilectissimus quia formosus: pauit oues ad .i. iuxta flumina. Credo poetam fecisse carmen illud etiam sic. Illũ etiã lauri: illũ etiã fleuere myrice quõ maior est gratia q; vt mutatũ est nec nõ &c. Sed nos a veteri nihil mutare cõstituimus.

PIERIVS.

a ¶Naiades. Ita quidem exemplaria quædam habent. Sed in peruetcri exposito codice, & in Romano, & in Longobardico. Naides. & id recte. Valerius enim Probus, vbi de nominibus. Is, pura terminatis agit: eodẽ mõ poni dicit Lais Laidis: Thais Thaidis: Nais Naidis. Virgiliũ tamẽ poetice Naiadis declinasse eo loco. Aegle Naiadum pulcherrima.
b ¶Indigno cum Gallus amore periret. In Romano codice, Periret, legitur, quod Theocritianæ respõdet figuræ. πᾶ ποκα ... ἦσθα ... ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾶ ποκα νύμφαι. In longobardico tamen est, Periret. Recte vero Poeta argumentum hoc accommodauit Gallo, quod de sponte moriente Daphnide Theocritus decantauit. Cornelium enim Gallum primum Aegypti præsidem, post eam in prouinciam ab Augusto redactam ipsum sibi mortem consciuisse superius ostendimus ex Eusebio: q̃uis Seruius eum ab alijs occisum dicat. Accedit Euse. Ouid. etiã testimoniũ ita dicẽtis in Epitaphio Tibulli.
Tu quoq; si falsum est temerati crimen amici,
Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ.
Qđ vero Cornelius Gallus passim scribitur, obserues apud Strabonem libro tertio Aelium Gallum trunca dictione scriptum.
c c ¶Nam neq; parnassi vobis iuga. Quãuis παρνασσος: duplici σσ, passim apud Græcos scribatur, antiqua tamen omnia exemplaria, Parnasi, legunt vnico s quod nemo mirabitur, si legitur apud Vel. Longum. Veteres neq; quidẽ in his fuisse, iuisse, abesse & similibus ss geminasse, adeo putabant eã litteram, vel vnicam satis per se sonare.
d d ¶Neq; aonia aganippe. In longobardico. Aoniæ, cum diphthongo in vltima. In altero perueteri codice abrasa est vltima syllaba. Sane Aonia aganippe, vtrumq; Seruius nominatiui casus esse dicit. Quibusdam vero tãetsi non improbent, Aonia nihil absurdum videtur: vt qui dixerat: Iuga Pindi & Parnassi, dicat etiam eadem figura. Aganippe Aoniæ, sitq; hoc genitiui casus, ne versus adeo elanguescat. Sed enim Aoniæ aganippes, legendum esse indicat Probus, qui loco hoc dicit geminas vocales ab vna excipi, adeoq; syllabam vltimã in Aoniæ: non elidi sed communem fieri, produci vero sub sequente vocali breui corripi si longa excipiat, vt eo loco. Insulæ ionio in magno. Huius sententiæ Sosipater etiã subscribit.
e e ¶Illum etiam lauri etiam fleuere myricæ. In Romano codice legitur. Illum etiam lauri illum fleuere. In longobardico vna plus dictione pleniore versu est. Illum etiã lauri illum etiam fleuere myricæ. idq; ter repetitum cum, Pinifer illum etiam, maiorem habere mouendi vehementiam videtur: q̃uis non displiceat. Illum etiam lauri, etiam fleuere: q; ea exilitas propria fit, & Bucolici caracteris, & personæ miserabiliter aliquid deplorantis.

SER. ¶Quæ nemora aut qvos saltus habuere puellæ. Ex ægio. Theocriti sunt in qua daphnis suũ defletamorẽ.
Naiades Oreades. Naiades: nymphas simplr̃ accipe. Nã p̃prie oreades dixisset: Naiades em̃ fõtiũ: oreades montiũ sunt: sed qa easdẽ diximus nymphas & musas vi def dicere: si musæ affuissent .i. si dedissent operã poeticæ: non incidisset i has difficultates amoris. Indigno. Vel meretricio vel magno. Nã Ennius idignas turres magnas dixit.
Parnassus Pindus. Parnassus & Pindus mõtes sunt thessaliæ Apollini & musis sacri. Aoniæ aganippe: nti sunt singulares aganippe fons est boetiæ: q̃ aonia dr̃. Sola: deserta. Circum .i. circa gallũ ei9 amore stupẽtes: sensus est vt nõ pœnitet oues stare circa te: ita te nõ pœniteat illarum Nã & adonis ouiũ fuit pastor & q; ait nr̃i miscuit suã p̃sonã: vt frequẽter cõsueuit. Nec te pœniteat pecoris: allegorice .i. nec erubescas bucolica scribere.
PRO. Adonis. ¶Adonis: vt Hesio. ait phœnicis: & Alsœsibeæ Agenoris Thoãtis: q Syriã: arabiamq; tenuit imperio: vt Antimachus ait: Regnauit cypro: vt & Philostephanus li. quo q̃stionis poeticæ reddidit causas ex ioue sine vllius fœminæ accubitu p̃creatũ: hũc venãdi studiosum fuisse & ab apro interijsse: atq; ita plurimis cognitũ. Pastorẽ nõ inueni fuisse: sed amatoriam Veneris induxit historiam.
in arena littoris:& quum ardea auis nota deserit paludes notas:in qbus piscari solet : & volat supra altā nubē. Tu videbis etiā sæpe stellas:hoc est impressiones & faces stellis siles:labi.i. decidere & ꝑcurrere cœlo.i. per aerē: vēto impellēte:q statim in terras ac maria descēsurus est: & videbis lōgos tract⁹ flāmarū.i. flāmas in longū tractas albescere a tergo ꝑ vmbras noctis:qa interdiu videri neq̄rēt.Et tu videbis paleā leuē.i. desiccatā:& frōdes caducas. i. deciduas volitare.i.ꝑ aera ferri:aut videbis pluuias nautes.i.supnatātes colludere.i.in morē ludentiū agitari nūc huc nūc illuc occulta vi vētorum in summa aqua.In qbus locutionibus ex more quālibet rē certā narrāriū ponit̄ secūda ꝑsona etiā singularis numeri ꝓ qualibet:hoc est ꝓ quolibet aut quibuslibet:p̄sente vel p̄sentibus: vt etiā ęnei .iiij.Migrātis cernas totaq; ex vrbe ruētes. Cernas in quā si adsis & nō magis tu ꝙ q̄libet ali⁹.Sed reuertamur ad ordinē. At.i.sed:cū.i.qn̄ fulmīat.i. fulmē cadit de parte boreæ illi⁹ vēti:trucis.i.terribilis:hoc est septētrionali regione:& cū dom⁹ euri qui ab oriēte flat:ꝙ ꝓ & zephiri qui ab occidēte tonat: tūc sup.oīa rura natāt.i.aqs obruuntur:& inundant̄ fossis.i.aquarū receptaculis existētibus plenis: ita ꝙ ampli⁹ capere nō possent. Noue tn̄ dicunt̄ rura natare:cū q̄ natāt ferant̄ ꝑ aquas aut super aquā aut aerem:vn̄ forte accipit rura ꝓ his q̄ in rure sunt sicut de pado dictū est ꝙ cū stabilis armēta trahit.Aut reciprocus est ī illis sensus sicut in qbusdā alijs:vt sicut dicim⁹ flores spargi suꝑ lectū & lectū florib⁹:ita dicam⁹ aquas natare suꝑ rura & rura natare aquis.Sane legendū putē:Euriq; zephiriq; &c.& nō euriq; & zephiri:nulli⁹ em̄ necessitatis est addere particulā & cū particula ꝙ alibi sæpe lōga legat̄:vt ænei.iij.Liminaq; laurusq; dei totusq; moueri &c.Atq; tūc oīs nauita.i.nauta:legit.i.colligit dū strīgit vela hūida ex pluuia.s.q̄ subsecuta ē imber nūq; offuit. i. nocuit īprudētibus.i.valde prudētib⁹ aut prudentiā suā his ꝓgnosticis impēdētibus:aut nūq; nocuit īprudētib⁹.i.īcautis:& vt galli dicūt nō p̄auisatis:hoc est nō p̄monitis:qa oēs admonent̄ puijs signis:quā expositionem approbat q̄ sequit̄.Nā vt grues aeriæ. i. in altū se tollētes:aut aerei fere coloris:fugere illū.s. imbrē surgētē.i.oriētē aut vēturū:imis.i.decliuis:vallib⁹:aut bucula.i.vacca aut iuuēca suspiciēs cœlū.i.sursum aspiciēs qd̓ illi naturæ nō est captauit auras narib⁹ patulis.i.semꝑ & multū patētib⁹:aut hirūdo auis nota:arguta.i.canora:aut stridula pennis circūuolitauit lac⁹:& ranæ cecinere ī limo q̄relā veterē.i.a multis annis eis cōsuetā(nisi ad fabulā retuleris)& formica terēs angustū iter.i. callē:aut viā extulit sæpi⁹ tectis penetralibus.i.arcanis: & q̄ ipsa sola penetrāt:oua.s.sua verita.s.ne madefiāt:& igēs.i.valde magn⁹ arqu⁹.s.cœlestis quā irim vocāt:bibit.i.attrahit materiā nubis & exercitus.i.grex coruorum decedēs e pastu magno agmine.i. turmatim aut agminatim:increpuit.i.crepitū fecit & stridorem: alijs dēsis.i.cōiūctis:qa cominus volāt & quasi cōnexis alis.

ludētia:lēnugo ppl̄i aut spinæ volitās:aqsq; pluma innatās. Boreæ trucis terribilis:de cuius vi legito Oui.circa fi.li.vj.Meta.flat aūt boreas inter septētrionē & exortū solistitialē. vt scri. Ply.li.ij.Ab oriēte vero brumali vulturnus quē græci eurū appellant:ab occasu equinoctiali fauonius qui zephirus a græcis. Imprudētibus.i.incautis & inscijs.nā qsq; signa futuræ tēpestatis p̄uidet. Vel imprudētibus.i.valde prudētibus:vt apud Cice. li.v.Tus.qui nihil metuant nil agant nil concupiscant nulla impotētia afferant̄.i.valida seu magna potētia.Surgentē vēturum Bucula:ait idē:ꝙ boues cœlum olfactantes:seq; lambentes contra pilum præsagia aeris sentiunt. Hirundo: ait idem ꝙ hirundo tā iuxta aquā volitās: vt pēna sæpe ꝑcutiat:hyemē nūciat. Ranæ:Ait idē:ꝙ rane q̄q; vltra solitū vocales tēpestatis signa sunt Hir. Ran.

Formicæ:

Formica ☙ Formicę: ait idē: q̄ segniter & ꝓ industriā suā formicę abscōdi te cōcursantes: aut ꝓgignētes oua tēpestatē ꝓnunciāt. Et bibit in Arquus. gens arquus: ait idē. Arquus quū sunt duplices pluuias nūciant singuli serenitatem non perinde certā: bibit aūt humorem: inde ☙ emittit: Sed de arquu plura idē Ply. lib. ij. ca. lxj. Coruorū: ait idem. Coruiq̄ singultu quodā latrantes: seq̄ concutiētes si con tinuabunt ventos: si vero carptim vocem resorbent ventosum imbrem & gracili sero a pabulis recedentes, hyemem.

SERVIVS.

SER. ¶ Iam varias pelagi volucres: & quæ asia circū. Dulcibus in sta gnis rimātur prata caystri. Hæc est vera lectio: & sensus talis est. Iā varias volucres pelagi: & eas que circū asia prata rimantur in dulcibus stagnis caystri: videas certatim largos humeris infun dere rores. Nā si iā varie legeris: sensus nulla rōne ꝓcedit. Cay strus aūt fluuius est. Asia vo pa lus: Vñ fecit asia prata. Et de pa lude asia a lōga est. de prouincia Asia. breuis: vt Europa atq̄ Asia pul sus. Et est Homericus v sus ἀσιεμ λειμανι καυσριουαμ φηρεεθρα Rimari Rimanṫ: pascunṫ in pratis cibū per terræ rimas requirētes. Nā ri mari tractū est a porcis: q glādes rimanṫ: de rimis terrarū. Studio gestire lauādi: Lętitiā suā habitu corporis significare. Nā vt hoīes lętıciā suā verbis ita aues corpo ris gesticulatione exprimunt. In cassum aūt ideo: qa plumarū cō positio aquā minime admittit ad corp⁹. Tū. c. p. Rauca cōtra na turā suā & vocat poetice nō em vocat: sed denūciat pluuiam. Et notandū cornicē rauca voce & solā pluuiā ꝑdicere: coruos vo & plures & voce tenui & purissima cōtra naturā suā vt tū liqdas cor ui ꝓsso ter gutture voces. Testa quū ardēte ꝓpter vilitatē noluit dicere lucernā. sed nec lychnū queadmodū in heroico carmine: dependēt lychni dixit medius em in his stilus est libris: sicut dixi mus supra. Putres cōcrescere fungos: vt dicit Ply. cū aer humid⁹ esse ceperit. fauilla q̄ cū fumo solet egredi ꝓhibita aeris crassitate in lucernis residet: & quasdā velut fungorum imitaṫ imagines.

a Iam varias pelagi volucres: & quæ[a] asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata caystri
Certatim largos humeris infundere rores:
b Nūc caput obiectare fretis nūc currere in vndas[b]
Et studio incassum videas gestire lauandi:
Tum cornix plena pluuiā vocat improba voce:
Et sola in sicca secum spaciatur harena,
Et caput obiectat quærulum venientibus vndis.
c Nec[c] nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nesciuere hyemē: testa quum ardēte viderent
Scyntillare oleum: & putris cōcrescere fungos:

ASCENSIVS.

¶ Iam varias &c. Eandē rē ꝓseq tur ostēdens videlicet alia tēpe statū signa: quæ hoc ordine pate bunt: Tu videas. i. videre possis est aūt scd'a ꝑsona ꝓ quauis iā. s. imminēte pluuia: quā arcus plu uialis collegerat volucres pela gi. i. in mari vsari solitas & sup ple eas q̄ rimanṫ circū. i. per cir cuitū asia prata. i. asiana q̄ adia cent asie paludi q̄ in mœnia est nō lōge a caystro: & iō addit in dulcibus stagnis caystri. s. fluuij in meonia. Declinaṫ autem hic cayster aut caystrus quo Seruius vtitur: nā græca in ros apud nos vtrūq̄ habēt vt teucer & teucrus &c. tu videas inquā has volu cres dictas infundere certatim. i. cū certamine: humeris. i. in hūe ros suos: largos rores. i. aspergi nes seu aspersiones aquarū prius haustarū & videas eas: obiectare nūc. i. aliqn̄: fretis. i. mari feruēti caput. s. suū: & se immergere: & nunc. i. aliqn̄ currere in vndas & gestire. i. gestu suū desideriū in dicare: studio. i. cupiditate: lauā di. i. vt lauenṫ: aut lauādi sup. se. & id incassum. i. frustra quia fru stra laboriose q̄rit qd' mox gra tis: & abundāter offerreṫ: sed cū ita se lauāt volucres sunt pluuię ꝓxime quod libētius dixero q̄ Seruianū comentū & cornix im proba. i. improbāda aut insatiabilis vocat tum. i. tūc plena voce pluuiā & spaciaṫ secū sola. i. sine aliarū auiū comitatu: in sicca ha rena. & obiectat caput querulū: quasi dicat garrulū vndis venien tibus. i. surgētibus. Nec nocturna quidē: recitat ꝓgnosticū ex ina nimis: hoc est ex igni sumendū dicēs. Nec puellæ quidē. i. ne etiā puellæ carpētes. i. deducētes pēsa nocturna. i. lanā quā noctu car punt pēsum referendā nesciuere. i. ignorauere: hoc est bene sciue runt: qa duæ negationes: vt sunt nec nesciuere: eqpollent affir matiōi: hyemē. i. futurā tēpestatē pluuialē ab hyo quod est pluo dictam quū. i. qn̄: ipse viderūt oleū scintillare. i. scintillas quasi in iecta aqua emittere: & cum viderent fungos. id est fungorum fi guras ex fuligine: concrescere. id est simul nasci.

PIERIVS.

a ¶ Iam varias pelagi volucres & quæ asia circum. In aliquot veteribus exemplaribus ita habet dictionum ordo. Iam volu cres pelagi varias, quod tantūdem est. In aliquot pro, & quæ asia, legere est, atq̄ asia. Sed omnino inemēdate. In Romano codice, varie, quod non placet, quia enunciatū est huius ver bi, videas, nisi quis varie, aduerbium maluerit, vt ad varios lauationis modos, quos enumerat, referaṫ, rores quippe cer tatim humeris infundere, fretis caput obiectare, in vndas cur rere, & lauādi incassum studio gestire. Sed enim castior oīo b lectio est, varias pelagi volucres, epitheto, ꝓprio. b ¶ Nunc currere in vnda. Vetusti codices partim, vndis, partim, vn c das, habent, vtrūq̄ plurali numero. c ¶ Nec nocturna quidē In Ro. cod. ne nocturna, sed Nec, melius.

MAN. ¶ Varias pelagi volucres. Ait idē q̄ hyemē significāt: cum terre stres volucres cōtra aquā clāgores dabūt ꝓfundētes sese maxime cornix. Poeta aūt id tribuit aquaticis etiā auib⁹. Asia. p. Vibi⁹ se Cayster q̄ster scri. q̄ Cayster decurrit ꝓxim⁹ paludi Asiæ: & Prob⁹ inqt. Asia ꝓducta prima lra dicit: in q̄ quoddā pratū Asiū iuxta cay strū flumē appellaṫ. Maro. li. vij. æneid. de asia palude & Cygnis & caystro etiā meminit: vbi ait. Ceu quondā niuei. Itē sonet amnis & asia lōge pulsa pal. Cayster: cayster fluui⁹ est in Mœonia teste Dionysio: & teste Ply. li. v. Caystro alluiṫ ephesus amazonū op⁹. Lauādi. passiue dictū: nā tōdeo & lauo etiā passiue dicunṫ: de qb⁹ la tius ibi i Buc. Tōdēti barba cadebat: Cornix: de hac iamiā dictū est: Fungos: ait Ply. pluuias significari: si in lucernis fungi fuerit. si flexuose volitet flāma vētū: & lumina quū ꝑ se flāmas elidunt: aut vix accenduntur. Item quū in eo pendentes coaceruantur scintillæ vel quum tollentibus hollam carbo adherescit: aut quum conteptus ignis a se fauillā discutit. scintillā ve mittit: vel cū cinis in foco cōcrescit: quū carbo vehemēter plucet: est & aquarū significatio.

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Nec min⁹. Postq̄ docuit varia indicia ac signa future hyemis seu tēpestatis: docet signa serenitatis dicēs ea non min⁹ certa esse q̄ sit Ordo. hyemis. ¶ Ordo aūt ne ꝓlix⁹ sim est. Nec min⁹. i. pariformiter po teris ꝓspicere. i. ꝓuidere ex ibri. i pluuia ꝓuia: ꝓ est post imbrē so lis. i. apparitionē solis & siccitatē & ꝓ. i. serena. s. tpa: aut loca cœli & aeris apta. i. nullis nubib⁹ coo pta & tu poteris nō min⁹ cogno scere scilicet iam dicta signis cer tis. id est infallibilib⁹. Nam ne q̄ acies videtur tunc stellis obtu sa. id est stellæ non videtur tunc habere aciem obtusam nec lu na obnoxia radijs fratris. i. phœ bi hoc est solis cui obnoxia ē qa ab eo illuminaṫ: vr̄ surgere. i. ori ri tū. i. tūc obtusa: nec tenuia vel lera lanę. i. lanuginis arbor ꝑ ꝓpri ☙ aut spine

a Nec minus ex imbri[a] soles & aperta serena
Prospicere: & certis poteris cognoscere signis:
Nam neq̄ tum stellis acies obtusa videtur:
Nec fratris radiis obnoxia surgere luna:
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri,
Non tepidū ad solem pennas in littore pandūt
Dilectæ Thetidi Halcyones, non ore solutos.
Immundi meminere sues iactare maniplos.
At nebulæ magis ima petunt: cāpoq̄ recumbunt
Solis & occasum seruans de culmine summo
Nequicq̄ seros exercet noctua cantus:
b Apparet liq̄do sublimis in aere[b] Nisus:
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo,
Quacunq̄ illa leuē fugiens secat æthera pennis.

SERVIVS.

¶ Ex imb. so. serenitates: & v̄ savi SER. ce dat ꝓgnostica: qbus agnosca mus et tēpestuoso cœlo futurā se renitatē. Apta serena Aer enī dē saṫ nubilo & rarescit sereno: vt Dēsat erāt q̄ rara mō & q̄ dēsa re laxat. Nec frīs radijs obnoxia sur gere luna. Subaudi a supiorib⁹ obtusa luna. Nā hoc dicit nec lu naṿ obtusa q̄ est radijs solis ob noxia. Nā vt dicūt physici ab eo accipit lumē. Tenuia. Proceleu matic⁹ ē ꝓ Da ctylo. quā rē q̄ties cūq̄ facit ver. ꝓuat locū synęresi vt tenuia itē vt gēua labāt. Dile Halcyo nes. ctę Thetidi Halcyōes: Ceyx fili⁹ Luciferi hūit cōiugē Halcyonē: a q̄ cū ꝓhibit⁹ iuisset ad ꝓsulēdū Apollinē sup statu regni sui nau fragio ꝑijt. Cui⁹ corp⁹ cū ad vxo rē Halcyonē delatū fuisset illa se ꝑcipitauit i pelag⁹ postea Theti dis & luciferi mi'atiōe cōuersi sūt ☙ ambo

Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: qua se refert Nisus ad auras
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis
Tum liquidas corui presso ter gutture voces
Aut quater ingeminãt. & sæpe cubilibus altis
Nescio qua præter solitum dulcedine læti:
c Inter se in[c] foliis strepitãt: iuuat imbribus actis
Progeniem paruam: dulcisq; reuisere nidos.

PERIUS.

a ¶Nec minus ex imbri soles. Antiqui aliquot codices, eximbres soles, legunt, ea compositione qua, exlex, & exspes, dicitur. Sed ita deesset aliquid. Quare melior ea lectio, quæ in Mediceo codice, cum vulgatis sentit, dicente præsertim Seruio dari etiam præcepta, quibus e tempestuoso cœlo futurã serenitatem agnoscamus. b ¶Sublimis in aere nisus. In Romano codi. in æthere. Sed omnino melius, in aere, quia paulo post sequitur, secat æthera pennis, missum facio. Sublimis, b, in, l, mutata, quod plerique codices antiqui scribun. c ¶Inter se foliis strepitant. In Mediceo, & antiquis fere omnibus exemplaribus, legit. Inter se in foliis. Nam, in, omnino deside rabatur, quanq; etiam absq; præpositione non aliena lectio sit a virgiliana phrasi, & ita. Quod paulo inferius est, sin ortu in quarto, vetera omnia exemplaria, quæ legi, sin ortu, quar to absq; in, legunt, quod elegantius existimatur.

[...] ambo in aues marinas quæ Halciones vocant: & sciendum qa cũ de muliere dr: hæc Halcio ne facit: cum de auib[9] hic & hæc Halcyone. hi & hæ Halcyones. Istæ aũt aues nidos faciũt in mari media hyeme: qbus dieb[9] est tãta trãqllitas vt penit[9] nihil in mari possit moueri. Inde etiam dies Halcyonij vocant. Nõ ore solutos. s. manipulos qd sequit: alij soluto ore accipiũt. i. nimiũ pateti. Immundũ sues. Luto gaudẽtes. Ho. Et amica luto sus. Nebulæ ima pe. deprimunt ad valles. Neq; exercet. i. nõ: Persius Neq; fundo suspiret nũmus i imo. Itẽ Verg. Et summo clipæi neq; vmbone pepẽdit. Seros. n. c. Noctua aũt auis est lucifuga: q significat pluuiã: si cecinerit post solis occasum. De hac ta lis est fabula. Nyctimene postq; cũ patre cõcubuit & agnouit facinus: in syluis se abdidit & lucẽ refugit. Vbi deorũ volũtate conuersa est in auẽ. q tãto scelere oĩbus auib[9] est admirationi. Liqdo aere. Nisus rex megarensiũ in auẽ mutat[9]: de quo pleni[9] dictũ est in Buco. Tũ. l. c. p. t. g. v. Aut

Noctua.

nyctimene

[...] aut spine vident tũc ferri per cœlũ. & Halcyones. s. aues in mari tpe summe tranqllitatis nidificãtes ob quã rẽ dicunt dilectæ Thetidi. i. nymphæ illi ac deæ maris nõ pãdũt. i. explicãt in litore pẽnas. s. alarũ suarũ: & sues. i. porci immũdi. i. obscœni & ceno gaudẽtes ac fœdi nõ meminere. i. nõ meditantur iactare ore. s. suo maniplos .p manipulos. i. fasciculos stramẽtorũ: q̃ manib[9] cõprehendi solẽt: solutos. i. dissipatos ore. s. suũ (Põt em bis construi) At. i. sed nebule petũt magis ima: & ita humiditas aeris vincitur solis radijs vñ nascit serenitas: & ipse nebule recũbunt campo. Et noctua auis ea noctu volare solita: seruãs. i. obseruãs occasum solis ante quẽ nõ euolat exercet ne q̃q;. i. nõ quasi sit nequaq;: cãtus seros. i. serotinos cãtus. Et Nisus auis illa in quã nisus megarẽsiũ rex cõuersus fingi tur: & Halietus dr: apparet sublimis. i. alt[9] & per sublime volãs in liqdo aere: & Scylla. s. filia nisi dat penas: qa .pfligat a patre .p capillo purpureo. i. purpurei coloris: quẽ pater cõsecratũ habebat: Quacũq;. s. pte: illa. s. scylla fugiẽs. s. patrẽ Nisum secat. i. sulcat & diuidit aera pennis. s. alarũ: ecce. q. d. de repẽte & improuiso Nisus inimic[9] insequit sup. cã exiltẽs inimic[9] sup. cũ magno stridore: & qua sup. pte: Nisus fert se ad auras. i. apte volat: illa. s. scylla fugiens. s. nisum leuẽ. i. celerẽ & velocẽ: secat raptim. i. celeriter æthera. i. sublimẽ aerẽ pẽnis. s. suis. Tũ. i. pterea corui ingeminãt ter aut q̃ter gutt. e rauco: voces liqdas. i. pter morẽ claras vt facile serenitatis indiciũ agnoscas: & ipsi læti sæpe in altis cubilib[9]. s. arborũ aut rupiũ strepitãt in folijs: iter se nescio q̃ dulcedine. s. vocis: pter solitũ. i. vltra q̃ solet eis vox dulcis esse nisi sit: Nescio q̃ dulcedine. s. tpis ipsi læti crepitãt inter se iuuat. i. delectat sup. eos reuiscere .pgeniẽ puã. i. pullos: q̃ .p. i. nidos dulces. Iõ aũt dulces quia progeniem continẽt & hoc imbribus actis. i. transactis Mire exprimit naturam coruorum quibus pullorum est obliuio nisi serenitate commoneantur.

Corui. quater inge. Ply. lib. j. de naturali historia: dicit coruos obliuiosos esse: & plærũq; minime ad nidos suos reuerti: sed quadã rõne naturæ ea cõferũt ad suos nidos: q̃ vermes possint creare ex qbus relicti eorũ pulli alunt interdũ: Horũ obliuionẽ .pbat etiã ex reb[9] q̃s cũ abscõderint derelinquũt: qd etiã mustellæ dicunt efficere.

PRO. Halcyones. ¶Dilecte thetidi halcyones: varia est opinio harũ volucrũ origi nis. Itaq; in altera sequit Oui. Nicãdrũ: in altera theodorũ. Putat em Ceyx Luciferi fili[9] cũ Halcyone Aeoli filia mutat[9] in has volucres. Idẽ refert Halcyonẽ Scyronis filiã latronis attici Polyphemonis filij: quũ pater ei pcipet: vt q̃reret maritũ arbitratã pmissum sibi: vt ocũberet cũ qb[9] vellet ab irato pre deiectã i mare mutatã i hãc volucrẽ. Idcirco aũt dilectas thetidi dicit has aues: q̃ p se ptẽ dies qb[9] excludũt foet[9] i mari trãqllitas ẽ vt tuta sit nauigatio.

MAN. ¶Nec mi. ex im. futuræ hyemis. hacten[9] signa docuit: nũc vo futuræ serenitatis post imbrẽ. q oĩa idẽ ply. lati[9] .psequit. Halcyones: hæ aues paulo maiores passere sunt. de qb[9] ply. li. x. c. xxxvij.

Noctua. Noctua noctuas noue voces habere tradit Nigidi[9] scri. Ply. li. x. li. aũt. xviij. q̃ noctua in imbre garul a serenitatẽ oñdit: ac sereno tẽpestatẽ Nisus de niso in auẽ vso lati[9] videto in. vj. æglo. Scylla

Cyris. Nisi filia in auẽ Cyrim vsa est: & Nisus i halietũ: vt patet li. viij. [...] meta. apud

[...] meta. apud Oui. Halietus autem est aquile genus de quo late ply. lib. x. Liquidas voces dictum est superius q̃ si corui carptim vocem resorbebunt: ventosum imbrem significant. Hic vero ostendit Maro: per liquidas clarasq; voces serenitatem portendi.

Haliet[9]

SERVIUS.

SER. ¶Haud equidẽ cre. Proponit sibi q̃stionẽ accerrimã: & de intima philosophia: quã tñ tota facilitate dissoluit. Nã q̃rit cur homines quos cõstat esse prudentiores aĩalibus p se nõ sentiãt q̃litatẽ futurã aeris: sed eã magis ex alijs aĩantibus colligãt: & hoc dicit hoies prudẽtiã habere naturalẽ & suo iudicio lætos esse vel tristes: q̃ res in hæc aĩalia cadere nõ possit: q̃ nihil suũ habẽtes naturã aeris sequunt: & .p ci[9] qualitate aut læta vident aut tristia: nec pdicere aeris naturã vident: sed eã vel .psperã vel aduersam sequunt: nos vo & læti esse inter nubila possumus & in serenitate solliciti. Sit di. il. i. Nõ illis diuinitus ocessum ingeniũ: nec prudentia quę est maior rerum fato alibi. Metus oĩs & inexorabile fatum. Subiecit pedibus strepitũ q̃ acherontis auari. Iup. hu. i. aer: vt Horati. Manet sub Ioue frigido venator. Auium cõcentus cõmixtus cantus. id est symphonia Lætæ pecudes. Aeris serenitate gaudentes.

Haud equidem credo: quia sit diuinitus illis
Ingenium aut rerum fato prudentia maior:
Verum vbi tempestas & cœli mobilis humor:
Mutauere vias: & iuppiter humidus austris
Denset: erãt quæ rara modo: & q̃ densa relaxat
a Vertuntur species animorum: & pectore[a] motus
Nunc alios: alios dum nubila ventus agebat
[b] Concipiunt: hinc ille auium concentus in agris:
Et lætæ pecudes & ouantes gutture corui.

PIERIUS.

a ¶Et pectora motus concipiunt. In antiquis aliquot cod. pectore, legitur sing. ablatiuo, vt species sit suppositum. In Mediceo pectore, est alia scriptione.

ASCENSIUS.

ASC. ¶Haud equidẽ credo &c. Quia dictũ est aues & feras tẽpestatem psagire eaq; hoibus indicare: q̃ri põt quõ id fiat cũ hõ excellentissimo ingenio pdit[9] debeat eã pri[9] pcipiscere & cæteris aĩantibus indicare. Ad hoc rñdet verũ qdẽ esse q̃ nulli aĩantiũ diuini[9] sit igeniũ q̃ hoi: sed qa hõ libertate arbitrij sui cõtra influxtiam cœlestẽ se aut lętitia aut tristicia aut alia quauis passione afficere põt nec naturali iclinatiõi semp obtẽperat: cætere aũt aĩantes solius naturæ atq; cœlorũ influẽtię habenis cohibitę & rõnis expres nõ pñt non gestire: & cœlo obtẽpare q̃ circa imminẽte serenitate exultãt & seuitia ingruẽte merẽt eo q̃ ante mutationẽ aeris mutãtur causę quæ sunt syderũ influẽtię: quas bestię per rõnis discursum ad alia nõ distracte facillime percipiscũt: hoiesq; si attenderẽt nõ minus sentirent. ¶Ordo autẽ est. Equidẽ. i. ego quidem haud. i. nõ credo: qa ingeniũ. i. perspicitas & prudentia ingenita & cõnaturalis sit illis. s. iam dictis beluis diuinius. i. diuinę perfectiõi aut .puidentię cõformius: aut quia maior prudẽtia rerũ sit illis scilicet beluis q̃ sup. hoibus: fato. i. deorũ volũtate: aut necessitudine cœlesti: hoc est pfatũ (quo [...] non regitur

Orde

MAN. ¶Haud equidẽ cre. prædicta. s. aĩalia quibusdã signis ostendere.

Ingeniũ. Aperit autẽ causas: vnde id procedere possit. Ingeniũ .pprie dicit naturalis sapientia teste Nonio. Fato deorum voluntate. Iup [...] piter. id est

q nō regiť is ablatiuus ex vi cōparatiua: vn̄ nō eſſet ſenſus fato.i.ꝗ̄ fatū habeat. Nec ꝗ̄ fatū ſit. Veruntn̄ Ser. ita ītelligit vt ſit aut ga prudētia maior fato.i.q̄ maior eſt ꝗ̄ fatū ſit illis diuinitꝰ.i.a deo infuſa. Eſt em̄ prudētia maior fato.i.influētia cœleſti: ga ſapiēs dn̄abiť aſtris vn̄ dicturus eſt poeta. Felix q potuit rerū cognoſcere cauſas. Atq; metus oīs & in exorabile fatū Subiecit pedibus. Itaq; ſcd'm Seruiū legendū eſt diuinitus vt ſit. Equidē ego haud credo ꝙ ingeniū ſit illis diuinitus: hoc eſt ꝙ habeant ingenium diuinitꝰ infuſum: aut ga prudētia rerū q̄.ſ. maior fato ſit illis veruntn̄ ga vt dicturus eſt in quarto huius. Eſſe apibus partē diuinę mētis & hauſtꝰ Aetherios dixere deū nāq; ire p oēs terraſq; tractuſq; maris &c. Et in. vj. æneí. de oībus aīantibus: ꝙ igneꝰ eſt ollis vigor & cœleſtis origo: nō male forſan legeret q diceret ga ſit diuinius illis ingeniū.ſ.ꝗ̄ hoībus ſicut Flaccꝰ in primo ſermonū poetis mentē diuiniorē ꝗ̄ cęteris hoibus cōcedit dicēs. Ingeniū cui ſit: cui mēs diuinior: atq; os magna ſonaturū des nois huius honorē legamus ergo aut cū Ser. aut ſicut priꝰ expoſuimꝰ Verū.i. ſed vbi.i. quo tpe (nā localia & tpalia aduerbia fere cōiter ponunť) tēpeſtas & humor cœli.i. aeris mobilis.i. mutabilis: mutauere: vias.i. abierūt & alio ſe receperūt: & Iuppiter.i. aer humidus. denſet

piter. id eſt aer. Denſet: denſet legendum eſt: ſic em̄ antiq textus habent: ſic quoq; Priſ. lib. viii. hic legit idem etiā Macro. lib. x. ait. Poſtremi addenſent acies. Denſo denſas etiā in eadē ſignificatione & conſtructione reperitur. Vertuntur mutantur Species qualitates. Nunc. id eſt ſereno tempore.

midus. denſet aut potius denſat (nā denſeo ꝓprie neutrū aut paſſiuū eſt ab intrinſecus nata paſſione. ſignificat enim id qd' eſt denſus ſum aut fio: dēſo vero actiuū ſignificās denſum facio. vt hic) denſat.i. denſa facit auſtris.i. per auſtros ventos deſiccatiuos ea quæ erant modo.i. pauloante rara: & relaxat quæ erant denſa tunc ſup. ſpecies animoꝝ.ſ. brutoꝝ. vertunť cum qualitate aeris: & pectora cōcipiunt nunc.ſ. tēpore ſerenitatis future alios motꝰ.i. affectus: & alios ſup. concipiebant dum vētus agebat nubila.i. impellebat nubes tēpeſtiferas hinc.i. ex hac aīorū cū tēpeſtate immutatione eſt.i. naſciť: ille.ſ. notiſſimꝰ & ſuauiſſimus: cōcentꝰ.i. melodia aut ſymphonia auiū.ſ. cōcinentiū in agris: qd' bn̄ addit vt nō q̄ſtus gratia aut victus: ſed naturali influētia cātare credas: & hinc ſup. ſunt pecudes læte: & corui ſunt ouantes.i. letitiam vocalem ſignificātes gutture ſcilicet ſuo quod raucum prius dixit.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Si vero ad ſolē. Docet certiſſima ſigna ex ſolis & lunę obſeruatione haberi. Priꝰ tn̄ de lunę ꝗ̄ de ſolis indicijs loquiť dicēs. Vero ꝓ ſed ſi tu reſpicies ad ſolē rapidū.i. velocē qd' illi ꝑpetuū eſt epithetō: vn̄ vt Oui. docet equꝰ illi ſacrificať. Ne deť celeri victima tarda deo: & ad lunas ſequētes.i. futuras aut ſuccedētes ordine.ſ. naturali hora: craſtina.i. poſtridiana cuiꝰ pridie id feceris nūꝗ̄ fallet.i. decipiet te neq; capieris.i. decipieris inſidijs ſerene noctis q̄.ſ. ſerenitatē diei ꝓmittere fallēter videť. Si cū.i. qn̄ luna colligit primum ignis reuertētes.i. ſplendorem ſuū.i. ſi poſt nouiluniū luna cōpræhēderit obſcuro cornu aera nigrū.i. nymboſum tūc ſup. maximus imber parabitur agricolis.ſ. in agro & pelago.i. nautis pelagus frequentātibꝰ. At. id ē ſed ſi ſup. luna ſuffuderit ore.i. forinſecus expreſſerit ruborem vg gineū.i. qualis in vultu virgineo eſſe ſolet: cū calorē adhuc plenū habeat tūc ſup. vētus erit: phœbe.i. luna: aurea.i. rutila & pulchra: rubet ſemꝑ vēto.ſ. futuro: ga aer denſus & nubiloſus radios eius in rubedinē trahit. Sin.i. ſed ſi ſup. luna ibit.i. decurret ꝑ cœlū pura.i. ſine nymbo aut circulo dēſi aeris: neq; obtuſis cornibus ſed acutis & hoc ortu q̄rto ſ. poſt nouiluniū (nā is.ſ. quartꝰ ortus: eſt certiſſimꝰ autor.ſ. ſerenitatis ꝓnunciande quē egyptij etiā ſummopere obſeruāt) ſi inquam ſic ibit: &.i. ſimul totꝰ ille dies & oēs ſup. q naſcenť ab illo.i. poſt illū.ſ. quarti ortꝰ vſq; ſup. ad mēſem exactum.i. cōſummatum carebunt vētis & pluuia & naute ſeruati.ſ. a ſubmerſione ſoluēt in littore vota Glauco deo illi marino: & Panopeæ nymphę illi marine: & Melicertæ deo q̄q; marino: Inoo.i. Inus filio.



Si vero ſolem ad rapidum lunaſq; ſequentis
Ordine reſpicies: nunꝗ̄ te craſtina fallet
a Hora: neq;[a] inſidiis noctis capiere ſerenæ.
Luna reuertentes cum primum colligit ignis
b Si nigrum obſcuro comprenderit aera[b] cornu.
Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber.
At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem:
Ventus erit: vento ſemper rubet aurea phœbe
Sin ortu quarto: namq; is certiſſimus author:
c Pura neq;[c] obtuſis per cœlum cornibus ibit:
d Totus & ille dies & qui naſcentur[d] ab illo
Exactum ad menſem pluuia ventiſq; carebunt.
e Votaq; ſeruati ſoluent in[e] littore nautæ.
f Et Glauco & Panopeæ atq; Inoo Melicertæ.[f]

PIERIVS.

a ¶Hora nec inſidijs. In Mediceo & alijs antiquis codici. neq;.
b ¶Si nigrum obſcuro comprenderit aere cornu. Mediceus codex, & antiqua omnia exemplaria, quæ legi, aera, habēt quarto caſu, manifeſtum enim eſt obſcuritatem eam, q̄ lunaribus cornibus obuenit. Aere, ex obfuſcato procedere. Sed em̄ varro obatrum cornu appellat, vt vig. nigrum. Obſeruat em̄ ille modo ſummum, modo infimum, modo vtrunq; cornu obatrum, modo mediam inter vtrunq; partem obfuſcatā, varijs itidem tēporibus pluuias portēdere, quare magis placet ea lectio, quæ nigrum ait cornu obſcuro aere. c ¶Pura nec obtuſis. In veteribus codi. neq; obtuſis legitur, colliſione illa neſcio quid mollius ſonante. d ¶Et qui naſcentur ab illo. In Ro. cod. naſceť, vnitatis num̄. qd' non probať, ſicuti neq; etiā naſcunť, inſtanti tpe, vt habeť in Lōgo. e ¶Votaq; ſer. ſol. in littore nautæ. In Ro. cod. ad littora legiť, quo.ſ. fuerat appellēdū, vt ſeruarenť, ꝗ̄ꝗ̄ nō diſpliceat, in littore vota ſolui. f ¶Glauco & panopeæ & inoo melicertæ. Vt infirmioribus etiam manū porrigamus, ſcandendus eſt verſus, quem grammatici nonnulli male diuidūt, ſic igitur dicamus more aſpri, glauco, ſpon. & pano, dact. peæ & dact. ino, ſpon. o meli. dact. certæ. ſpon. panopæa vero ex vi nominis ſerenitatis deā, & tranquillitatis auctorem ſignificat, proſpectumq; vndecunq; clarum & apertum. Nam quæ procelloſo cœlo clauſa fuerant, diſpulſis nubibus cuncta aperiunť, obtutuiq; noſtro liquido ſe offerunt, idq; oſtendit ωαμ και ω+οωος.

SERVIVS.

¶Solem ad ra. Velocē. Et notandum hęc ſigna magis fida & ſubtiliora eſſe: q̄ ex ſole & luna colligimus. Lunaſq; ſe. O.r. Nō ordinem reſpicias: ſed ordine.i. rōnabiliter ordinē ſequētes. Luna em̄ ſolis circulū ſequiť licet ipſa ſit inferior. Donatꝰ dicit lunas noctis accipiendas: ſed male nō em̄ ſigna q̄ dicturus eſt ex nocte: ſed ex luna colligimus. Nūꝗ̄ te. cra. fal. H. Hyperbole eſt: nec hora q dem te decipiet. Capiere: decipieris & eſt aphereſis. Et plærunq; ſcimus nos decipi ſerenitate. Maximꝰ agri. p. q;. im.i. ſi nō habuerit pura cornua & intra eā nigrū aerē videris: erit vbiq; pluuia: ſicut ſupra. Oīa plenis Rura natāt foſſis: atq; omis nauita pōto. Si virginē ſuffuderit ore ruborem. Si luborē forinſecꝰ habuerit. Nā ſi de interiori parte ifunderit diceret. Aurea.i. pulchra: vt At nō venus aurea cōtra. Phœbe autē venit ab eo quod eſt phœbꝰ. Et ſciēdū quædā ꝓpria noīa fœmininū ex ſe facere tn̄: nō etiā neutrū: vt phœbꝰ phœbe. Iulius Iulia. Tullius Tullia: Nō vt appellatiuū: doctus docta doctū. Sin ortu quarto: Aratus tertiā dicit aīaduertendā eſſe lunā: hic quartam nō illud improbās ſed hoc magis ꝓbās. Nā ad hoc pertinet Nāq; is certiſſimus author. Exactum ad mēſem. Vſq; ad menſis vltimā partē: vn̄ & exacti mēſes dicunť q circa partū ſunt. Ipſe in ſequētibꝰ. Exactis grauide cū mēſibus errāt Glauco & pano. Inoo Melicerte: Glaucus piſcator fuit de Anthedone ciuitate q cum captos piſces ſup hęrbā poſuiſſet ī littore: & illi recepto ſpū rurſus mare petiſſent ſenſit quādā herbarū potētiā: qbꝰ eſis ꝯuerſus eſt ī numē marinū. Panopea ē nympha marina: Inoo aūt ē patronymicū a mr̄e Ino. Sane Ino & Melicerta filiꝰ poſtq; ſunt ī numina cōmutati: grece Palæmō: & Leucothœ ſunt appellati: latine portunus: ꝙ mater matuta.

¶Glauco & Panopeę & Inoo Melicertę: panopeā hāc vgīnē noiat īter Nereidas. Glaucꝰ aūt deꝰ maris ē. Is aūt piſcator fuit: & guſtu q̄uiuſdā herbę ꝯuerſus eſt ī numē...

Inoum

SER. Feminina ex maſculinis. Menſes. panopea Glaucus Melicer. Inoo. Palæmō Leucœ. Portunꝰ PRO.

Inoum Melicerten ait Palæmona: quē quidā portunū interpretant̄: ipsa aūt mr̄ p̄cipitata cū eo in mare numen pelagi facta est: & appellat̄ mater Matuta græce Leucothea.

Matuta.

MAN.

Lunæ colores.

¶Solē: rapidū: perpetuū solis epitheton: nā vt supra ostēdimus suo calore oīa fere rapit & desiccat. Sequēs futuras. Luna reuertētes quū primū colligit ignes.i. post nouiluniū: hinc Varro dicebat: vt scri. Plyn. lib. xviij. nascēs luna si cornu superiore obatro surget: pluuias decrescens dabit: si inferiore ante pleniluniū. Si in medio nigritia illa fuerit imbrē in plenilunio: si in ortu cornua crassiora fuerint horridā tēpestatē. Si nigrū ob. dictū est superius: q̄ si nigra apparuerit luna imbres portēdere credit̄ si rubicūda vētos. Aurea phœbe: pulchra luna. Sin ortu quarto dictum est q̄ quartā lunā maxime obseruat ægyptus: quæ si splendens exorta puro nitore fulserit: serenitatem portēdit. Glauco. & Panopeæ: & Inoo Melicertæ: hic versus sic diuidit̄. Et Glaoco. & Panopeæ.

Glaucus

Panopeæ. & Ino. o Meli. certe. Gelli⁹ li. xij. c. xxv. scri. Parthenij poetæ græci versum esse. Glauco nericq; atq; maris Genio Melicerte: eumq; versum Verg. æmulatū esse & fecisse duobus vocabulis venuste immutatis parē. Glaucus autē piscator erat: qui hærba quadam gustata mare subijt: atq; inter deos marinos receptus: de quo late habet̄ in fine li. xiij. meta. Panopeæ: de hac Ma. li. v. Læua tenet Thetis: & milite panopeaq; virgo. Inoo Melicertæ Learchus & Melicerta filij fuere Athamantis ex Ino cadmi filia: vt testat̄ Oui. li. iiij. meta. Learchus saxo illisus a patre obijt Ino autem cum melicerta fugiens sese in vndas dedit: ipsaq; conuersa est in deam quæ Leucothoe dicitur: a nobis vero Matuta. Melicerta autem Palæmō dictus est latine portunus. Hinc Oui. lib. vj. fast. ait. Leucothoe grafij Matuta vocabere nostris. In portu nato ius erit omne tuo. Quem nos portunum: sua lingua Palæmona dicet &c.

Learc[hus]

Melic[erta]

Ino.

Leuco[thoe]

Matu[ta]

Palæ[mon]

Portu[nus]

Sol quoq; & exoriens & quū se cōdet in vndas
a Signa dabit: solem certissima signa sequentur[a]:
Et quæ mane refert: & quæ surgentibus astris.
Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem: medioq; refulserit orbe:
Suspecti tibi sint imbres: namq; vrget ab alto
Arboribusq; satisq; notus pecoriq; sinister.
Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
b Diuersi rumpent[b] radii: aut vbi pallida surgit[c]
Titoni croceum linquens aurora cubile:
d Heu male tum mitis defendet[d] pampinus vuas.
Tū multa ī tectis crepitās salit horrida grādo.
Hoc etiam emēso quum iam decedet olimpo
Profuerit meminisse magis: nā sæpe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores:
Cæruleus pluuiam denunciat: igneus euros:
e Sin maculæ incipient[e] rutilo immiscerier igni
Omnia tum pariter vento nimbisq; videbis
Feruere. non illa quisq̄ me nocte per altum
Ire neq; a terra moneat conuellere funem.
At si quum referetq; diem: condetq; relatum:
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis.
Et claro syluas cernes aquilone moueri.

ASCENSIVS

ASC.

¶Sol quoq; & exoriēs &c. Nouissimo loco signa q̄ a sole dep̄hendunt̄ recitat nō p̄ter rhetorcorū institutū: q maximi quæq; pōderis ad finē dicēda monent. Certissima aūt atq; eadem maximæ futuræ tēpestatis indicia solis sunt. Quinetiā ad id qđ p̄tēdit maxime conducit q̄ vltimo loco solis significationē recitat vt. s. nactus occasionē in gratulationē Augusti signa Cæsaris mortē in sole p̄sequat̄. Dicit ergo solis esse certissima signa & ī ortu & in occasu q̄ varijs ei⁹ coloribus quorū significationes ponit explicant̄. ¶Ordo aūt est. Sol quoq;. i. etiā sol nedū luna & cæteri planetæ dabit signa. i. indicia tēpestatis: &. i. simul exoriēs. i. qn̄ exorit̄: & quū. i. qn̄ condet. i. abscōdet seu p̄cipitabit se in vndas. i. quū occidit (nā vulgus credit ipm in vndas maris occidere & p̄cipitari) certissima signa sequent̄ solē: & sup. ea q̄ ipse refert. i. rep̄sentat mane. i. tpe matutino: & q̄ ipse refert astris surgētibus. i. incipiētibus apparere nobis: hoc est tpe vespertino. Ille. s. sol de quo. s. sermo est: vbi. i. qn̄ variauerit maculis. i. offuscatione nō integra sed intercisa q̄ facit vt sol minus sit illustris ortū nascentē. s. primū & matutinū. Orit̄ em̄ vsq; ad meridiē sol existēs cōditus in nubē. s. pro parte media & refulserit medio orbe: tūc sup. imbres sint tibi suspecti: qa statim futuri sunt nāq; notus vētus ille pluuiā excitās latine auster dict⁹ sinister. i. inimicus arborib⁹ & satis. i. segetibus & pecori vrget. s. imbres: hoc est ipellit eos: ab alto. s. aere vt p̄cipitentur. Aut vbi. i. qn̄ diuersi. i. discolores radij rūpēt sese inter nubila: sub lucē. i. paulo ante lucē & tpe vrgente in lucē: aut vbi. i. qn̄ aurora. i. dea matutini tpis: linquens cubile titoni mariti. s. sui: croceū. i. crocei coloris: surgit pallida. i. pallorē iducēs in auras: heu dolētis est: pāpinus. i. frōs vitiū: mitis. i. tenera adhuc (Reperit̄ hic aut hæc pāpinus: sed Verg. nusq̄ epitheтū ponit quo genus discernas innuēs p̄ hoc dubijs supsedēdū) defendet. i. p̄teget a grādine: male. i. nō: aut dic pampinus male. i. non defendet: mitis. i. teneras aut maturas vuas: qa dicturus est. Et iā maturis metuēdus iuppiter vuis: tū. i. tunc multa horrida grādo salit crepitās in tectis: hic vident̄ multa epitheta sed nō sunt vitiose posita: nam multa cum sit numerale nō est plenū epithetū: licet em̄ dicere: multi diserti viri: & pauci casti viri: crepitās autem diuisim cōstruit̄ ab horrida in

Ordo.

teriecto

teriecto verbo fallit. Sunt q legāt iā multa vt sit tā multa vt pāpinus nō possit vuas defendere. Hoc etiā &c. nūc de sole occidente loquitur dicēs. Profuerit. i. vtile fuerit etiam meminisse. i. annotasse: hoc. s. qđ de sole oriēte dictū est: cū decedet iā olympo id est hemisperio nr̄o emēso. i. trāscurso. i. cū sol occiderit: p̄fuerit dico magis qa vespertina signa ī sole validiora sunt. Nā nos

videmus

SERVIVS.

SER

¶Conditus in nu. i. si orbis eius quasi cōcauus fuerit: qđ ipse exprimit dicēs. Medioq; re. o. Sinister. Noxius. Male defendet non defendet. Nā decussis pāpinis etiam vua vim grādinis patit̄. Profuerit: me. tha. Ideo magis addit: qa a sole venietia vespertina signa meliora sunt. Cærule⁹ plu. denū. Breuiter collecta conclusio. Me no. gratiorē sensum fecit interposita suæ personæ cōmemoratione. Nā hoc dicit nulli se suadere illa nocte nauigare. At si cū referetq; diem: cōdetq; re. Hoc ad futuræ serenitatis ptinet signū. Nā si de ipso die dicas de quo p̄misit stultissimum est. Claro aqlone: serenifico: qa est & nubilus: sicut fere oēs venti. Hora. Albus vt obscuro deterret nubila cœlo. Sæpe not⁹: neq; parturit imbres p̄petuos.

MAN

Solis p[ræsa]gia.

¶Ille vbi nacen. macu. vari. or. Ply. de solis præsagijs lib. xviij. inquit: q̄ quum oriēte radij nō illustres eminebunt: q̄uis circūdati nube non sint pluuiā portendent: si ante exortum nubes globabūtur hyemem asperam denunciabunt: si nubes solem circūcludent: quanto minus luminis relinquent: tanto turbidior tempestas erit. Vrget scilicet imbres. Ab alto. i. ab aere. Notus qui latine auster dicitur. Sinister: nocens aduersus. Aut vbi sub lucem: ait idem si sol ex ortu lōge radios per nubes porriget: & medius erit inanis: pluuiam significabit. Pallida. Ait idem q̄ sol pallidus oriens hybernam grandinem nūciat. Tithoni: sui viri. Cæruleus: ait idē si in occasu eius radij in se nubē trahent: asperam in proximum diem significabunt tempestatē. Igneus euros: ait idē si circa occidentem candens erit sol vētum significat. Lucidus orbis: ait idē q̄ sol purus oriens: atq; non feruens serenum diem nunciat. Si & occidit pridie serenus & orit̄ tāto certior fide serenitatis. Claro aqlone: is enim teste eodē serenus est Italiæ cū aphricæ nubilus sit: estq; saluberrimus omnium aquilo.

Solis colores.

Aqu[ilo]

PIERIVS.

a ¶Solē certissima signa sequent̄. In Ro. co. & in Mediceo, & ī Lōgobardico p̄nti tpe legit̄ sequunt̄, qđ maioris est dignitatis: cōplectiturq; ita in se & p̄teritū & futurum. b ¶Diuersi erūpēt radij. In Ro. co. rūpūt, bisyllabū p̄nti tpe. In Med. & aliquot alijs p̄uetustis diuersi rumpent, est & diuorsi. Et Asper grāmaticus eo loco, vbi disputat aduersus eos, q passim geminū ij, p̄ vnū tm̄ scribere volebāt, vt radi, p̄ radij, dū duo necessario oportere scribi cōtēdit, versum hūc citat, & rūpēt, oīno scribit. c ¶Aut vbi pallida surgit. In Medi. & aliquot alijs antiqs surget, futuro tpe. Sunt tn̄ & q surgit, p̄nti legāt. d ¶Heu male tū mitis defendit pāpinus vuas. In Medi. & alijs fere oībus antiqs defendet, habet̄: p̄ e, futuro qppe tpe, vti superius surget, Pronostica em̄ de futuris eē debēt. e ¶Sin maculæ incipient. In antiqs aliquot incipiūt, & superius decedit, sed futurū in vtroq; receptum magis.

videm⁹ sæpe: varios colores errare.i.ſpargi & mutari in ei⁹. ſ.ſolis vultu. Ceruleus color ſolis.i.marinus: denũciat pluuiã co lor igneus.i.rutilus: denũciat euros.i.vẽtos oriẽtales. Sin.i.ſed ſi maculæ incipient immiſceri igni rutilo: tu videbis: tũ.i.tũc oĩa feruere.i.increbreſcere pariter vẽto & nymbis.i. pluuioſis nubibus. Quiſq;.i.qcũq; is fuerit: nõ moneat: qa fruſtra id fecerit me ire illa nocte: q̃.ſ.talia ſigna apparuerint p aliũ.ſ.mare: neq; con

uellere.i.

uellere.i.diripere & diſſoluere: funẽ.i.retinacula nauiũ: a terra qbus terræ affigunt̃ naues. At.i.ſed ſi orbis.i.globus.ſ. ſolaris erit lucidus.i.illuſtris: q; p &: & pariter: quũ.i.qñ: referet.i.reducet diẽ.i.claritatẽ diurnã: & quũ cõdet.i. abſcõdet aut finiet & cõponet.ſ.diẽ relatũ.i.ad nos reductũ: hoc eſt ſi in ortu & in occaſu lucidus erit globus ſolaris: tu terrebere fruſtra nymbis: & tu cernes ſyluas moueri: aqlone.ſ.vento: claro.i.ſerenitatẽ inducente.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Deniq; qd &c. Cõcludit oĩa ex ſole melius cognoſci q̃ ex aſtris minoribus & quo id pbet trãſit nõ inepte ad alias ſignificatiões ſolis qbus mortẽ Iulij cæſaris pnotaſſe creditus eſt. ¶Ordo eſt. (Ordo.) Deniq;.i.vt ſemel dicã aut vt oĩa cõcludã & vno vbo explicẽ: ſol dabit tibi ſigna.i.indicabit tibi qd veſper.i.heſper⁹ ſeu veſperus ſerus.i.tard⁹: vehat.i.afferat aut ingerat ſeu indicet nobis & vñ.ſ. flãs vẽtus agat ſerenas nubes & qd auſter ſeu not⁹ humid⁹.i.humorẽ in nubem colligẽs: cogitet.i.cõgreget. Eſt em̃ frequentatiuũ a cogo qd ſignificat ſimul agere & cõpellere: aut qd cogitet.i.ptẽdat: qa nimirũ ĩbres & pluuiã.i. qcqd per ſydera aut vẽtos pdicere poteſetiã a ſole diſces: & qdẽ certius nã qs audeat dicere.i. affirmare ſolẽ falſum.i. deceptoriũ & nõ vaciter indicantẽ: & id in ſignificatione actiua. Ille.ſ.(q̃ magis naturalia & q̃ naturę ſubiecta ſũt credas) monet ſæpe etiã tumultus cęcos.i.excęcantes aut ignotos pri⁹ q̃ oriant̃ inſtare.i. de pximo aduẽtare: & monet ſæpe fraudẽ.i.deceptionẽ ĩſtare: & monet bella operta.i.latentia & fraude tecta: vnde poſſet cõſtrui fraudẽ & bella operta.i. bellorũ opertorũ tumeſcere.i.creſcere. Ille.ſ.ſol etiã miſerat⁹ ſup.eſt: Romã.i.rẽpu.romanã Cæſare.i.Iulio extincto.i. multis vulnerib⁹ interempto in ſenatu: quum.i. qñ.ſ.ſol texit.id ẽ velauit caput nitidũ.i.illuſtre & ſplẽdidũ pri⁹ ferrugine.i. caligine ferruginei coloris: obſcura.i. ſubnigra & pulla (Alludit ergo ad veſtes lugubres q̃ſi ſol ob necẽ cæſaris in luctu fuerit: nã ferrugo eſt purpura Hiſpanica ſubnigra) & ſæcula impia in qbus tã bon⁹ princeps tã crudeliter occiſus erat: timuerũt ęternã noctẽ: qd reuera in ſaluatoris noſtri obitu multo poſt cõtingit: q̃q̃.ſ. ſol ſigna dedit: nihilomin⁹ tell⁹ & eq̃ra.i.aq̃ prius eque põti.i.maris: & canes

a Deniq; quid veſper ſerus vehat: ᵃvnde ſerenas
b Vẽtus agat nubes: qd cogitet ᵇ humidus auſter:
Sol tibi ſigna dabit: ſolem quis dicere falſum
Audeat? ille etiam cæcos inſtare tumultus
Sæpe monet, fraudeſq; & operta tumeſcere bella:
Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam:
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit
Impiaq; æternam timuerunt ſæcula noctem
Tempore q̃q̃ illo tellus quoq; & æquora ponti
Obſcœniq; canes importunæq; volucres
Signa dabãt: quoties cyclopũ efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus ætnam:
Flammarũq; globos liquefactaq; voluere ſaxa?
Armorum ſonitũ toto germania cœlo
Audiit: inſolitis tremuerunt motibus alpes:
Vox quoq; per lucos vulgo exaudita ſilentes
Ingens, & ſimulachra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis: pecudeſq; locutæ
Infandum: ſiſtunt amnes terræq; dehiſcunt:
c Et mœſtũ illachrymat ᶜtẽplis ebur: æraq; ſudãt
Proluit inſano contorquens vortice ſyluas
Fluuiorum rex Eridanus: campoſq; per omnes
Cum ſtabulis armenta tulit: nec tpe eodem
Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces:
Aut puteis manare cruor ceſſauit: & altæ
Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes.

PIERIVS.

a ¶Deniq; qd veſper ſer⁹ vehat. In Ro.cod. ferat, legit̃, qd paraphraſtice poſitũ fuiſſe crediderim. b ¶Quid cogitet humidus hauſter. Sunt q legendũ diſputẽt. Quid cogat & humid⁹ hauſter. Sed paſſim in ant.exẽplarib⁹, cogitet, habet̃. c ¶Et mœſtũ illachrymat tẽplis ebur. In Oblõgo illo antiq̃, lachrimat, Sed in Ro.in Mediceo, & aliq̃t alijs antiqs, illachrimat, ſpecie magis virgiliana, gaudet em̃ poeta noſter quas pponitiuas particulas noibus abſtulerit, eas verbis explicare.

SERVIVS.

¶Deniq; qd veſper ſerus vehat cõcluſio eſt quæ hoc cõtinet Signa q̃ poſſumus ex ſtellis vel ex vẽtis colligere: meli⁹ ex ſole colligimus. Quid co.hu.au.i.ĩ quã partẽ ſe flectat: vtrũ ad ſerenitatem: an ad pluuias vt dixim⁹ ſupra. Quis dicere.f.i. fallacẽ. Sal. in Catiliñ. ambitio multos mortales falſos fieri coegit. Tumultus: cõiurationes & latẽtes inſidias. Ille etiã extincto.mi.cæ.Romam: bonũ epilogi reperit locũ vt in Auguſti grãm defleat Cæſaris mortẽ. cõſtat aũt occiſo Cæſare in ſenatu pridie Id⁹ martias Solis fuiſſe defectũ ab hora ſexta vſq; ad noctẽ. Quod qa multis ptractũ horis: dicit in ſequentibus. Aeternã timuerũt ſęcula noctẽ. Ferrugine te. ferrugo eſt purpura nigrior Hyſpana: alibi & ferrugine clarus hibera. Impia ſcilicet a qbus fuerat Cæſar occiſus. Aequora pon. Non ſine cauſa addidit põti quia ſunt & cãpi æquora: vt ac prius ignotũ ferro q̃ ſcindim⁹ æquor. Importunæq; vo.in alienũ tẽpus: ruẽtes vt ſtryges aut bubones nocte gaudẽtes per diẽ poſſent videri. Vidim⁹ vndan.rup.forna.ętnã. Malũ em̃ omẽ quoties ętna mõs Siciliæ nõ fumũ: ſed flammarũ erigit globos: & dicit Liui⁹ tanta flãma añ mortẽ Cæſaris ex ætna monte defluxit: vt nõ tm̃ vicinę vrbes. ſed etiam Rhegina ciuitas afflaretur. Vndantẽ aũt: vndæ modo flãmas euomentẽ. Liquefacta ſa.igne ſoluta. Sonitũ to. ger.cœ. Audijt: Bene Germania quã vicerat Cæſar vt eo occiſo: in rebellionẽ videret̃ exurgere. Inſolitis tre.mo. Aut nouis.i.nũ q̃ antea in alpibus tactis aut magnis & maiorib⁹ ſolito. Sub ob. no.circa noctis obſcurum. Pecudeſq; lo.in. Aut infanda ptulerũt: aut hoc infandũ fuit: q ſunt cõtra naturam locutæ. Ebur.ſ.ſimulachrorum. Aeraq; ſu. Signa ſunt laboris futuri. Inſano. Magno: vt quid tantum inſano iuuat indulgere labori. Et ſciendum flumina: cum ſupra modum creſcunt: non tantum ad præſens inferre damnum: ſed etiã ad alia futura ſignificare. Fluuiorum rex eri. padum dicit fluuiorum autem rex per Italiam: aut certe per totum orbem ſecũdum quod dicit Luca. qui ait cum de iſto flumine loqueretur. Nõ minor hic nilo: ſi nõ p plana iacẽtis Aegypti libicas nil⁹ ſtagnaret arenas: Nõ minor hiſtro niſi q dũ pmeat orbẽ Hiſter: caſuros in q̃libet æq̃ra fontes. Accipit & ſcythicas exit nõ ſol⁹ in vndas.

SER. Falſus. Defect⁹ ſolis. Ferrugo Aequora. Padus.

obſcœni.i.obſcœne vlulãtes: aut horribilia portẽdẽtes & volucres iportune.i. nõ ſuo tpe volãtes nec cõſueta naturę faciẽtes (dicerem q̃ ſi Mãcinell⁹ taceret) dabat q̃q;.i.etiã nedũ ſol: ſigna.i.pdigia illo tpe.ſ.quo Cæſar occiſus fuerat pauloante aut paulopoſt. Quoties vidim⁹.q.d.frequẽtiſſime: ætnã.ſ.montẽ Siciliæ perpetuas flãmas euomentẽ vndantẽ.i.ebullientẽ ac eructantẽ flãmarũ globos in morẽ ſuperundãtis aq̃ efferuere.i. feruorẽ extẽdere i.i. vſq; ad cãpos cyclopũ.i ſiculos in qbus cyclopes olim vſati dicuntur: & quoties vidimus ætnã: voluere.i.eructare globos flammarum & ſaxa liquæfacta.i.in calcem ac cinerem fere reſoluta ex feruore ignis incluſi Germania.id eſt populus Germanie audijt ſonitum armorũ toto cœlo & alpes montes inter Italiam & Galliam: tremuerunt inſolitis motibus. Quoq; pro & vox ingens. id eſt valde magna eſt exaudita.id eſt clare audita & excepta vulgo.id eſt a vulgo aut paſſim: per lucos.id eſt ſyluas ſacras & incęduas: & ſilentes. id eſt quibus cum ſilue ſint. ſilentium eſſe ſolebat & ſimulachra pallentia miris modis: viſa ſup. ſunt: ſub.id eſt pauloante obſcurum. id eſt caliginem & obſcuritatem ſeu

tenebras

¶Deniq; quid veſper ſerus vehat: vnde ſerenas. Veſper. de hoc late ſuperius. Tumeſcere: creſcere. Cæſare: conſpiratum eſt in Cęſarem a ſexaginta & amplius. C. Caſſio Marcoq; & Decio Bruto principibus conſpirationis itaq; illum Idibus Martijs in pompeij curia tribus & viginti plagis cõfoderunt. Quod Sue. edocet vtq; Plutar. ait. perijt Cæſar. vi. & l. ętatis ſue anno poſt Pompe. haud multo amplius. iiii. ſuperſtes annis ſcri. etiã Suet. q Cæſari futura cædes euidentibus pdigijs enunciata eſt paucos ante mẽſes. capuæ em̃ tabula ænea in monumẽto in quo dicebat̃ capis cõditor Capuæ ſepult⁹ inuẽta eſt: cõſcripta litteris vbiſq; græcis hac

ſententia

MAN. conſpiratio. Cæſareæ Cædis. pdigia.

sententia. Q̄ñcunq; ossa Capis detecta essent: fore vt Iulo ꝓgnatus manu cōsanguineoꝝ necaret̃: magnisq; mox Italiæ cladibus vindicaret̃. Et immolātem aruspex spurina monuit: caueret periculū quod nō vltra martias Idus ꝓferret̃: pridie autem easdē Idus auē regaliolū cū laureo ramulo Pōpeianæ curiæ se inferentem volucres varij generis ex ꝓximo nemore ꝓsecutæ ibidē discerpserunt. Ea vero nocte cui illuxit dies cædis: & ipse sibi visus est per quietē: interdū supra nubes volitare altas: cū Ioue Dexteram iungere. Et calphurnia vxor eius imaginata est: Collabi fastigium domus: maritūq; in gremio suo cōfodi: ac subito: cubiculi fores sponte patuere. Ob hæc simul & infirmā valitudinem diu cunctatus an se cōtineret: & quæ apud senatū agere ꝓposuerat differret. Tandē Decio Bruto adhortāte. v. fere hora ꝓgressus est. Deinde pluribus hostijs cæsis: cū litare nō posset. introijt curiā spreta religione: vbi vt dixim⁹ vulnerib⁹ cōfossus. xxiij. obijt. Cū caput obscura: Plutar. vbi de ꝓdigijs post extinctū Cæsarem meminit: inqt: Solis p̄terea lumen caligine obsessum: toto nāq; illius anni spacio pallēs globus: & sine splēdore oriens imbecillem ac tenuē a se calorē emittebat: quare grauis ac dispartiētis imbecillitate caloris obscurus aer semicoctos edebat fructus immaturos & imperfecto florē illabētes: tm̄ aeri frigus inerat. Eusebi⁹
solestres vero scri. post cæsaris cædem Romæ tres simul soles exortos qui paulatim in eundē orbē coierunt. Ply. item lib. ij. ca. xxx. ait. Fiūt ꝓdigiosi & lōgiores solis defectus qualis occiso Dictatore Cæsare & antoniano bello totius pene anni pallore cōtinuo: Oui. itē ait. solis quoq; tristis imago: Lurida sollicitis præbebat lumina terris. Id aūt Ouid. ante Cæsa. obitū fuisse dicit. Verg. vero & alij autores vt ply. post eiusdē obitū. Appian. quoq; li. iij. scri. multa ꝓdigia signaq; perhorrenda Romæ visa fuisse post Cæsaris cędem. Meminit & Hora. ode. ij. Ferrugine: colore nigro. Tempore q̄q; illo: ostēdit nō solis tm̄: sed etiā alioꝝ plurima fuisse ꝓdigia de quibus ample. Appi. vt diximus. Obscœniq; canes. i. abominabilia canētes. Appia. inquit: canes lupoꝝ vice vlulatus edidere. Importunęq; volucres. miscuit Poeta sicut etiā Oui. illa quoq; ꝓdigia quæ ante etiā Cæsaris obitū fuerant: de q̄bus iā diximus plutar. item scri. ante Cæsaris dictatoris mortē solitarias in foro aues dilapsas: & Sue. vt patuit de regaliolo aui. Ouid. Itē ait. Tristia mille locis stigius dedit oīa bubo. Cyclopū in agros Cyclo-
cyclopes pes appellarunt viros quosdā gygantes: qui in sicilia iuxta ætnā morantes vnicū lumen in frontis medio habebant phœbeæ lampadis instar. cyclops itaq; dici pōt circularis oculus. Aetnā Stra.
nimis nec resolutū soluto tñ pprius: nec exile nec letissimū: pxi
mū tñ huberi nec siccū nec vliginosum modice tñ roscidum nec
amarū: nec salsum: ne saporem vini corrumpat. Passo psythia
vilior: a patientia nomen acinis daẽ passis: vt scri. Ply. li. xiiij. c.
ij. ca. vero. x. ait. psythium passi genus suū saporem non vini refe
rens: quo autem pacto passum fiat late docuit Colu. lib. xiij. ca.
Passum. xxxix. passum inquit Nonius: dicitur liquoris gen⁹ qd' ex vua
passa cogitur: alibi dixerat: passum est proprie rugosum vel sic
cum: vnde & vua dicta passa est q sit rugis implicata: hinc Plau
tus ait pro vua pensili passa: & Lucilius Rugosi passiq senes La
geos: hanc extremam scribit esse Plyn. quę non reperitur in Ita
lia. Lagos

tiores dubio procul existimarem, in quibus scriptum est
Sunt etiā amminex vites, qua lectiōe oīs & scriptiōis & syl
labarum ambiguitas tollitur. Qd' vero Seruius asserit vinū
ammineum albū esse, ideoq dictum quasi sine minio, cōmē
titium est: quum agnoscat Plynius vitem Ammineam ni
gram. cui nomen Syriace. Et ex plurib⁹ ammineis genus tñ
vnum designet Columella qd' albidas vuas habeat. Prete
rea si verum illud est, qd' plerīq tradunt, ammineum vinū
idem & falernum esse, id nigrum potius habebiẽ Martialis
elogio dicentis. Marmorea fundens nigra falerna manu. Nā
Macrobius ait ammineos fuisse, vbi nūc falernus ager. Ge
nusq vitis ammineæ minoris vulgo notissimæ, quæ cam
paniæ celeberrimos vesuuij colles Surrētinosq vestit agno
scit Columel. solasq ab antiquis agnitas attestaẽ & sui quo
q tpibus vetustissimas quasq vineas ammineas existima
tas. ceterum vergilius diuersum quid a Macrobio tradere vr̃
quum sedulo distinguat species: quaternaq gña duabus cō
parationibus complectaẽ Rhœtica falernis cōferendo cum
quibus tamen ea, vtpote deteriora minime contendere de
beant. Moxq ammineum subiungat, cui Tmolium ex Ly
dia, & Phaneum ex chio comparat, minoremq argiten, quā
uis hæc vitis & liquoris copia, & vetustatis firmitudine sit
cæteris omnibus anteferenda: assurgere tamen vinum eius
ammineo, illiq priorem locum cedere asseuerat. Qui quidē
si falernū & ammineū idē agnouisset Vinū: nō ita statum p
comparationes in diuersa genera distribuisset, illud Rhœti
cis, hoc Chijs & quibusdam alijs anteferendo. Sane vero fa
lernum id oīno esse, qd' vulgo nūc Græcum appellāt pleri
q nō ineruditi cōsentire videnẽ. Sed nos hæc alijs, quos in
tellexi negotium hmōi sumpsisse, disputanda relinquemus
quum eo solicita magis cura pperemus, vt veterum codicū
lectionem atinearū iniuria, quod fieri potest, vindicemus.
c ¶ Tmolus & assurgit quibus & rex ipse phaneus. In antiqs
aliquot cod. manu scriptis legere est absq, &, pticula. Tmo
lus adsurgit quibus. Atq ita necesse esset cōtinuare ordinem
elocutiōis, firmissima vina, qb⁹ Tmol⁹ adsurgit, & rex pha
neus. Sed eñ obstat syllaba, Trocheus ea sede positus exem
plo caret, neq cesura vlla succurrit, quæ cōem locū faciat, q̃
re cōmenti sunt Grāmatici, &, illud tāq cuneum, aut farturā
aliquā interponere, quę versum sustineret, vel fatiscentē ob
stiparet: quorū tñ oīum ambiguitatē sustuleris, si quod ī Me
diceo, & in Long. vaticanæ Bibliothecæ legitur, admiseris.
Ibi eñ Tmolus adsurgit. denoīatiuū nomē a Tmolo habeẽ.
vt eñ ab Olympo Olympius, a caucaso caucasi⁹, ita a Tmo
lo Tmolius. Eritq ordo, Quib⁹ vinis rex Tmoli⁹ adsurgit,
& Rex phane⁹. d ¶ Nō ego te Mensis & dijs accepta scdis.
Quāuis hic numerus vt in vulgatis cod. habeẽ, & grauis sit
& sonoritatis plenus, & ad heroici stili maiestatē propius ac
cedat: plura tñ ex antiqs exemplarib⁹, quæ legim⁹, adonio
ppposito nūero sic hñt. Non ego te dis. Inde alcmanico tetrametro. & mensis accepta secundis.
cuiusmodi numeri est Horatianū illd'. O fortes peioraq passi. ne mediocri stilo versus ita īsur
geret, atq hunc numerum agnoscit Seruius. significat vero eam esse & esui & potui bonam. dis
eñ libationes fiunt, mensis vero secundis & poma & fructus alij inferuntur.

lia. Lagos autem lepus dicitur: inde lageos leporaria dici po
test: Olim: quandoq cū sit tenuis & penetrabilis. Precięq. Ply. Precia.
libro. xiiij. cap. xiij. inquit: preciæ duo genera magnitudine di
scernuntur. Dicuntur autem preciæ quasi pcoces.: qd' ante alias
maturescunt. Quo carmine: quibus laudibus. Rhetica: ante Ty
berium Cæsarem inquit Ply. lib. xiij. cap. ij. Rheticis prior men
se erat. Hęc autem locis temperatis fœcundę bonitatis copiam
præstat estq breuis & cute omnium tenuissima conferta acino
degener vino. Rheticæ autem vites dicuntur a Rhetia regione. Rhethicę
Ideo: q laudanda es & dicenda. Cellis falernis: secunda vini no
bilitas falerno agro erat. qui ager a ponte campano leua peten
tibus vrbanam coloniā syllanam nuper capuæ contributam in
cipit. auctor Plyn. libr. xiiij. cap. ix. Amineæ vites. Macro. libro.
iiij. saturnalium de oleis & vuis sic scribit. Sicut vuarū ista sunt
genera aminea. scilicet ab regione. Nam amninei fuerunt vbi
nunc falernum est: & Plynius libro. xiiij. ca. iij. inquit principa
tus datur amineis propter firmitatem: senio quoq proficientem
vriq: quinq eius genera prima ex amneis maturescit ocissime
atq putrescit. Idem capitulo quinto ait. Est & nigra aminea cui
syriace nomen. de amineis autem etiam plura Columella. libr.
quarto. capitulo. ix. Tmolus: de hoc latius libro primo Georgi
co. Croceos vt Tmolus odores. Assurgit: iactat se vel eleuaẽ &
crescit. altior enim mons ipse videẽ vitibus adultis. Quibus: vi
tibus. s. vnde Probus ait Tmolum lydiæ mōtem ammeo ferti
lē vult intelligi. Rex ipse phaneus: Probus ait: q phaneum por
tū vult esse insulæ Chiæ. & significari inde Chiū amineū. rex aūt
ait: qm

feri vt vendantur: p portū
ergo oīa vina illius insulę intel
ligit. Et est argitis. s. vua candi
da minor. s. in mole & extensiōe
sed quia acinos modicos habet
& pelliculā tenuē: succū vo sub
tilē dicit: cui. i. cū quā vlla. s. alia
vua, nō certauerit. i. contenderit
aut fluere tñ. i. in fluxu tāto hoc
est in reddēdo tāto vino: aut du
rare. i. in durādo p totidē annos:
reddit ego plurimū vini qd' diu
tissime cōseruari potest. Et o rho
dia. s. vua aut vitis a rhodo insu
la lycie dicta: accepta. id est grata
dijs. s. in sacrificijs: & secūdis mē
sis qñ. s. bellaria & dulciora vina
exponebanẽ: ego nō transierim
i. silentio pterierim: hoc est pter
misisse velim te. & o bumasthe
vua dicta a bouis māma: tumi
dis. i. amplis & inflatis racemis:
ego non transierim te. i. sine tui
mētione. Quia vero harum mē
tionē facit ne culpetur aliarum
nō meminisse dicit: Sed neq re
fert. i. interest aut ad rē facit scire
q multe sint species. s. vitiū: nec
q̃ sint noia. s. carū: Est numer⁹. s.
vitiū neq refert ɔprehēdere sup.
eas numero: quē. s. numerū: qui
velit scire: idem velit discere. i. tā
tundem pfecerit ac si velit disce
re q multe harene littoris libyci
turbenẽ zephyro. i. vēto illo ab
occidente flāte: aut idē velit nos
se. i. nouisse & scire seu cognosce
re quot Ionij fluctus aut quot flu
ctus. i. procelle: Ionij. s. maris: ve
niant. i. appellanẽ ad littora: vbi
i. qñ eurus ventus ille ab oriente
flans incidit violentior. i. valde
impetuosus: & violentior solito
incidit dico nauigijs. i. in naui
gia. qm scire vt difficillimū ita
minime vtile foret quo circa de
hortatur a numero vitium com
prehendendo.

ait:qm̄ vt ait ita phaneo rege portus ille appellatus est. Argitisq; minor. Probus ait: argitis dicta est a cādore: argēteus aūt cādidus dr̄. Rhodia vitis a loco dicta est: est em̄ Rhodus ī Lycia insula teste Mela. & Ply. li. v. Mēsis secūdis: primæ mēsę carnis erāt secūdæ v̄o pomorū q̄ bellaria dicebant. Vñ Macro. li. ii. satur. sic ait. Significāt aūt bellaria oē mēsæ secundæ genus. Vina quoq; dulciora est inuenire i comœdijs antiqoribus hoc vocabulo dictaq; ea liberi bellaria. Dīs eius em̄ vino illis libēter libabāt. Bumasthe. Ply. li. xiiij. c. ij. ait. Tumēt v̄o māmarum mō Bumasthi. Cōponit aūt ex bu qđ magnū qd enūciat: & masthos qđ est mā ma. Est numerus. Ply. li. xiiij. c. iii. inqt gn̄a vuarū atq; vitiū cōprehēdi numero posse vnus existimauit Democritus: cūcta sibi graeciæ cognita ꝓfessus. Cæteri innumera atq; infinita esse ꝓdiderunt. Libyci æquoris. Pom. Mela inqt mare quo aphrica cingit a septētrione libicū a meridie æthyopicū ab occidēte atlāticū dicimus Zephyro: videto li. i. Et putris Zephyro &c. Ionij fluctus. Soli. scri. q̄ græci Thuscū mare Ioniū vel tyrrhenū. Itali inferū vocāt: & Stra. lib. iii. scri. Ionicū sinū partē esse eius maris qđ adriaticū dr̄. Hæc ille. Beroaldi aūt descriptio est. Passum fit ex stica aut apiana vua ī sole aut oleo feruēte vsq; ad cōsumptionē dimidiati pōderis adusta & in doliū cū musto iniecta. Defrutū v̄o vinū est musto vsq; ad dimidiā partē decocto a feruendo sic dictū: qđ in mellis morē in vasculo cōseruari pōt: autore palladio cætera in Man. aut Bero. videbis.

Rhodos. Bumasthus. Ber. Pas.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Nec vero terræ &c. Docet causam quare nō cōducat nec facile sit oēs vites nosse qa. s. non oēs vbiq; nascunt. Et ita q oēs vites italiæ norit aliarū regionū adhuc ignoret: neq; eas nosse ꝓfuerit. Et quo id ꝓbet vtit quadam inductione alioꝝ terrena scētiū. Reprehēdit aūt Ser. a Beroaldo in expositione illius. Velleraq; vt fo. cuius verba recitabuntur ibi vnctos saliere p vtres: qa simul reprehēdunt. Ordo hic est. Ordo. Nec vero. i. nō etiā oēs terræ pñt ferre oīa: qa salices nascunt i fluminibus alni nascunt in crassis paludibus orni, steriles nascunt in saxosis mōtibus. Littora sunt lętissima. i. acceptissima myrthetis. i. myrthis ipsius deniq;. i. vt ad institutū redeā: bacchus. i. vitis amat colles aptos. i. apricos: & soli expositos taxi arbores in corsica plurimæ nascētes amāt aqlonē & frigora: aspice orbē. i. globū terræ domitū. i. subactū: & cultū extreīs cultorib⁹. i. vsq; in extremū eius extensis (qđ in Augusti gratiā dicit ꝙ quē tūc licebat etiā extremos cultores orbis aspicere: videt em̄ commētaris sn̄ia: vt orbis dicat domitus cū cultoribus: hoc est vt etiā cultores domiti dicant: verūtñ posset sensus esse: ꝙ orbis sit domitus cultorib⁹: & tñ adhuc seruet naturā suā: ita vt nec oēs terræ ferre oīa possint quantūcūq; domitæ & subactæ sint) & aspice domos eoas. i. orietales: arabū. i. quas arabes ad mare rubrū ꝓtēti habitāt: & aspice gelonos: populos illos scythiæ pictos more. s. agathyrsoꝝ (de qbus Manci.) & sup. videbis qa patriæ. i. terræ naturæ sunt arborib⁹ diuisæ. i. distinctæ. i. ꝙ sua cuiq; arbori sit patria. Nā sola india fert hebenū. i. lignū illud nigrū (ꝓ arbore aūt viua dr̄. Hebenus mareotica &c.) Virga turea. i. turifera est solis sabeis ppl̄is illis in cōfinibus arabiæ. Quid. i. ad qd referā. i. recensēā & narrē tibi: &. i. pariter balsama sudantia ligno odorato. i. odorifero: &. i. simul Baccas. i. fruct⁹ siluestres sparsim nascētes: achāti: illius virgulti semper frōdētis? Quid. i. ad qd dicā tibi nemora æthyopum canentia. i. albicantia, molli lana: quæ non multum a lino discedit & quid dicam: vt. i. qualiter seres populi illi ad æstiuum orientem protenti: depectant: id est decerpant pectinib⁹: folijs: id est de frōdibus arborum: tenuia vellera. s. lanæ vnde fiunt vestes sericæ tenuissimæ bombicinis nō dissimiles: aut quid dicam: quos. lucos. i. quas arbores india propior: id est valde vicina: oceano scilicet mari: appositorie sinus extremi orbis gerit: id est producit: vbi: id est in quo loco: vllæ sagittæ: haud id est non potuere vincere: id est superare & excedere: iactu: id est proiectu ex arcu: summum aera ad quem scilicet arbores pertingunt: & quidem id est tamen certe: illa gens est non tarda: immo apprime strēnua pharetris sumptis scilicet ad sagittandum quia optimi sunt sagittarij: & tamen non ita altum iacere possunt telum: vt summitatem arborum in aera extensarum attingere possent: vnde notum est miram esse celsitudinem eorum: sed quid inquit dicam: id est ꝓlixius describam hec? quasi dicat. Id frustra fecero cum in nostris regionibus non nascantur. & ita perstat in causa reddēda: cur nō prosit comprehēdere vites numero.

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt:
Fluminibus salices: crassisq; paludibus alni
Nascuntur: steriles saxosis montibus orni.
Littora myrtheris lætissima: deniq; apertos
Bacchus amat colles: aquilonē & frigora taxi.
Aspice & extremis domitū cultoribus orbem
a Eoasq; domos [a] arabum pictosq; gelonos.
Diuisæ arboribus patriæ: sola india nigrum
b Fert hebenum: solis est thurea [b] virga sabæis:
Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamaq; & Baccas semp frōdentis Achanti?
Quid nemora æthiopū moli canentia lana?
Velleraq; vt foliis depectant tenuia seres?
Aut quos Oceano proprios gerit india lucos
Extremi sinus orbis? vbi aera vincere summum
Arboris haud vllæ iactu potuere sagittæ:
Et gens illa quidē sumptis nō tarda pharetris.

PIERVIVS.

a ¶Eoasq; domos. In Lōgobar. domus, quarta declinatione legit: qđ & apud. T. Liuiū in antiquis codicibus obseruatum.
b ¶Solis est thurea vi. sa. In lōgobardi. Solis & thurea: sed inemendate. Turea vero absq; adspiratione in antiquis codicibus: quod multi fuere, qui tus latinum esse vocabulum, & a tundendo dictum voluere.

SERVIVS.

SER. ¶Nec vero terræ: aut generale est: sicut ait in primo li. Et quid quæq; ferat regio. Et ad superiora ꝑtinet: vt talis sit sensus nō ꝓdest nosse cūcta vitium gn̄a: nec em̄ oīa ꝓcreant in oībus terris. Crassis paludibus: lutosis naturaliter. Littora myrthetis lætissima. Locū posuit ꝓ ipsis arboribus: sicut salictū ꝓ salicibus. Nā myrthetum est locus: ipsa arbor aūt myrtus vocat. Apertos bacchus amat colles: hinc est qđ vites amāt montiū laxiora. Aspice & extremis ītuere & extremū orbē cū suis cultoribus domitū. Nā subaudiamus cū: & ꝑ trāsitū maiestatē Romani laudat imperij: Eoasq; domos arabū: arabia pāchaia & sabæoꝝ gens eadem est: apud quā thus nascit: vt solis est thurea virga sabæis. Item totaq; thuriferis panchaia pinguis arenis. Plaut⁹ arabico thure. Pictosq; gelonos. i. stigmata habētes & sunt ppl̄i scithiæ: vt pictiq; agathyrsi. Diuisæ arboribus patriæ: Regiones: vt, Italiā quæro patriā. Sola india nigrū fert hebenū: at qui & in ægypto nascit sed i diā oēm plagā æthiopiæ accipimus: sane hæc heben⁹ & hoc hebenū dicit: hic neutro vsus est. Lucanus aūt ait. Hebenus mareotica vastos. Nō operit postes. Hebenus aūt arbor ē: q̄ cæsa durescit in lapidē. Balsamaq; vacatq;: vt alibi dixitq;: & prælia voce diremit. Sane balsamū est ipsa arbor. Opobalsamum succus collectus ex arbore. Nam οπωϲ dicit succus ξυλομ lignum: vnde xylobalsamum lignum ipsius arboris. Probatio autem opobalsami est: vt dicit Ply. si cōtra solem feratur & corruptum nō sit manum ferentis exurit. Et bacchas semp frōdētis achāti. Achantos arbor est in ægypto semper frondens: vt oliua laurus: & achantus dicta quasi spinis plena. Nam spinosa est arbor: abundat hæc etiam arbor in Cyrenaica insula. Velleraq; vt folijs. Apud indos & seres sunt quidam in arboribus vermes: q bombices appellantur: qui in aranearum morem fila tenuissima deducunt. Vnde est sericum. Nam lanam arboream non possumus accipere: quæ vbiq; procreatur. Oceano propior gerit india lucos. Hæc enim habet arbores magnas: quæ est iuxta oceanum. Hinc est extremi sinus orbis. Depectant: decerpant: sed alij depectat legunt: quod si est seres posuit pro ser. sicut trabes pro trabs: sic Lucanus. sub iuga iam seres iam babarus isset araxes. Non tarda. i. strenuissima: nā est liptotes figura.

Hebe. Achā. Histo... Ser. ... Bōbi...

PRO. ¶Eoasq; domos arabum pictosq; gelonos: sunt scythæ dicti ab Herculis filio Gelono & Echidna: vt in. iiij. Herodotus refert. Hebenum: lignum est nigrum preciosum. Balsamum est liquidum medicamentum colorum curationi necessarium quod arboribus distillat in modum picis. Achantus est herba spinosa, folia lata habens & rugosa. Quid nemora æthiopum molli canentia lana? Velleraq; vt folijs depectāt tenuia seres? Existimātur bestiolæ quædam quas bombycas vocant. Quidā iudicant ex arūdinū folijs feras veluti lanā facere: & inde fieri serica: seres aūt natio est in vltima india.

MA. ¶Apertos Baccus amat colles. Colu. li. iiij. c. xxi. scribit esse proprietatem in vitium surculis: vt alij meridiano axe conualescant: quia

⁂ sant:quia calidiores aliꝫ septentrionē desiderēt:quia conti[n]gantur ?citu & quidē tēperamento lætenť orientis vel occidentis. & Celsus vt refert idem Col.li.iii.c.i.censebat solū vinei esse nec campestre:nec præceps simile tñ edicto cāpo. Cœlū porro neq; niuale vinea:nec æstuosum desyderat:calido tñ potius q̃ frigido lætatur imbribus magisq; serenitatibus offendiť & solo sicco q̃ nimis pluuioso est amicitior:pflatu modico lenitq; gaudet. Taxi de taxo videto Ply.li.xvi.c.xxi. Aspice & extremis:Sicuti primo volumine oñdit nō quālibet regionē oīa pducere:eodē modo hic diuersas esse arboribus patrias:& hoc quia dixerat. Nec vero terræ ferre oēs &c. Et apertos Bacch⁹ amat colles &c. Extremis domitū cultorib⁹ orbē.i.cū extremis cultoribus. In augusti autē laudē id diciť. Ab augusto em̄:vt scribit Eusebius Indi p legatos amicitiā postularunt. Et hora.lib.iii. ode.ix.ait Augusto scribēs. Te cātaber non ante amabilis:Medusq; indus:te profugus scythes mirať. Eoas. Oriētales: Arabū arabiæ pars:vt Diony.scribit q̃ ad orientem & austrū spectat rubro alluiť mari. Vtq; solinus ait arabia sacra interpretať partem eius eudæmonē Græci nostri beatam nominauerunt:non frustra. Nā pter odores, quos creat plurimos sola thus mittit:in eiusdē saltibus Myrrha prouenit. Pictosq; gelonos:geloni vt Solinus scribit populi sunt in scythia. Qui de hostiū cutibus & sibi indumenta faciūt & equis suis tegmina:iis propinqui sunt agathyrsi:qui vt,illi coloribus se pingere cōsueuerunt agathyrsi autem vt scribit Mella.ora artusq; pingunt vt quiq; maioribus præstant:ita magis vel minus. Cæterum iisdem notis oēs: & sic vt ablui nequeant: India:vide lib.i. Georgicorum. India mittit ebur. Hebenum. Ply.lib.xii.c.ii.scri.q inter indiæ arborum magnitudinem. Verg. Hebenum nusq; alibi nasci professus. Herodotus eam æthiopiæ intelligere maluit:accēdi eam Fabianus negat:vritur tñ odore iucundo.materia nigri splendoris ac vel sine arte protinus iucundi. Sabæis.latius ibi.molles sua thura sabei. Balsama Ply.li.xii.c.xxxvi.inquit. Sed oīb⁹ odoribus prefertur balsamum vni terrarum iudeæ concessum: est autē arbuscula viti similior q̃ myrto:perpetua coma:semē eius proximum gustu:colore ruffum.nec sine pingui. Ram⁹ incidiť vitro lapide osse sine cultellis:ferro lædi vitalia odit:succus e plaga manat:quē Opobalsamum vocant:eximiæ suauitatis lignū xylobalsamū vocatur:& coquitur in vnguētis.pro succo ipm substituere officinæ precipua aūt gratia lachrymæ: secūda semini.tertia cortici:minima ligno &c. Achāti est achātos hic arboris species alibi herba. videto lati⁹ æglo.iii. Aethiopū æthiopia ægypto ꝯtermina:insignes arbores nō fere habet præter liniferas: ppior tñ huic natura lanæ maiorq; folliculus granati modo mali. Ply.li.xiii.c.xvi. Seres:hic vti Ply.scri.li.vi.c.xvii.regionē inhabitant:quæ spectat æstiuum orientē & primi sunt hominū:qui noscantur lanificio syluarum nobiles perfusam aqua depectentes frondium caniciem. Solinus addit q lanuginis teneram subtilitatē humore domant ad obsequiū & q hoc illud sericū in vsum publicum damno seueritatis admissum & quo ostētai e potius corpora q̃ vestire:primo fœminis nunc etiam viris persuasit luxuriæ libido.

Vitis. Geloni. Heben. opobalsamum. xylobalsamum. Achāt. Seres.

Media fert tristes succos tardumq; saporem
a Fœlicis mali:quo non præsentius[a] ullum
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ:
b Miscueruntq;[b] hærbas:& non innoxia uerba.
Auxilium uenit:ac mēbris agit atra uenena.
Ipsa ingens arbos:faciemq; simillima lauro:
Et si non alium late iactaret odorem
Laurus erat:folia haud ullis labentia uentis:
c Flos apprima[c] tenax.animas & olentia medi
Ora fouent illo:& senibus medicantur anhelis.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Media fert. Describit plixius vnius mali virtutem:quod aliꝫ citrum:aliꝫ patrio nomine medicum malū appellandū putāt aliꝫ rosam laureā:de qua re Mācinelli videbis citatiōes. Serui⁹ summopere cōdendit non esse citrum:cōtra Macrobius sentit at qui cum plynio medicū malū appellabit errare nō poterit nascitur em̄ in media. Eius autē describendi videtur hæc ratio: vt significet multas esse arborꝫ species: variasq; naturas quas italia nō fert:ideoq; frustra describi.q.d.quid psit nosse:quia media fert tristes succos &c.

Ordo. ¶Ordo est. Media.s.regio a medo medeæ filio denoiata: fert succos tristes.i.amaros & saporem tardum.i.immorantē & hebetantē gustū mali.i.pomi fœlicis.i.salubris quo.s.malo vllum auxiliū nō venit præsentius.i.salubrius & citius aut melius adiuuans si sęue nouercę infecere quādo.i.aliquādo:pocula.s.priuignorum:hoc est liberorū:& si miscuerunt hærbas.s. nō innoxias:hoc est toxicas:& verba nō innoxia:immo maxime noxia:& fascinatoria:ac p &:sup.quo vllū aliud auxiliū: nō agit.i.expellit membris.i.a corporibus sumentiū non agit dico præsenti⁹.i.citius & meli⁹ q̃.s.dictū pomum venena (Dixi poetā interdum rē depingere ac syllabæ mutatione sniam innuere:vt illic Matri longa decē tulerūt fastidia mēses &.iii.ęñ. Obstupui: steteruntq; comę: & vox faucibus hęsit:in quib⁹ syllaba media pter naturam correptā videť subitū motū significare:sicut & hic penultima in dictione miscuerūt,quę cum longa sit tñ corripiť forte vt subitā nouercę ad facinus accinctionē depingat:atq; mali dexteritatē in medendo. Nec audiēdus erit qui miscuerint leget:quia tunc dixisset non infecere sed infece☞rint) Ipsa

PIERIVS.

a ¶Quo non præsentius vllum. In Longob.codic.pstantius, legiť. Sed psenti⁹ magis placet eruditis. b ¶Miscuerūtq; herbas. In Oblō.pueteri cod.atq; ēt in Lon.miscuerāt, legiť qđ minie placet. In altero antiq̊ Miscuerint, habeť. Sed ego nūq; lectionē primā reiicerē, quū in bucolicis, tulerunt, & apud Terentiū, emerūt, eadē figura legať. c ¶Flos apprima tenax: Quāuis nōnulli codices habeāt. apprime magis tñ placet, quod in vetustioribus legiť, adprima, eamq; lectionē mihi videť agnouisse Arusianus, Et in antiquo Terentii cod. manu scripto legiť. Meis me oibus scio esse adprima obsequentem: est vero græca figura nō inelegās. επι τα πρωτα. Quoniam vero multi ad hanc ętatē quodnā hoc malum sit, quod a vergilio describiť, nō ociose quærunt quid ego sentiā dicam, bona eorū venia, qui aliter iudicant. Nā medicū malum, pomū id esse virgilio videť. qđ vulgo Narāzium apud veneros, apud Romanos & cāpanos ab angulorū dēsitate, quibus succus intrinsecus dispesciť, in folliculos suos collectus, Malangulū, appellať, ab aliis in citriorū species acceptū. Hāc sane arborē & hmōi fluctū Ver. pingit dū tristis succos memorat: dū tardū saporē, dū fertilitatē, dū medicamēti vim cōtra venena habere (qđ a Nicādro acceptū mutuo) dū simillimā esse lauro, dū folia indecidua virore æterno, dū floris tenacissimā, dum grauē animā emendare dicit. vbi aūt Nicāder ait. μηδου τε και εμπορ[illegible] σινεωι. Sunt, qui μιλον legant. Sed em̄ interpres μηδον agnoscit. & addit, εστι [illegible] μηλον ο εστι το νεραντζιον dictiōe ita sub barbarice scripta: quo sentētia magis oibus innotesceret. Eandem porro arborem & Macrobius & Plynius esse ostendunt, quam etiam apud persas esse ea fructuū cōmendatione dicūt, vt poma alia præcarpantur, alia interim maturescant, alia subnascantur: sitq; deniq; arbor ipsa oibus horis pomifera. Addūt mala venenis ꝯtraria, odore pcellētia. Esculētis cōmēdādi halitus gratia, incoqui solita Illud ꝑterea in ipsis citriis experimur, (qñ nomen hoc in id ⁂ genus

SERVIVS.

SER. ¶Media fert tristes succos. Di sine sibulo pferenda est:gręcum em̄ est nomē. Et media puincia est. Tristes aūt amaros vt tristesq; lupini. Tardūq; saporē fœlicis mali. apud Medos nasciť q̃dam arbor ferēs mala:quæ medica vocanť. Quā p piphrasim oñdit ei⁹ supprimēs nomē. Hāc plæriq; citrū volunt. quod negat Apuleius in libris quos de arboribus scripsit. Et docet longe aliud esse genus arboris. Tardū aūt sapore dicit: vix intelligibilē: q illi ad carnē mediā citri referūt. Nā prima & inferior facile suū oñdit saporē. Fœlicis mali scđm eos, q dicunt citrum fœcundū. Nā hæc arbor citrum oi pene tpe plena est pomis:q̃ in ea partim matura ptim acerba partim adhuc i flore sunt posita aut certe fœlicis salubris nulla em̄ efficatior res est ad venena pellēda. Sæuæ no. aut illæ q̃ sæuę sunt. aut epithetō est oīum nouercarū: Nō innoxia verba liptotes figura est.i.nocentissima. & est argumētū quasi parū putent venena miscere nisi etiā magicos cātus addiderint. Membris agit atra venena. Radices, nuces Lupini citrū apiū psunt cōtra futurum nō cōtra iam acceptum venenum. Vnde etiam ante vllas alias æpulas hæc solebant mēsis apponere. Apparet ergo nō eum de citro loqui in pręsenti cum dicit. Membris agit atra venena iam data. Faciemq; simillima lauro. Figura Cicero.q ait in Cæsarianis. sed simillimum deo iudicio: sane etiam hoc probat citrū nō esse. Nam citri arbor multum non pōt crescere:& multo habet folia maiora q̃ laurus. Si nō aliū late:& infinitū emittit suū odorem, & longe alium q̃ laurus. Flos apprima tenax. Apprima id est maxime, & est nomen ab aduerbio sicut & pede terram crebra ferit p crebro. Animas.

Medica.

⁂ [illegible]

Ἀυσοπνοῦσι.i. pulmonis vitiorum anhelitū: qđ exprimit fundēs: senib⁹ medicanť anhelis. Cletia ora putētia.i. ... oris. Notādū sane huic vni tm̄ arbori incubuisse Vergiliū & expressisse vbi qualis sit: cuius ptātis. sicut in quarto de hærba amællo: Quod & de arboribus aut herbis scripserūt in omnib⁹ exequuntur.

genus oīa iā receptū est) qđ de foliorū odore plyni⁹ tradit. trāsire quippe in vestes vna cōditū, arcereq; animaliū noxia. Qđ vō Seruiꝰ id coiecturā facit nō esse citriū, qa dicit Poeta. Ac mēbris agit atra venena leue est. nō em̄ intelligendū inferre venenū mēbris. sed pcul a membris agere. Quā quidē opinionē meā eo audētius sum pp̄alare adgressus, qđ virū & litteratura præstātē, & fœlicitate ingenii & simillimaq; liber cādore omnibus admirandum Iacobum sincerū attū idem, sentire adinueni, quum ego Neapolim ad salutandū hominem Roma profectus essem.

rint) Ipsa arbos.s. medica q̄ h c pomū fert: est sup. ingēs.i. valde magna: & simillima faciē.i. hn̄s faciē hoc est facturā & effigiē corpis: simillimā lauro (vn̄ etiam laureā qdā itelligūt Est aūt figurata locutio faciē simillima: q synecdoche aplerisq; dr. Facies aūt totā corpis descriptionē ac facturā significat. vn̄ v. enei. qb⁹ aspera quōdā Visa maris facies) Et si.s. arbor nō iactaret.i. a se emitteret late.i. ptē se aliū odorē q̄.s. laur⁹: erat id esset laur⁹ (Erat apud Ouidium nō semel leges, p foret aut eēt positū: & apud Flaccum: primo sermonum. sat. iij. Decies cētena dedisseshuic parco & paucis cōtēto. v. diebus. Nil erat in loculis) folia sup. haud. i. nō, labētia i. defluētia aut decidētia vllis. vētis: flos est tenax apprima pro apprime: nomē p aduerbio. i. valde (q̄si ad primos gradus tenacitatis. Iungiť autē nominibus nō verbis. Habetq; mediā lōgā sicut primā. Comicus. Apprime vtile in vita) medi. i. ppl̄i medię: fouēt illo. s. flore: animas. i. halitum anhelitum: & ora olētia. s. grauiter & medicanť. i. medenť: senib⁹ anhelis. i. animam aut anhelitū egre trahētibus. Et ita hoc pomum peculiariter describit ac laudat: vt nāciscať occasionē laudā Italię in serēdaᵹ. Cum em̄ apprime vtile sit & in sola media repertum: videť singularis esse mediæ gloria. Si ergo pcunctaris quid simile in Italia reperiať. Respōdeat longe excellētiora. Vnde infert Sed neq; medorum syluæ &c. vt in sequentibus explanabimus.

PRO. ¶ Media fert.t.s.t.q.s. fœlicis mali pars pthoᵹ media est appellata a Medio filio. Medeę & egei: vt existimat Varro q qttuor libros de argonautis edidit. Arbor aūt q̄ describiť a Ver. nasciť quidē & in Italia: Sed nō eīt eiusdē effectus quo ius in media appellatur rhododaphne.

MAN. Media. ¶ Media vt Stra. ait lib. xj. est in partes duas diuisa. in maiorē & in minorē. Maioris metropolis sunt. Ecbatana magna ciuitas: & medici ipem caput. qa parthi regia vtebāť. Nā reges ibi ęstatē agebāt frigida eni est media hyemē vō seleuciæ: q sec⁹ Tigrī est ppe Babylonē: altera ps ē media atropatia ab Atropato duce noiata: Dr aūt med⁹ medeę fili⁹ Regioni nomē imposuisse.

Malus assyria. Fœlicis mali. Ply. li. xij. c. iij. ait. Malus assyria: quā alij vocāt medicā venenis medeť. Foliū ei⁹ est vnedonis intercurrētibus spinis. pomū ip̄m alias nō mādiť odore pcellit folioᵹ: quoq; q trāsit in vestes vna cōditus arcetq; animaliū noxia. Arbor ipa omnib⁹ horis pomifera est alijs cadētibus: alijs maturescētib⁹: alijs vero subiacētibus. Nec alia arbor laudať in medis: eius aūt grana parthoᵹ pceres incoquebāt esculētis: cōmēdādi halitus gratia. Macro. vero li. iij. Saturnalium capite de nuce pinea sic ait. Qđ aūt ait idē Cloatius Citreū & ip̄m psicū malū est secundū Verg. fœlicis mali quo non præstantius vllū: & reliqua. Et vt nemo dubitet hæc de citreo dixisse Verg. accipe q̄ Appius in libro de syluestribus arboribus dicat: Citrea idē malus & psica: altera generať in Italia: & in media altera. Et paulo post de Citreo loquēs ait. Est aūt odoratissim̄: exquo interie ťura vestitineas necat: fert aūt venenis cōtrariū. cōtritum cū vino purgatione virium suarum bibētes seruat. Generanť autē in perside omni tēpore mala citrea: alia em̄ precarpunť: alia autē interim maturescūt. vides hic & citrum nominari. & oīa signa pomi: q de eo Ver. dixit licet nomē citrei ipse nō dixerit. hæc Macro. Tristes succos: Solinus. c. xlj. scri. Pomum ip̄m de quo iam diximus esse sapore aspero & amaritudinis mire. Ergo tristes succos. i. amaros: vt ibi Tristisq; lupini &c. Tardumq; saporē. i. diutius immorātē gustāti pp̄ter mirā amaritudinē. Vnde non procedit: vt ille ait. vix intelligibilem: amaritudo em̄ illico sentitur. Agit atra venena. i. expellit venena ipsum malum quod iam late superius patuit. Apprima pro apprime. i. valde. Animas. id est halitus.

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Sed neq; medorum &c. Apte ingrediť laudes Italiæ ne videlicet patrię suæ immemor culpeť vbi laudarit alias. Laudat autē eam plena laude: ostendens videlicet & mala abesse quę tamē alijs sunt & bona iere aliarū adesse. Quā rē etiā Ply. approbat vt oñderet verba Mācinelli suis locis ponēda. Sane si ad singula bōa respexeris inuenies ea i multis regionibus vberiora aut meliora si ad oīa simul: nusq;: cum nō desint quibus etiā peculiariter vincať.

Ordo. ¶ Ordo est. Sed neq; syluę.s. pomiferę: medoᵹ appositorię ditissima terra: qa vt Iustinus scribit flumina exhauriebant medis non diuitiæ sub Xerxe rege. Nec Ganges fluui⁹ Indię pulcher. i. spectabilis ī magnitudine: aut varijs diuitijs ornatus atq; hermus fluuius meonię: turbidus. i. turbulent⁹ auro i. aureis arenis imixtis: certēt. i. merito cōtēdāt laudib⁹ & titulis Italię: nō bactra vrbs scythię & regio vicina: non sup. certet: laudib⁹ Italię neq; Indi sup. certēt. hoc est regiones Indiæ: & tota pāchaia pīguis harenis: turiferis sup. non certet. Quia tauri spirātes. i. efflātes narib⁹. i. p nares ignē: nō inuertere hæc. s. Italiæ loca sicut in cholchide ciuitate scythiæ. & hoc dētibus immanis. i. efferacissimi hydri. i. anguis aquatici: satis. i. seminatis: nec seges. i. satio: virū. i. virorum horruit. i. horrida creuit: dēsis galeis & hastis sicut in Cholchide etiā cōtigit: Sed fruges grauidę. i. fecūdæ & grandes fecūdæ quidem ad alias procreandas grandes aūt ad vsum seruiunt. & humor bacchi. i. vini. massicus. i. cāpanus a mōte cāpaniæ Italice denomi

Sed neq; medorum syluæ ditissima terra
Nec pulcher ganges atq; auro turbidus hermus
Laudibus Italiæ certent: non bactra: neq; Indi
Totaq; thuriferis panchaia pinguis arenis:
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem:
Inuertere satis immanis dentibus hydri.
Nec galeis densisq; uirum seges horruit hastis.
Sed grauidæ fruges & bacchi massicus humor
a Impleuere: tenent oleæq; [a] armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert
Hinc albi Clitumne greges & maxima taurus
Victima sæpe tuo perfusi flumina sacro:
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Hic uer assiduum: atq; alienis mensibus æstas:
b Bis grauide pecudes: bis pomis utilis arbos[b].

PIERIVS.

a ¶ Tenent oleæq; armētaq; lęta. In Mediceo, & antiqoribus aliquod cod. & ns pserum: q particulā, q;, geminare gaudēt legere est. Tenēt oleę armētaq; lęta. absq; particula, q;, post dictionē oleæ. b ¶ Bis pomis vtilis arbos. In Mediceo arbor. agnitā vō differentiā inter arbor, & arbos a veterū nō nullis, alio loco dixim⁹. Qđ attinet ad sn̄iam, desumpta ea est ex varrone, vbi dicit, Mal⁹ biferæ, vt in agro cōsentino.

SERVIVS.

SER. ¶ Sed neq; med. Iā incipit laus Italię: quā exeqťscd'm precepta rhetorica. Nā dicit eā & habere boa oīa: & carere malis vniuersis. Gāges. Inde fluui⁹: p quā puincia significať: Herm⁹: Lydię fluui⁹ arenas aureas trahēs. Laudibus. i. figurate. Nā certū tecū dicim⁹. Nō bactra regio iuxta assyrios. vn̄ & ppl̄i bactriani. Pāchaia arabię. supra diximus. Hæc loca nō tauri spirātes naribus ignē: quales fuerūt in Cholchide ciuitate scythiæ. Nā hoc habet fabula. Iason Cholcos p fectus ad tollēdū vellus aureū qđ dicarat Marti Phryx⁹: fret⁹ Medeę auxilio & peruigilē draconē occidit: & ei⁹ dētes sæuit: iunctis tauris ignē flātibus vn̄ nati armati sunt. q primū fecerūt impetū in Iasonē frustra postea mutuis vulneribus se cociderunt. Has aūt ei conditiones Oetes rex pposuerat cui Apollo respōderat tādiu eū fuisse regnaturū q̄diu illud vellus fuisset in tēplo. Seges horruit: non placuit. seges autem quia de semine. Grauide fruges. Large abūdantes Massicus humor. i. vinū campanum a Massico mōte cāpanię. Arduus: celsus Hinc albi Clitumne greges & maxima taurus Victima: Clitumne vocatius est: clitumnus autem fluuius est in Meuania q pars est vmbriæ partis Tusciæ de quo fluuio dicit Ply. in historia naturali: q animalia q̄ eum portaerunt albos fœtus creant. Maxima victima. qa triumphantes de albis tauris sacrificabant. Sæpe tuo perfusi flumine sacro: flumine fluento. Perfusi autē tauri qui ante triumphantes vsq; ad tēpla ducebanť: aut certe perfusi gre

fuſi greges intelligam⁹ qđ ad equos triumphales poteſt re- [illegible] .i.Duxere triumphos: Si equi duxerunt: ſi boues deduxerunt. [illegible] Ver aſſiduũ atq; alienis menſibus æſtas. Ver aſſiduum verna temperies. Nam ver aſſiduum proprie eſſe nõ poteſt: ſeu lõgũ. Bis grauide pecudes verũ eſt inde eñ eſt in Buco. Lac mihi non eſtate nouum non frigore deſit. Bis pomis vtilis arbos. id eſt bi feræ ſunt arbores.

¶Nec pulcher.g.a.a.tur.hermus. Laudibus.i.c.n.b.n.i. Totaq; tu. Panchaia.p.a. Ganges fluuius eſt indie Hermus lidie: q fert aurũ. Bactra opidũ Indorũ. Pãchaia: regio a rege pãneo dicitur. Hinc albi clitũne greges & maxima taur⁹ Victima.ſ.t.p.ſ.s. Clitunnus eſt etrurie flumen a fronte nauigabilis.

Panch. Pãchaia.

¶Sed neq; medorum: orditur iam Italie laudes: ditiſſima terra. Demedorum diuitiis videto Stra.li.xj. Pulcher Ganges: Stra.li. xv. ait ꝙ a montibus ganges deſcendit: quumq; in planiciẽ peruenit ad orientẽ conuerſus in mare progredit vnũ oſtiũ habens ꝗ̃q; omnium indicorũ flumen maximũ ſit. Pulcher igitur Poeta ait ob ei⁹ magnitudinẽ Ply. aũt li.vj.c.xviij. plura de Gange deſcribit. Hermus fluuius eſt in Meonia: q ſmyrneos campos ſecat: & phrygiã ſcindit a graia. Hunc q̃q; hermũ fluctibus aureis æſtuaſſe antiquitas credit: author eſt Solinus capite.xxvij. Laudib⁹ Italie. Ply. li.iij.c.vj. de Italia inquit. Terra omniũ terrarum alũna. eadẽ & parens & numine deũ electa: quæ cœlum ipſum clarius faceret: ſparſa congregaret imperia ritusq; molliret: & tot populorum diſcordes: ferasq; linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia: & humanitatem homini daret: breuiterq; vna cunctarũ gentium in toto orbe patria fieret: tanta nobilitas oĩm locorũ: tanta rerũ ſingularũ populorũq; claritas. Vrbs Roma vel ſola in ea & digna etiã recta ceruice facies: Eſt & campanie ora felixq; illa ac beata amenitas. Iam vero tota ea vitalis ac pennis ſalubritas cœli temperies: tam feriles campi: tam aprici colles. tam innoxij ſaltus: tam opaca nemora: tam munifica ſyluarũ genera tanta frugum & vitiũ olearũq; fertilitas: tam nobilia pecorum vellera: ta optia tauris colla: tot lac⁹: tot amniũ fontiũq; vbertas totã eã prũdes: tot maria port⁹: remigiũq; terrarũ ꝯmercio patẽs vndiq;. Neq; igenia: ritusq;: ac viros & ligua manuq; ſupatas cõmemoro gẽtes: hęc & plura ille. Multa etia Stra. lib. vj. cõmemorat. Bactra. Strabo lib. vj. ſcribit. ꝙ in ſcythia ſit bactra vrbs: q̃ etiam zariaſpa appellata eſt Ply. tamen libro. vj. capitu. xvj. ait procedẽdo ad Bactriã oppidũ: quod appellãt Zariaſtes. Poſtea inqt bactri quorũ oppidũ zariaſtes quod poſtea bactrũ a flumine appellatu eſt. Indi. ſcribit Diony. ꝙ in pleriſq; Indie locis aurum eruitur ꝙq; multi ex eis inde queſtũ aucupãtur alij telas lineas contexunt: alij tectos elephãtũ dentes abradunt: alij per fluminũ decurſus incedentes: perquirunt. berillos: adamãtes: iaſpides: ametiſthos. ſunt & ibi & arua perpulchra & lęta: quę & vniuerſum ſemper per annũ virent. Pãchaia: perſidis regio: ab rege Pancheo: vt Probus inquit. Hec loca. Laudat Italiam: ꝙ expers eſt malorũ bonorũq; ferax. Nõ tauri: apud Colchos in ponto id euenisse

MAN.
Hermus.
Italia.
zariaſpa
Panchia

ce denominatus. ipleuere ſup. hęc loca ſcilicet Italie: & ole ſup. lete: & armẽta leta.i. pinguia & incolumia ac nitida tenent hęc loca. Equus bellator.i. belliger infert hinc.i. ex his locis Italie ſeſe. id eſt ſemetipſum. campo.i. in campum: exiſtens arduus i. altus & erectus. Et o Clitũne (amnis in phaliſco apud meuaniã defluens) albi greges ſcilicet equorũ aut iuuencorũ: & pro.i. taurus ſcilicet albus appoſitone maxima victima: hoc eſt quæ Ioui a triũphante offert: perfuſi tuo flumine ſacro.i. ad ſacrificium eos a poteſtate (qa poſt eo flueto albeſcũt) duxere ſępe hinc.i. ex his locis italie triumphos.i. triumphantes Romanos: ad templũ deũ.i. deorũ.ſ. capitoliũ. Inſidebant eñ equis albis ſacrificaturi iuuencũ intactũ & albũ (Sane ſi per albos greges iuuencos intelligit dicendo & maxima taurus victima: oſtendit taurũ eſſe egregium.i. ſeorſum a grege nominandũ ſicut Achilẽ dicẽs Troas reliquias danaum atq; immitis achilli: & ita expoſitiue ponit particula &: ſi vero de equis loquit duo dicit) hic.ſ. In italia eſt ver. i. temperies verna quia nunq; eſt intenſiſſimũ frigus aut cauma aſſiduũ.i. ꝑpetua atq; ęſtas.i. calor eſtiuus: mẽſib⁹ alienis.ſ. in q̃bus alibi hyems eſt: Pecudes ſunt bis grauide: hic.ſ. in Italia: vñ in Buco. Lac mihi non ęſtate nouũ non frigore deſit: & arbos.i. arbor eſt bis fertilis pomis.i. bis fert quotannis poma.i. bifera ẽ ſicut plurime ſunt ficus.

euenisse Iaſoni: Ouidi. ſcribit lib. vij. metha. Quod item Medea Iaſoni ſcribens apud eũdem poetã in heroidib⁹ ſic ait. Martis erant tauri pluſq; ꝑ cornua ſeui. Quorũ terribilis ſpũs ignis erat: Aere pedes ſolidi: prætentaq; narib⁹ ora. Nigra per afflatus hęc q̃q; facta ſuos. Semina ꝑterea populos genitura iuberis Spargere deuota lata ꝑ arua manu. Qui peterent natis ſecũ tua corpora telis. Illa eſt agricole meſſis iniqua ſuo. Diodo. aũt libr.v. hęc oia latius. Dixim⁹ & nos aliqua ęglo.iij. Maſſicus humor. Ply. de cãpania loquens lib.iij.c.vj. Is iungunt phalerni Caleni deinde cõſurgũt Maſſici. Gaurani: Surrentiniq; montes: & li.xiiij.ca. ix. de vinis generoſis Italie inquit. Certãt maſſica æque & monte Gaurano puteolos baiaſq; ꝓſpectantia: Clitũni: in phaliſco Clitũni amnis aq̃ pota cãdidos boues facit: In Boetia amnis Melas. oues nigras. Ply. li.ij.c.cvj. Hinc alibi clitũne gre. Ordo eſt: o clitũne. hinc ex italia albi greges: & taur⁹ maxima victima ſępe tuo ſacro flumine perfuſi duxere Romanos triũphos ad templa deũ. Triũphãtes eñ albis equis curru inaurato capite coronato lauro ꝑ vrbẽ vecti capitoliũ aſcendebãt ad tẽplũ Iouis optimi maximi: vbi mactato albo tauro domum poſtea repetebat: Tẽpla deũ: erat in capitolina arce celeberrimũ iouis optimi maximi tẽplũ de quo Tac. lib. xix. meminit Erat & Iunonis monetæ Mineruę delubrũ. In capitolio demũ deorũ oium ſimulachra colebant: vt Seruius lib.ij. inquit: ibi videlicet: Ecce aũt panth⁹ &c. Hic ver. aſ. aſq; alie. men. æ. hoc ait quoniam etiã Strabo lib. vj. ſcribit Italia ſubiacet vniuerſi aeris temperiei. Solinus item inquit ineſſe Italie locorum ſalubritatem & cœli temperiẽ: qđ & Plynius ſcribit. Triũphã tes.

ASCENSIVS.

ASC. ¶At rapidę tygres &c. Iterum in laude Italie oſtendit illi mala & incommoda aliarum regionum deeſſe & bona abundare dicens illic nec tygres nec leones nec aconita venenata. neq; imanes ſerpentes eſſe ſed egregias vrbes. amęna & vtilia flumina: lacus. & prata & duplex mare ſuperum & inferũ. id eſt adrianum &

Ordo. tyrrhenum. ¶Ordo eſt. At.i. ſed tygres rapide.i. perniciſſime & immaniſſime vt ſunt i armenia abſunt ſcilicet ab Italia: & ſeua.i. ferocia ſemina leonum vt ſunt i aphrica abſunt.ſ. ab Italia: nec aconita ſcilicet venenata vt ſunt in ponto. fallunt.ſ. in italia legẽtes. id eſt colligentes miſeros.i. ignaros nec prætendentes malũ & ita miſeratione dignos. Nec anguis ſquameus.i. ſquamoſus rapit ꝑ humũ.i. terrã ſcilicet Italie immẽſos.i. maximos orbes.i. ſinus & anulos in quos ſe colligit. neq; colligit ſe in ſpiram.i. collectionẽ volubilitatis: ħ ẽ vt iterũ dicat in anulos: tãto tractu q̃to alibi videlicet i aphrica aut ęgypto. adde.ſ. ad pecudũ fecũditatem aut

a At rapidæ[a] tygres abſunt: & ſæua leonum
Semina: nec miſeros fallunt aconita legentes.
Nec rapit immẽſos orbes per humũ neq; tanto
Squãmeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes. operumq; laborem:
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis:
Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros:
An mare qđ ſupra memorẽ: qđq; alluit infra?
An ne lacus tantos: te Lari maxime: teq;
Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino?
An memorẽ portus? lucrinoq; addita clauſtra?
Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor:
Iulia qua ponto longe ſonat vnda refuſo:
Tyrrhenuſq; fretis immittitur æſtus auernis?

PIERIVS.

a ¶At rabidæ tygres abſunt. Non diſplicet quod in Mediceo & antiquis aliis legit. At rapidæ tygres: ea enim animalia & pernicitate curſus & truculentia notantur.

SERVIVS.

¶At rapidæ tygres abſunt: malũ armenie. Eſt ſeua leonũ Semina: malũ libye. Semina genera: & eſt Lucretij ſermo. Nã ꝙ ait ſæua aut cruenta accipim⁹: vt reuera ſæua ſemina vt eñ ait Plyn. Aĩalia quæ ſunt cũ acutis vnguibus frequẽter parere nõ pñt vitiant eñ intrinſec⁹ ſe mouẽtib⁹ pullis. Nec miſeros fal.a.l. mira arte vſus eſt vt excuſaret rẽ quã negare non poterat. Nã aconita naſcunt in Italia ſed ea non obeſſe dicit quia ſunt omnibus nota. Aconita. aũt nata dicunt eſſe de ſpumis. Serberi quo tempore Hercules eũ ab inferis traxit. Qđ quia in ſaxis & cotibus naſcit aconitũ dr ἀπὸ τῆς ἀκόνης i. a cote & dicimus τὰ ἀκόνιτον καὶ τὰ ἀκόνιτα. Nãq; tãto ſquãmeus. Sunt qdem ſerpentes ĩ Italia: ſed non tales quales in ægypto aut ĩ Aphrica. In ſpiram autem dicit in collectionem volubilitatis quod eſt a finibus tactum. Adde tot egregias vrbes laudat Italiam a ciuitatibus: q̃s & plures habet & maximas: & opportuniſſime collocatas. SER. Aconita

tatem aut

Fluminaq;

⁂ Fluminaq̃ antiquos subter labẽtia muros. Qd' laudat etiã Ci.in rep. Mare qd' supra.i.mare adriaticũ.Quodq̃ alluit infra: id est tyrrhenũ. Te lari maxime.

Larius. Larius est lacus vicinus alpib⁹: q iuxta Cato.in originibus p.lx.tẽdit milia & larius lari vocati uu facit sicut iulius iuli, Mercurius mercuri. Teq̃ fluctibus: & fremitu assurgẽs benace marino.

Benacus Benacus lacus est italiæ:q magnitudine sui tẽpestates imitatur marinas. Assurgẽs aũt vocatiu⁹ est casus:vt sit memorẽ & te o Benace assurgẽs.i.tumescẽs fremitu marino aut certe antiptosis est.i.casus p casu assurgẽs p assurgentẽ. An memorẽ portus lucrinoq̃ addita claustra. In baiano sinu cãpaniæ cõtra puteolanã ciuitatẽ duo lacus sunt. Auernus &

Lucrin⁹. Lucrinus q olim ppter copiã pisciũ vectigalia magna pstabãt. Sed cũ maris impetus plæriq̃ irrũpẽs exinde pisces excluderet: & redẽptores grauia dãna paterent supplicauerũt senatui:& profectus.C.Iulius Cæsar ductis brachiis exclusit partẽ maris:q ante infesta esse consueuerat.Reliquit breue spaciũ p auernũ qua & piscium copia posset intrare:& fluctus non essent molesti:quod opus iulij dictũ est. Sed hic ambitiose vndã iuliam appellauit. Frementẽ contra moles a Iulio appositas. Indignatum magnis stridoribus æquor:indignatũ a solita exclusum licentia & indignationẽ suã stridoribus prodẽs.

PRO. ¶ Nec miseros fallũt aconita legẽtes:aconita sunt venenorũ genera:quę fere in petris nascunt scythiæ iuxta meotida paludem. Existimat aũt esse ex spuma cerberi:quam is fuderit ptractus ab Hercule in lucem. Aconita aũt græce cautis noie dicunt:illã em ἀκόνην appellãt. An mare qd' supra memorẽ:quodq̃ alluit infra: Cingit italiã ab septẽtrione adriaticus sinus:a meridie thuscũ mare adriaticũ superũ appellãt:thuscũ inferũ. Anne lacus tãtos te lari.m.t.q̃.fl.e.fr.ass.benace marino: vterq̃ lacus est in italia. Larius ambros tãgit:& puenit vsq̃ comũ. Benac⁹ est ex quo mincius flumẽ orit:qd' pterfluit Mãtuã.

MAN. ¶ Tygres:de is videto æglo.v.Leonũ:de his legito Ply. li. viij. c.xv. Aconita:videto æglo.viij. Prima aũt hecate aconitũ inuenit de quo lati⁹ Diodo.li.v.Pli.aũt li.xxvij.c.ij.de aconito plura

Angues. scribit. Anguis scribũt in idia serpẽtes in tãtã magnitudinem adolescere.vt solidos hauriãt ceruos:taurosq̃. Metrodorus circa Rhyndacũ amnẽ in põto:vt supuolãtes quis alte pniciterq̃ alite haustu raptas absorbeãt:autor Ply.li.viij.c.viij. In spirã reuolutionẽ. Sub antiquos muros:hoc est sub antiqua oppida. Multa siquidẽ Italiæ oppida ppe mœnia vel intra labẽtia flumina habẽt. An mare:Italia vt Ply.scri.li.iij.c.vj.sita est inter duo maria

Italiæ maria. inferũ & superũ:inferũ a græcis Tuscũ & Tyrrhenũ vocat. Superum vero adriaticũ appellãt ab adria inclyta vrbe:vt Strab.ait.

Tyrrhenũ. Probus etiã inqt. Cingit italiã a septẽtrione Adriaticus sinus ab meridie Tuscũ mare Adriaticũ superũ appellat. Tuscũ inferũ.

Lacus. Lacus tãtos:Larius vti Stra.li.vj.meminit in Gallia cisalpina,

Laurius. ppe Comũ vrbẽ lacus est:quẽ adua fluuius auget:inde amnẽ Padũ ingrediẽs. Est aũt vt idẽ scri.li.iiij.larius lõgitudinis fere stadiorũ.ccc.latitudinis.xxx.qui amnẽ eijcit Ticinũ sane grandem.

Benacus Benace.Benacus:vt Stra.in ti.li.iiij.ait lacus stadiorũ.ccccc.longitudinẽ habet:latitudinẽ vero.xxx.de quo Myncius amnis ef-

verban⁹ fluit.Est etiã lacus Verbanus lõgitudinis quidẽ stadiorũ.cccc.la ⁂titudo

ꝯtatẽ aut ad vacationẽ incõmodorũ tot egregias vrbes & laborẽ operũ.i.laboriosa ac laborata opera:& tot oppida cõgesta: id est accumulata saxis,pruptis manu:& ad flumina subter labẽtia antiquos muros. An memorẽ:q.d.nõ opus esse (cũ nemo sit q ignoret).i.recitẽ mare.s.adrianum qd' alluit.s.italiã supra.i.ad partem superiorem:hoc est orientẽ versus ad venetia .s. an mare qd' alluit infra.i.a parte inferiore:hoc est mare tyrrhenum qd' inferum vocant ad Caietam:occidentẽ versus. An ne.s.memorẽ portus:tãtos lacus.i.stagna aquarũ videlicet o lari maxime.i.amplissime (est aũt in gallia cisalpina ppe comum) sup.memorẽ te & te o benace lacus.s.italiæ assurgẽs.i.eleuãs fluctibus & fremitu marino.i.instar & in formã maris. An memorẽ portus: & claustra.i.obstacula & obices:addita.s.ab Iulio Cæsare lucrino.s. lacui:& memorẽ æquor.i.mare indignatũ.s.iter sibi pclusum esse: indignatũ dico magnis stridoribus : qua.s.parte vnda Iulia.i.a Iulio cæsare occlusa ad portũ Iuliũ:sonat lõge:& hoc põto.i.mari refuso.i.iterũ infuso ruptis obstaculis:vñ Hora.in arte. Debemur morti nos nostraq̃ siue receptus. Terra Neptunus classes aquilonibus arcet Regis opus.sterilisq̃ diu palus aptaq̃ remis &c.) & qua.s.parte:tyrrhenus æstus.i.feruor maris tyrrheni:immittitur fretis auernis.i.in freta auerna:hoc est in feruorẽ & inũdationẽ atq̃ accessum maris in auernum.i.lacũ vicinũ baijs iuxta quẽ dicitur descẽsus ad inferos.

⁂titudo vero angustior est quã Benaci:emittit fluuiũ aduam: oẽs aũt tres dicti lacus in padum influunt oriunturq̃ ex alpib⁹.

Lucrin⁹ Lucrinoq̃ addita claustra:lucrinus sinus vsq̃ Baias latitudinem pandit:qui ex exteriori pelago per aggerem longitudinis stadiorum octo:latitudinis autem vnius orbite arcetur. Illum autẽ ab Hercule traducendarum a Gerione boum causa aggregatum fuisse perhibent:quem cum pedibus perambulari propter fluctus ingruentes per hyemes supernæ vix posset. Agrippa exornatum melius construxit:leuioribus enim lẽbis præstat ingressum:in-

Auern⁹ tra autem lucrinum sinum Auernus est:q comprehensam Misenum vsq̃ tellurem manualem efficit insulam a maris spacio inter ipsum atq̃ cumas. Est autem auernus & fundo & ostio sinus commodus & magnitudine & natura portum continens vsum: tamen portus nequaq̃ præbens quoniam ante illum lucrinus portus iacet. Supercilia autem ardua:auernũ vndiq̃ circũcludũt præter ostium suo quidem tempore amenis culta modis inquit Stra.olim autem agrestibus refert a nemoribus & proceris arboribus inuia:nam postea auerni lucum succidit Agripa locis per pulchra adornatis ædificia:hæc ex Stra. Iulia vnda. Iulium por-

Iulius portus tum intelligit:de quo Sueto.in Augu.sic ait. Donec nauibus ex inde ægre fabricatis:ac viginti seruorum milibus manu missis: & ad remum datis portum iulium apud Baias immisso in lucrinum & auernum mari : lacum efficit in quo cum hyeme tota copias exercuisset Põpeiũ inter Milas & Naulochũ superauit.

Aestus Aestus:is est maris accessus.i.iquietudo. Vñ & æstuaria p quæ

Fretum mare vicissim tã accedit q̃ recedit:fretũ aũt appellatũ:q ibi semper mare ferueat:nã fretum est angustum & quasi feruens mare ab vndarum feruore nominatum.

Hæc eadem argenti riuos ærisq̃ metalla
Ostendit venis:atq̃ auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virũ marsos pubẽq̃ sabellam:
Assuetũq̃ malo ligurẽ volscosq̃ verutos
Extulit:hæc decios:marios magnosq̃ camillos
Scipiadas duros bello:& te maxime cæsar:
Qui nunc extremis asiæ iam Victor in oris
a Imbellem auertis romanis arcibus indum[a].
Salue magna parens frugum saturnia tellus
Magna virum:tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior:sanctos ausus recludere fontes.
Ascræumq̃ cano romana per oppida carmen.

ASCENSIVS.

Necnon & torrentē vndā leuis innatat alnus
Missa pado: necnon & apes examina cōdunt
e Corticibusq; cauis vitiosæq; ilicis aluo. [e]
Quid memorandū æq̄ baccheia dona tulerūt?
Bacchus & ad culpā causas dedit: ille furētis
h Centauros [h] læto domuit Rhetūq; Pholūq;:
Et magno Hylæum lapithis cratere minantem

PIERIVS.

a ¶Humilesq; genistæ. Antiquiora omnia exemplaria, genestæ, per, e, in pene vltima legunt, vti etiam superius adnotatum est. b ¶Aut pastoribus vmbram. In veteribus omnibus codicibus scriptum obseruaui, vmbras, numero multitudinis. c ¶Ipsæ caucaseo. In antiquis, caucassio, vt olympius. d ¶Cedrosq; cupressosq;. In Romano, in Mediceo, & aliīs antiquioribus codicibus legitur. Cedrumq;, cupressosq; q̄q; in Longobardico, cupressos, absq; particula enclitica scriptum sit, scriptoris negligentia. e ¶Vitiosæq; ilicis aluo. In Romano, codice legitur: alueo, quod mirifice placet. f ¶Et torno rasile buxum. Signant grammatici dictionem buxum neutro genere dictam a Virgilio, quam fœminino ennius, & pleriq; aliī ex veteribus protulere. Sed enim aliīs buxus arbor est, buxum materia, atq; ita recte etiam alibi dictū, mirata volubile buxum. g ¶Ithyreos taxi curuantur in arcus. Inuenies omnino in aliquot codicibus antiquis, curuantur. Sed in Mediceo, torquentur, habetur. in aliquot, Itureos, per, v, & absq; adspiratione, quam addere nonnulli grammatici commenti sunt, nomen απο του ιθυνω deduci asserentes. Sed enim apud Dionysium & strabonem, in codicibus manu scriptis per, τ, &, ου, nomen scriptum inueni, ιτουραιοι, q̄uis in codicibus aldinis per, θ, notatum sit, errore librariī, τα μεν ουν ορεινα εχουσι παντα ιθουραιοι τε και αραβες, est & vbi, tyræos, legas, sed inemendate. sunt enim in arcadia thyræi, & in isthmo tarentini promontoriī, de ituræis vero sagittariīs habetur in epistola valeriani Imp. ad aurelianū habes sagittarios ituræos trecentos, recitatum a flauio vopisco. h ¶Ille furentes centauros læto domuit rhœtumq; pholumq;. In antiquis aliquot codicibus, centaurus, græco more casu terminato vt in veterum monumentis, sæpissime legas, vixit annus, pro, annos: & pleraq; alia similia. scribendum vero videtur, rhœcum, p, c, ex callimachi commentariīs, quem locum in memoriam mihi redegit petreius zancus, doctissimus adolescens. q̄ si sunt, qui Virgilium volunt nominis eius asperitatem emollire voluisse.

toro Phryxi filio condita & appellata: q̄t Mela strabo q; testant. In mōte cytoro buxus plurima nascebat. vñ a Catullo cytorus buxifer cognominat. Credidit fortassis interpres vergilianus Macedoniā & paphlagoniā candē esse regionē: ob quādam nōis simitudinē: sed ꝑfecto quantum hispanis scythicus a veneto eridano disiungitur. tm̄ macedonia abest a paphlagonia: cū altera sit vt diximus europea regio: altera asiatica. Atqui hoc tā turpe erratū cōmentariīs Seruiī pinde ac deprauatis ascribere malim q̄ Seruio: quē mihi ꝑsuadere nō possum tā negligenter cōmentarios scriptitasse: Hec ille. ¶Ordo aūt est. Quid. i. ad qd sequar. s. ꝑ scribendo: maiora. i. res in q̄bus maior & manifestior est vtilitas q. d. nō opus esse cū etiā minima multo vsui fiāt: nā etiā salices & genistæ humiles. i. breuis staturæ. frutices: ille. q. d. q̄ vilissime reputant. sufficiūt. i. ampliter subministrant: aut pecori frondē. i. pabulū frondeū aut pastoribus vmbras & sufficiunt satis sepē. i. munimē: & melli. i. mellificātibus apibus pabula. i. nutrimēta vñ ęglo. j. hibleis apibus florem depasta salicti & iuuat. i. delectat & vtile est. spectare. cytorꝶ mōtē illū paphlagonię: vndātē. i. abūdantē aut in morē vndarū se habētem buxo. i. illo gñe arbuscularum quarꝶ materies vtilissima est torno laborātibus & lucos. i. arbores feraces picis nariciæ. i. q̄lis plurima est in naricia patria vlixis: vbi plurime sunt piceæ arbores: & iuuat videre arua. i. loca vt arua nobis vtilia nō obnoxia. i. nihil debētia nec obligata rastris. i. dētalibus q̄bus terra raditur cū hæc loca inculta sint & nō obnoxia vlli cure hoīm q̄a negligunt & tm̄ ꝓsunt plurimū. Ipse syluæ steriles in vertice caucaseo. i. etiā arbores i caucaso mōte scythię cuius v̄tex hyeme inaccessibilis est. consite quas scilicet syluas euri. id est vēti illi animosi. id est impetuosi. frangunt & ferunt. id est impellūt assidue dant foetus alie alios. id est diuerse diuersos: quæq; suos nam dāt lignum vtile nauigiīs scilicet pinus & dant lignum vtile domibus scilicet construendis: vt cedrum & cupressos. Agricolæ triuere. id est tornauere hinc. id est ex his syluis aut his hoc est aliq̄bus arboribus harum siluarum rotis. id est ad rotas construēdas: radios. id est ligna quæ sunt inter axem & circunferentiam aut canthos rotarū q radiī dicti q̄ vt radiī a globo solis: ita ab axe deducant: & triuere hinc. i. ex aliīs arborib⁹ harū siluarꝶ plaustris. i vehiculis tympana. i. integumēta: ita vehicula obtegētia: vt etiā tympana coriī obtegunt: & posuere ratibus carinas. i. alnos aut trabes earꝶ infimas pādas. id est incuruas: & salices sunt fœcūde viminibus:

Ordo.

suere torno Tympana: tecta vehiculorꝶ. Pādas. curuas viminibus salices fœcūde legit & fœcundæ frōdibus vlmi. Et myrt⁹ validis hastilibus alibi & pastoralē ꝑfixa cuspide myrtū. & bona bello cornus apta est em̄ etiā cornus hastilib⁹. Itureos taxi torquent in arcus. hoc est in similitudinē arcuū itureorꝶ. Itureos autē dicit ꝑthicos. Nec tiliæ leues ordo est nec non hoc est etiā. Missa pado spēs est ꝑ gñe. Vitiosęq; ilicis aluo: Cariosę: vult aūt ꝓbare etiam putres arbores habere aliquā vtilitatē. Sane hic ꝓ alueo ꝑ synere sim aluo dr̄: Quid memorandū ęq̄. i. qd sitr laudandū. Tulerūt dona liberi: sicut siluę multa spōte ꝓcreātes. Aliī & q̄ legūt vt sit sensus qd dicendū q tulerūt. i. attulerūt. ipa etiā dona baccheia: vt hoc dicat parū est q̄ vites tm̄ laborē requirunt etiā munera earꝶ causas ꝑstant furoris. Ille furētis Cētauros: Atq in æneide ait: Mars perdere gentē immanē lapitū valuit. Sed hoc soluit Hora. dicēs. Nec se melius cū marte cōfundet ꝑlia thyone⁹. Nā reuera licet irarū causas Mars habuerit: lapite tm̄ & centauri in furorē sunt ebrietate cōpulsi. Deinde h̄ loco cētauros ait in furorē actos a libero nō lapythas. Magno hyleū lapithis cratere minantē bonum schema: ita em̄ pingunt q̄si poculis bella tractantes.

¶Et iuuat v. b. s. cytorꝶ: Cytorus est oppidū ponticū fertile buxo nō solū: Sed ꝑcipue. Naritiæq;. p. l. Naricia est oppidū locridos piceis frequens. Iturei: natio est scytharum.

¶Maiora maioris cōmodi: de q̄bus iam dixit & sic ait iam minora quoq; hoibus in multis ꝓdesse. Illæ. salices & genistæ Pabula melli: genista enim vt Ply. lib. xxiiī. capitu. xxxiiī. flores habet apibus gratissimos: & in Tityro poeta dixit Hiblæis apibus florem depasta salicti. Et iuuat. ostendit poeta oblectationē præbere syluestria loca quanto magis igitur culta? Narrat inde syluestrium arborum cōmoda quibus quidem fruuntur homines. Cytorum: is mons est in Paphlagonia teste Plynio libro. vi. ca. iī. Et Strabo libro. xiī. scri. Cytorum vrbem fuisse ipsius Paphlagoniæ Asiæ prouinciæ. a Cytoro Phryxi filio addens q̄ in amastriano agro plurima atq; optima Buxus nascitur: præsertim circa cytorum. Buxo: buxi materies honorata est. est em̄ leuis & solida & quadam duritia ac pallore commendabilis. Buxus pireneis ac cytoro mōtibus plurima ac berecyntho tractu Plynius libro. xvi. capitu. xxix. Naritiæq; naritia ithacæ tellus optatissima & ipsa olim Vlyxis patria vt scribit Dionysius. Ithacha autem insula est in mari Ionio: vt Mela scribit. Picis: picea montes amat atq; frigora. feralis

a feralis arbor & funebri iudicio ad fores posita hæc pluri ... resinam fundit interueniente candida gemma tam simili ... vt mixta visu discerni nō queat & inde fraus sæpissime aliæ ... li.xvj.c.xv. Caucasio vertice. De caucaso vide æglo.v. Eius ... vertices hyeme sunt inaccessibiles: vt Strab. ait lib.xij. Ce ... Mauris plurima arbor cedri & mēsarum insania: sunt au ... cupresso fœminæ etiam nō siluestri similes folio odore cau ... vt Ply.li.xiij.c.xvij. scribit. Theophrastus vero li.iij. edocet ꝙ cedrus est iunipero non absimilis: sed folio maxime distat ei⁹ materies putredinem nullam sentit frutex odoratus. Idem Ply. li.xvj.ca.lv. ait: ꝙ Cedrus in Creta Aphrica Syria laudatissima est: & cedri oleo peruncta materies nec tineam nec cariem sentit: iunipero eadem virtus quæ cedro. Ephesiæq́; dianæ templi tectum conuenit esse e cedrinis trabibus. Valuas e cupresso. Est & vticæ templum Apollinis cedrinas trabes habens. Radios corni: lignum non alio pene ꝙ ad radios rotarum vtile aut si quid cuneādum sit in ligno clauisue figendum ceu ferreis. Ilex item & oleaster ac olea quæ cariem vetustatemq́; non sentiunt. Plyñ. li.xvj.ca.lvj. Tympana dicuntur a typanizo: quod est extendo & verbero: sunt enim vasa semispherica: quæ semper bina feruntur in quibus ab vno latere pellis extenditur: & virgula percutiuntur: ijs in sacris. Cibeles vtebantur: hic autem pro operimentis vehiculorum metaphoricos ponuntur. Plaustris vehiculis: de quibus li.j. Georgi. hic autem pro pilentis ponuntur: erat em̄ pilentum contextum rotis quattuor: quibus matronæ olim vtebantur. Vergi. pilentis matres in mollibus. Et pādas ratibus posuere carinas: larix in humore præcipua & alnus nigra non improbatur in aqua & fagus. Ply.li.xvj.c.lvj. Ratibus. Rates vt inquit Festus vocantur ligna colligata: quæ per aquam aguntur: quo vocabulo etiam interdum naues significantur. Pandas curuas. Carinas: nautæ carinam vocāt infimam trabem vbi nauis fundatur: quod quidem Oui. quoq́; videtur asserere: ait enim li. iiij. de ponto. Dum mea puppis erat valida fundata carina. Qui mecum velles currere primus eras: Itureos arcus. Id nomen sine h, scribendum est. Probus autem ait itureos nationem esse scytharum. Stra. vero li.xvij. scribit. Montanam regionem iturei & arabes habent malefici omnes. Ply.li.v.ca.xxiij. in parte syriæ quæ cœli dicitur scribit esse itureorum gentem. Ab illis igitur populis itureos arcus poetam dixisse intelligendum censeo. Tiliæ: de tilia videto li.j. Georgi. Rasile: rasiles calati dicunt̃ quasi rasi nihil extantis aut redundantis plenitudinis. Verg. tamē hoc loco ait rasile buxum quasi rasibile. Corticib⁹ suberis &c. Quid memorandum quid vltra dicendum de siluis & arboribus. Acq̄ eodem modo sicut examina & alia cōmoda iam enumerata vel quid memorandum æque quid similiter laudandum. Tulerunt ipsæ in siluis: namq́; siluestres vites & vuæ in eis sunt. Baccheia dona vites & vuas. Bacchus: & ad superius vites quibus nunq̄ satis opere est damnasse quodammodo visus est: nunc vero earū fructus quibus quidē hominibus furor ingruit. Vel potius nos hortatur facta ecbasi: id est ex cursu enumerando siluarum commoda: vt vites non relinquamus: q̄q̄ multo labore indigeant: cum pro earum fructu potiendo centauri etiam mori non dubitarint. Ad culpam: ad scelus eius enim odore ducti dolium pho lo rapere

Tympana.

Pilentū.

Rates.

Carina.

Rasile.

viminibus: id est vimina dant pro fœtu: ex viminibus autē varia intexuntur vasa agricolis necessaria vanni & corbes: vlmi sunt fœcundæ frondibus quibus & terra pinguior fit vnde & vitibus deliguntur. Et myrtus supple est fœcunda validis hastilibus: & cornus est bona.i. vtilis bello.i. ad bellum quia ex ea hastilia fiunt atq́; alia tela: taxi torquent̃.i. curuātur in arcus itureos.i. in formam arcuum optimorum quales habent iturei populi syriæ: necnon.i. etiam tyliæ læues.i. planæ & non asperæ: & buxum rasile.i. quod faciliter radi potest torno.i. versatili instrumento accipiunt formam.s. vasorum aut instrumentorum nobis vtilium: nam tiliæ iugis faciendis congruunt & buxum pyxidibus lagenis alnisq́; multis vnde addit & cauantur acuto ferro. Necnon.i. etiam alnus arbor illa læuis.i. fragilis præ siccitate si extra solum aut aquas sit aut sic alnus missa pado: id est a quouis flumine in cuius ripis fere nascitur annatat læuis.i. agilis & cita: vndam torrentem.i. præcipitanter fluentem necnō.i. etiam apes condunt.i. abscondunt & locāt examina id est fœtus suos qui dum educuntur examen dicuntur: in corticibus cauis & aluo ilicis.i. illius arboris glādiferæ: vitiosæ.i. putrefactæ. Si ergo vitiosa huic vsui est quanto magis integra in alium cedit? Quid æque memorādum.i. æque dignum quod memoretur & laudetur: tulerunt dona baccheia hoc est a baccho inuētæ vites? quasi dicat nihil: &: id est insuper: bacchus: hoc est inuētum bacchi: videlicet vinum dedit causas: id est occasionem ad culpam: scilicet committendam per ebrietatem. Ille scilicet bacchus per vinum domuit læto id est morte: centauros id est populos illos Thessaliæ furentis scilicet ebrietate aut auiditate vini habendi quod ole fecerant centauros dico vt rhetum & pholum & hyleū minantem lapithis: id est populis illis vicinis: quibus cum centauris sæpe certamen erat: vnde centauri poti (cū scilicet fortiores sibi visi sunt) poculo illis minitabantur magno cratere id est poculo capaci quod inter bibendum in manu habebat. Itaq́; vinum difficulter acquiritur: periculose nascitur & cum periculo absumitur. Cum oleæ aliæq́; multæ arbores sponte fere nascantur nullo labore conseruent̃: & vsum sine periculo p̄stēt.

lo rapere voluerunt. Centauros: historia est vt Diodo. lib.v. edocuit. Pholus centaurus quum domi herculem suscepisset defossum antea vini dolium extulit: verum eius odor ingens ad propinquos centauros delatus ebrios reddidit: vna igitur Pholi domum magno ingressi tumultu ad rapinam versi sunt. Pholus itaq́; timens quum se abscondisset solus Hercules illis obstitit q superior multis eorum peremptis reliquos in fugam vertit. Verum Pholus vt cognatos sepeliret sagitta a quodam euulsa sei psum vulnerauit quo vulnere cū curari nequiret obijt: & ab Hercule magnifice sepultus monti nomē dedit. Centauros. Cētauro stimulo nobis est: inde centauri vt puto. Nam vt scribit Stra. li. ix. de Thessalia cētaurorum natio dura sane agrestisq́; erat quos Home. a perithoo fuisse expulsos a Pelio monte scri. qui filius Isionis lapitharum regis erat. Lapithis lapithæ Thessaliæ po. q in pindo & Othri montibus habuere sedes: vt Plyñ. li.iiij.c.ix. edocet. Est aūt laphitæ non lapitæ dicendum. Græci enim p th, non per ph, scribere soliti.

Pholus.

Cētaur⁹.

Laphitæ

ASCENSIVS.

ASC. ¶O fortunatos &c. Quia varios ostēdit vinitorꝝ labores dubiosq́; nec eos semp faustos fructus ne eos infœlices p hoc censuisse putet̃ atq́; ita rē quā laudare debeat vituperasse culpet̃ cū exclamatione quadā dicit agricolas esse fœlices q tot bona spōte nascētia haberēt licet vitibus magnus sit impēdendus labor & q ab vrbanorꝝ curis lōge grauioribus minusq́; fere salutaribus liberi ac immunes sunt vnde fasces & vestiū ac cæterarū rerum luxus superfluusq́; splēdor nō vera sunt bona sed bona apparentia: vñ ea deesse agricolis p bñficio deputat. ¶Ordo aūt est. O agricolas fortunatos nimium si norint.i. cognouerint sua bona id est cōmoda quæ pcipiscūt ex agricultura & rusticana vita. (Notū est o, tribus casibus iungi: & expressum maiorem habere vim in significādo. Si m̄ scrupulosus & anxius grammaticus verbū

Ordo.

O fortunatos nimium sua si bona norint
Agricolas: qbus ipa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victū iustissima tellus:
Si non ingentem foribus domus alta superbis
a Mane salutantum totis vomit [a] ædibus vndam:
Nec varios inhiant pulchra testitudine postes
b Illusasq́; [b] auro vestes ephyreiaq́; æra:
c Alba nec [c] Assirio fucatur lana veneno:
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui:
d/e At [e] secura quies: & nescia fallere vita [d]:
f Diues opum variarū: & latis ocia [f] fundis
Speluncæ viuiq́; lacus & frigida tempe:
Mugitusq́; boum mollesq́; sub arbore somni
g Non absunt: illic [g] saltus ac lustra ferarum
h Et patiēs operum paruoq́; assueta [h] iuuentus.

SERVIVS.

¶O fortunatos nimiū sua si bona norint Agricolas. Nō est abruptus transitus ad laudem vitę rusticanæ: sed ad superiora pertinet: post vituperationem quippe vini ista quasi consolatio est p quā ostēditur quātas voluptates rusticis natura p̄stiterit. Qđ aūt ait fortunatos nimium non ad fortunā: sed ad fortunæ pertinet quātitatē. Nā hoc dicit quātum in se est maximas eis natura præstitit voluptates quas si nossent essent nō fortunati sicut nūc sunt. Sed nimium fortunati. Procul discordibus armis.i. longe a ciuitatibus plenis iurgio: & rapinis. Iustissima tellus pprie nā si iustus est q & qđ accipit reddit: terra vtiq́; iustissima est quæ maiore fœnore accepta restituit. Si non ingentē foribus domus alta superbis. Mane salutantum totis vomit ædibus vndā: vt etiā in laudem fecit italiæ: nō solū vitā laudat rusticā: sed etiā SER.

Sacra deum sanctiq; patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.

PIERIVS.

a ¶Totis vomit ædibus vndam. In Mediceo codice, vomat, scriptum, quod nescio quid elegantius sonat. b ¶Illusasq; auro vestes. In codicibus aliquot antiq̃s legere est, inclusasq; auro, quã tamen lectionem improbat Seruius, &, Illusas. In antiquioribus oĩno est. c ¶Alba nec assyrio. In Mediceo, & aliquot aliĩs antiquis, neq; assyrio, legitur. d ¶Et nescia fallere vita. In Romano codice, vitam, legitur: cuius suppositum erit quies. In reliquis tamẽ omnibus exemplaribus habetur, vita, & longe melius. e ¶At secura quies, & at frigida tempe. In Longobardico, ac, vtrobiq; scriptum, sed magis placet At, id vero in Ro. cod. p, d, vt sæpe solet scriptum inuenies. f ¶At latis ocia fundis. Scribendum, otia, per, t, ex Medi. cod. & marmorꝫ consensu, est etiã, ac, pro At, quod nõ æque probaẽ. g ¶Non absunt illis saltus ac lustra ferarum. Vetera omnia exemplaria quotquot habere contingit nõ illis, sed illic legũt: quod mirifice placet, idq; etiã Seruiꝰ agnouisse videẽ: dum q̃ rure queq; in vrbe sunt memorat. h ¶Paruoq; assueta iuuẽtus. In Ro. cod. legiẽ: exiguoq;, adsueta, verũ ideo magis placet. Paruo, vt in reliquis exẽplaribus habeẽ: quia frequẽtissimo auctorum vsu dicitur, contentus paruo.

sed etiam cõtrariam .i. vrbanam vituperat. Nam ista quę de vrbibꝰ dicit opinabilia sunt bona: nõ etiã vera: vt rustica sunt. Multũ enim interest inter verũ & opinatũ malũ seu bonũ. Vnde Iuuena. pauci dignoscere possunt vera bona. Inhiant: habere
Inhio. desiderant: & dicimus inhio illã rem. Pulchra testitudine .i. indica vñ postes ornanẽ vel lectuli. Luca. Foribus testitudinis indæ Terga sedent fuluo maculas distincta smaragdo. Illusasq; auro vestes .i. q̃bus artifex ludens auro aliqua depingit. Male aũt q̃dam Inclusas legũt Ephyreiaq; ęra corinthia: q̃ laudat etiã Cice. Nam ephyre est corinthꝰ. Alba nec assyrio fucatur lana veneno
Assyrij. Assyrij populi sunt adiacentes. Syriæ apud quos primũ vsus inuentus est purpuræ. Veneno: colore. Nec casia liq̃di corrumpiẽ vsus oliui: Casia hærba est qua fit vnguentũ. Mire aũt ait vsus oliui corrumpiẽ. Nã oleũ gñalẽ vsum habet quod cũ in vnguentũ fuerit corruptũ vni rei tantũ esse aptũ incipit. Nescia fallere vita. Aut q̃a innocentes sunt: aut quia immobilis est status vitæ eorꝫ. Vrbanorꝫ em̃ fortuna: aut
Fundus. insidiĩs. aut p̃scriptione variaẽ. Latis ocia fundis. Fundus dicitur ab eo q̃ rerũ oĩm sit fundamentũ. Speluncæ viuiq; lacus .i. bona naturalia nõ sicut in vrbibus quæsita. Vñ Iuue. Et spelũcas dissimiles veris. Frigida tẽpe: Tempe sunt p̃prie loca amœna Thessaliæ abusiue cuiusuis loci amœnitas. Mollesq; sub arbore somni: μολακοι δ᾽ ὑπὸ δενδρεσι μ υπνοι. Illic saltus & lustra ferarũ .i. venationes quæ penitus in vrbibus nõ sunt. Bene aũt lustra ferarũ quia sunt in vrbibus lustra meretricum. Paruoq; assueta .i. nõ vrbana quæ est segnis & prodiga. Sacra deum sanctiq; patres: duo dicit sacra deorꝫ sancta apud illos sunt sancti etiam parentes. Extrema per illos iustitia excedẽs terris vestigia fecit: Hoc & Aratꝰ dicit iustitiam primo in vrbibus post ea tantum in agris fuisse vbi eam inducit loquentem cur abscedat e terris.
PRO. ¶Ephyreiaq; æra corinthia. Ephyra em̃ prius dicta est postea corinthus Frigida tẽpe. Tẽpe sunt loca nemorosa frigida fontana.
MAN. ¶O fortunatos agricolas. Tullius in Catone maiore Catonẽ ipsum illa dicere introducit. Venio nũc ad voluptates agricolarũ quibus ego incredibiliter delector q̃ nec vlla impediunẽ senectute: & mihi ad sapientis vitã videnẽ accedere habent em̃ rõnem cũ terra quæ nunq; recusat imperiũ: nec vnq; sine vsura reddit qđ accepit: sed alias minore plerũq; maiore cũ fœnore. & Seneca epistola prima lib. xiĩ. de Scipione maiore inq̃t. Abluebat corpꝰ laboribus rusticis fessum exercebat em̃ opere se terrãq;. vt mos fuit priscis ipse subigebat. Hora. quoq; scđa ode carminis Epodõ rusticæ vitæ laudes & cõmoda enumerat vti & Maro amplissime. O fortunatos: o nũc interiectio est admirãtis: de qua latius in Tityro. Sua si bona norint. Enumeratis syluarꝫ cõmodis q̃bus agricolæ frui possunt & aliĩ: nũc multo plura cõmemorat. Facilẽ victum: facilẽ cibũ. habent em̃ in agro parata oĩa ad victũ necessaria. Mane salutãtũ. prima secundaq; hora potentes amicos salutabant quod Martialis li. iiĩ. optime docet ibi videlicet. Prima salutãres atq; altera cõtinet hora. Exercet raucos tertia causidicos Inhiant cõcupiscunt: Varios ornatos vti solebat in superbis do-
Postes. mibus apparere. Postes: a post dici videnẽ: q̃ post fores stant Pri-
Testudines. scia. auctor. Testitudine .i. testitudineis laminis q̃bus etiã lectos & repositoria vestiebant: Lucanꝰ foribus testitudinis indæ. Scribit aũt Ply. lib. ix. ca. x. q̃ testudines tantæ magnitudinis indicũ mare emittit: vt singularũ superficiæ habitabiles casas integant atq; inter insulas rubri præcipue maris iĩs nauigent cymbis: Testudinũq; putamina secare in laminas lectosq; & repositoria iĩs vestire. C. Aruilius Pollio instituit. Illusas: depictas. Ephyreiaq;
Ephyra. æra. Ephyra ante postea Corinthus appellata est. Colonia colli
corinthꝰ applicata in isthmo. s. videto Ply. lib. iiĩ. ca. v. vbi de peloponeso loquitur De Corintho etiam Stra. lib. viĩ. plurima scribit inter quæ q̃ ciuitas ipsa corinthiorꝫ amplissima vsq; fuit & opulẽtissima: seu viros innumerabiles ad ciuile regimen peritissimos siue eximias opificum artes animo vertis: erantq; in ea plurima opera ære elaborata. Ephyreia: sunt qui dicant .i. causa metri interpositum sed cum ephyreios a grecis dicatur soluit ei diphthõ
Assyria: gum: vt etiã ibi Priameia v̓go. Assyrio: persiæ iuncta est assyria:
in qua

verbum desiderat habeat: cẽseo aut iudico. vt sit o q̃ fortunatos censeam agricolas si sua bona norint: sed qui nil subaudierit minus ineptus erit: vt em̃ vulgares ita & latine locutiones q̃dam in affectu sunt nec p̃ficiunẽ effectu) q̃bus. s. agricolis ipsa tellus iustissima quia plꝰ reddit q̃ accipit sed nõ q̃ debet: fundit p̃cul .i. longe a discordibus armis neq; in mari: sed humo victũ facilem .i. parabilem & sine difficultate acquisibilem. Si .i. tamet si: domus alta qualis est in vrbibus cum rusticorum sit humiles habitare casas: superbis foribus .i. habẽs superbas hoc est magnificas & superbę ornatas fores: in quibꝰ scilicet spolia hostiũ & ferarum atq; sculpturę varię cõspici solent: vomit totis edibus ingentem .i. sane magnam: vndã .i. multitudinem vndatim proruẽtem salutantũ mane. s. prima hora diei (vnde Martialis. Prima salutantes atq; altera cõtinet hora &c. de qua consuetudine apud iuuenalẽ Satyra prima vbi de sportula loquitur plenius est videre) nec .i. & non & si supple nõ inhiant .i. cũ hiatu ferino se cõcupiscere indicant postes varios .i. ornatos aut forte iaspidios: pulchra testitudine .i. q̃. sunt in pulchra testudine: testudo aũt est circũuolutio & curuata camere vt dicunt in morem testudinis deuexa (vulgus voltã appellat) Mira est in omnibus vrbanis pompis vituperatio & a rustica simplicitate laus. Nam Epithetis singulis res eleuat. atq; damnat: vt postes: quia variĩ sunt: varietas enim ad pompam & prospectum inanem non ad vtilitatem pertinet fores damnat superbiæ: vndam salutantum molestie. quid enim miserius q̃ tot salutantibꝰ aures accõmodare sub primam lucem? Vestes aũt non decenter ornatas: sed illusas auro dicit: es corinthium propter vrbis luxũ & immodestam hoĩm appetitionem taxat. Nam eiusmodi commixtionem eo q̃ noua esset multi pluris q̃ solidum aurum siue argentum faciebant solebantq; ex eo conflare signa præciosissima. Sane es corinthium illud erat quod post deflagrationem corinthi ex variĩs metallis commixtum post incendiũ compertum est. Præterea q̃ lana fucatur oliuum corrumpitur manifestã habet vituperationem: sed ad ordinem redeo. Et si non inhiant vestes illusas .i. ad illusionẽ intextas auro .i. filis auratis & æra ephyreia .i. corinthia varia mixtione ex incẽdio vrbis nata misere placentia. Nec vsus oliui liquidi .i. puri liquoris corrumpitur. s. a rusticis casia .i. admixtione vnguẽti ex casia facti vt fit ab vrbanis. At .i. sed quies secura .i. separata a curis: & vita nescia fallere .i. fallendi ignara: & spelunce .i. antra amœna: & lacus viui .i. fluentes nec arte sed natura comparati & tempe .i. loca amœna & temperata qualia sunt tẽpe in thessalia frigida. s. frigore opaco de quo in buco. hic inter flumina nota. Et fontes sacros frigꝰ captabis opacum. & mugitus boũ gratus. s. pastoribus: & molles .i. sine anxietate somni sub arbore .i. in vmbris arborum: non absunt scilicet a rure: immo adsunt abunde saltus sup. sunt: illic. s. ruri: & lustra .i. latibula & diuersoria ferarum sunt illic: & iuuentus .i. multitudo iuuenum: patiens operum .i. operationum: hoc est laborum non vt vrbana deliciĩs assueta: & assueta paruo. s. sumptui & expensis modicis: sup. est illic & sacra deum .i. deorum rusticorum præcipue sunt illic sancta: & patres sunt illic sancti: & iustitia scilicet virgo astrea excedens terris .i. derelinquens ob scelera hominum terras & in cœlum facessens: fecit extrema vestigia per illos scilicet sanctos patres ruri degentes.

in qua Babylon est: vt Stra. li. xvi. scribit. Veneno colore: intelligit autem purpureum liquorem in Tyro vrbe Phœnicę optimum: Phœnicia enim pars est Syriæ vt scribit Ptolemæus lib. v. Ply. lib. v. ca. xiĩ. Fucatur tingitur coloratur: Phucos em̃ græce latine color dicitur. Casia de hac videto in Alexi: Ocia: voluptates. Fundis: ager q̃ videbatur pecudum ac pecuniæ esse fundamentum fundus est dictus aut q̃ fundat quotãnis multa. Varro auctor. Tempe loca amœna a cœli temperamento dicta vt libro primo theb. inquit Lactantius: Sunt autem proprie loca in Thessalia quinq; milium passuum longitudine & ferme sex latitudine vltra visum hominis attollentibus se dextra læuaq; leniter cõnexis iugis intus sua luce viridante: allabitur Peneus qui
inter

inter Ossam & Olympum nemorosa conualle defluit. Plyn. ... ca. ix. Frigida ꝓpter aquas & vmbras ait. Moises: iucūdi ... siue: quia dicit lustra ferarū per q̄ venationes intelligit. Sa

cra deū sanctiq; patres: figura est syllepsis p genera dicēdo em̄ sacra & patres sancti etiā sacra sancta intelligim̄. Sacrū aūt vocat quicq̄d destinatū est diis Macro. li. Sat. luminia: video egio. iii.

Sacrum.

SERVIVS.

¶ Me vero primum dulces ante omnia musę Accipiant: Diu quæsitum est: vtrū philosophiæ: an rusticitatis vita esset fœlicior. Vñ nunc dicit primā esse philosophiam: post ipsam rusticā vitam. Suā aūt personā ꝓ quacūq; ponit sicut paulo post. Rura mihi placeant: mihi ꝓ cuilibet posuit. Sic in primo. Nō illa quisq; me nocte per altum ire: In. iii. Ne mihi tūc molles sub diuo carpere somnos: & hoc est q̄ dicit Horatius in arte poetica. Hoc amet hoc spernat: ꝓmissi carminis auctor. Quarū sa. fe. poeta em̄ quasi musarum sacerdos est. Cœliq; vias: aut artes vt alibi: inueni germana viā. Aut certe circulos quib⁹ sydera cōtinentur. Defectus so. va. Atq vno mō tm̄ sol nobis deficere videt̄. s. cum prima Luna e regione eius obstiterit radiis: & eos nobis fecerit nō videri. Vñ varios accipim⁹ defectus nō quia varia ratione cōtingunt (Nā ratio vna est vt diximus) sed quia vel variis temporibus fiunt vel varie. Nā interdum duobus. interdum quattuor: interdum pluribus deficit digitis. Lunæq; labores: vel errores quia nō recta incedit: vel defectus contingūt lunæ quoties terræ altitudo interueniens radiis solis eam illuminari non patit̄. A quibus dicitur lumē accipere. Vñ tremor terris. variæ sunt opiniones. nā alii dicunt ventum esse in concauis terræ qui motus etiam terrā mouet: Sal. Venti per caua terrę citari Lucanus. Quærentē rumpere ventū credidit. Alii aquam dicunt genitalem sub terris moueri & eas simul cōcutere: vt vasa aquæ: vt dicit Lucretius. Alii σφονγοειδῆ terrā volunt. cuius plærunq; latentes ruinæ superposita vniuersa cōcutiunt. Qua vi maria alta tume. Obiicibus ruptis. Alii sic accipiūt ꝙ ruptis obiicibus. i. calpe & Athlāte mōtibus Hispaniæ & mauritaniæ Oceanus eruperit. Et ista fecerit maria quod nō ꝓcedit. Si em̄ hoc esset nō diceret tumescant: sed tumuerūt cū erupuerūt. Oceani maria. Vñ æstuaria oceani accipimus q per hispanias & gallias infinitum erumpit cōtempta lege riparū ad quas rursus recurrit. Cur rei opiniones Luca. in primo cōmemorat dicēs. Ventus ab extremo pelagus sic axe volutet destituatq; ferens: an sydere mota secundo Tethyos vnda vagæ lunaribus æstuat oris: Flammiger an titan vt alētes hauriat vndas. Erigat oceanum fluctusq; ad sydera tollat. Quid ob quam causam Oceano properent se tingere soles Hiberni: circulorum hoc efficit ratio vt etiam in æneid. diximus. Tardis autē noctibus. i. æstiuis noctibus tarde venientibus. Sin has ne possim. i. partes physicæ philosophiæ ex qua sunt illa quæ dixit. Frigidus obstiterit. secundū physicos dicit qui dicunt stultos hoies frigidioris esse sanguinis: prudētes vero calidi. Vñ & senes in quibus friget: & pueri qbus necdū calet minus sapiūt. Inglorius: comparatione. s. philosophiæ sic in æneide: & mutas agitare inglorius artes. non ꝙ nulla gloria medicina esset: sed ꝙ minor q̄ diuinitatis & augurandi quæ ei obtulerat Apollo munera: vt Augurium cytharāq; dabat celeresq; sagittas. Sperchius fluuius Thessaliæ. Taygeta: mons laconū Libero & Bacchis consecratus: Hæmi: montis Thessaliæ in quo etiam sunt tempe.

¶ Defectus solis varios: lunęq; labores: deficit Sol quum eius orbem subit luna & obstat radiis. Lunæ autem defectio fit. quia nō suo lumine lucet: sed eo quod a sole accepit: quum in vmbrā terræ venit. Aestus autem maris ad Lunæ motum: & rōnem fiunt: sed lunæ sunt. v. motus: diurnus: menstruus: annotinus: altitudini ... extremi ad mare pertinent. Terræ aūt tremoris tres causæ

sunt. Nam aut ventis inclusis exitum quærentibus fundamēta quassantur: vt iis labefactis superiora cōtinuant: aut igni: quē inesse terræ ætna docet exusta cum cadunt: quum eis sonu ipsorum subsidit. Aut aquis id quod sustinent: delabi in liquorē patiuntur: sed cōsumptis terris latius constituunt. Quid em̄ oceano properent se tingere soles Hiberni vel quæ tardis mora noctib⁹ obstet bræuem diem facit quum octaua parte maior est ea pars circuli. qua subiecta terris est brumalis & superior eadem minor æquinoctialis circuitus. Sin has ne possim naturæ accedere partes Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. significat san

Me vero primum dulces ante omnia musæ
a Quarum sacra fero ingenti perculsus[a] amore
Accipiant: cœliq; vias & sydera monstrent.
Defectus Solis varios Lunæq; labores:
b Vñ tremor terris: qua vi maria alta tumescant[b]
Obiicibus ruptis: rursusq; in seipsa residant
c Quid tantū oceano properent se tingere[c] soles
Hiberni: vel quæ tardis more noctibus obstet.
Sin has ne possim naturæ accedere partes:
Frigidus obstiterit circū præcordia sanguis:
d Rura mihi & rigui[d] placeant in vallibus amnes
Flumina amem syluasq; inglorius: o vbi campi
Sparchiusq; & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta: o qui me gelidis in vallibus Hæmi
Sistat: & ingenti ramorum protegat vmbra.

PIERIVS.

a ¶ Quarum sacra fero ingenti perculsus amore. In cod. Longobardico tantum legitur: percussus. Sed in Ro. in Mediceo, & aliis antiquioribus percussus: prout etiā dicitur, amore saucius, siue quia passim locutiones illæ percussus, & perculsus apud auctores confunduntur. b ¶ Qua vi maria alta tumescant. In Lōgobardico, tumescunt, legitur: sed elegantius est tumescant. c ¶ Oceano properent se tingere soles, tinguere. Vt in veteribus habetur scribendum esse ostendit. distinguo (aiunt veteres grammatici) de quo nemo dubitat: id vero diuersis coloribus tinguere significat, ac perinde secernere, & dissepararе. d ¶ Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes. In Romano codice, rigidi, legitur: sed enim non videtur amnibus cōuenire, vbi agitur de amœnitate, rigor enim glaciei potius congruit, vt ibi glacie riget horrida barba, nisi rigidi pro, gelidi positum sit, sed omnino fuit hic asperitas euitanda.

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Me vero &c. Quia tātopere rusticam vitā laudauit: ne illa etiā philosophicæ & contemplatiuę ꝓtulisse videat̄ dicit se quidē præferre rusticanę vitę philosophicam & musarū diuina inuenta: sed si ad ea fœliciter aspirare nequeat: nullā esse in praxi vitā quā rusticanę ꝓtulerit: primas ergo partes diuinarū humanarūq; rerum cōtemplationi: hoc est philosophię attribuit: ꝓximas agriculturæ dicens. Verum pro sed: Ordo. musæ. i. deæ rerum: inuentrices: hoc est diuinarum rerum cōtemplationes: dulces ante oia. i. exercitia humana: quarū ego perculsus. i. affectus ingēti amore fero sacra vt. s. sacerdos accipiat me primū. i. primo & præcipuo loco: quia nihil gratius aut iucundius cōtingat: & monstrent mihi vias. i. cursus aut meatus cœli & sydera. i. syderū virtutem & significationem: & varios defect⁹ i. eclipses solis: & labores. i. eclipses & luminis imminutiones lunæ: & monstrent mihi vñ tremor. s. accidat terris: & qua vi tumescant. i. inflentur & extollant̄ maria alta. i. eleuata: & hoc obiicibus. i. obstaculis vt littoribus: ruptis. i. dissipatis & deiectis: & resident. i. descendant vt locū capiant: rursus in seipsa. i. in ꝓpria receptacula: prioresq; alueos ac ambitus. Et mōstrent quid. i. ad quid soles hyberni. i. qui illucēt tēpore hiberno: hoc est hyemali properent. i. festinent tm̄. i. intm̄ tingere se Oceano. i. magno mari terram ambienti: & id dicit secundum opinionem vulgi credentis solem in Oceanum sui lauandi causa decidere: vel q̄ mora obstet non noctibus hyemalibus: tardis. i. tarde decedentibus sed æstiuis tardis. i. tarde venientibus (eadem in fine primi æneí. reperies) Sin. i. sed si: sanguis frigidus circū præcordia. i. tarditas ingenii ex sanguine frigido circa cor producta (vñ Iuuena. ꝙ læua in parte mamillę. Nil salit archadico iuueni) obstiterit. i. obsistendo effecerit: ne. i. vt non vel quo minus possim accedere. s. intelligendo: has partes naturæ. s. rerum cœlestiū hoc est causas rerum. Rura. i. res rusticanæ: & amnes rigui. i. irrigatiui placeant mihi in vallibus. i. accedam ad delicias rusticanas: & amē flumina. i. amœnitatem fluminum: & syluas existens inglorius. i. sine gloria: quæ causas rerum inuenientibus debetur. O optantis est interiectio scribunt quidam oh. O qui me sistat. i. cōstituat & vt dicunt representet sup. illuc: vbi. s. sunt campi. s. amœni & sperchi⁹ scilicet fluuius thessaliæ ad quem orpheus canticorum sacra peregit: & taygeta (declinat̄ sicut hysmarus hic taygetus: & pluraliter hæc taygeta) mons laconiæ in achaia: bacchata. i. a bacchātibus frequētata: virginibus Lacænis. O qui sistat me in gelidis. i. refrigeratiuis vallibus hemi. illius mōtis thraciæ: & protegat me ingenti vmbra ramor. i. qs dabit vt naturali locor. dictor. ac cōsimilium perfruar amœnitate: q. d. se beatum fore si id contigerit.

 guine circum

guine circũ pcordia ducto aĩum Empedoclis snia. Sperchius thessaliæ fluminẽ. Taygeta laconices: vbi venantur virgines. Lacænæ: lacon enim lacæna facit. Lacedæmonius. Laconice regio est. Lacedæmon oppidum spartæ dicitur: vnde spartanæ sunt eædem virgines.

Lacedæmon.

MAN. ¶ Me vero primum dulces ante oĩa musæ. Quarum sacra fero ingenti perculsus amore. Sin has ne possim naturæ accedere partes &c. pponit rusticæ vitæ philosophicam. Hinc illã optat ad quã si accedere non possit. rusticam degere vitam exoptat. Est aũt ordo. Vero sed primum ante oĩa me dulces musæ accipiant &c. Cœliq; vias motus rationes cursus. Vltimi cœli motus est: vt dicũt astrologi super duas axis extremitates polum. s. arcticũ & antarcticum. ab oriente per occidentẽ in orientẽ iterum rediens: quem motum æquinoctialis circulus per mediũ diuidit & etiã alter inferiorum spherarum motus per obliquum huic oppositus super axes suos distantes a primis. xxiij. gradibus & xxxiij. minutis: sed primus oẽs alias sphæras secũ impetu suo rapit intra diẽ & noctẽ circa terram semel illis tñ cõtranitentibus: hunc aũt scd'm motũ diuidit per mediũ zodiacus sub quo quilibet septẽ planetarum sphærã habet propriã in qua pprio motu differt cõtra cœli vltimi motũ. Defectus solis varios. Quum in plenilunio luna fuerit in capite vel cauda draconis sub puncto directe opposito soli in firmamento tunc terra interponetur soli & lunæ: vñ quũ luna lumen non habeat nisi a sole deficit a lumine. Estq; gñalis eclipsis in oĩ terra si fuerit in capite vel cauda draconis directe: particularis vero eclipsis si fuerit ppe vel infra metas determinatas eclipsi semperq; in plenilunio vel circa cõtingit eclipsis: Quum aũt fuerit luna in capite vel cauda draconis vel prope metas supradictas & in cõiunctiõne cũ sole: tunc lunæ corpus interponet inter aspectum nostrũ & corpus solare: vnde obumbrabit nobis claritatem solis: & ita sol patietur eclipsim nõ qa deficiat lumine: sed deficit nobis ppter interpositionẽ lunæ inter aspectũ nostrum & solem: Eclipso aũt deficio significat: inde eclipsis. i. defectio. Defectus solis va. Vario enim mõ sol eclipsat quod cõtingit ppter diuersitatem respectus in diuersis climatibus. Lunæq; la. i. defectus. Iuue. saty. vj. de mulieribus. Vna laboranti poterit succurrere lunæ. Vñ tre. ter. Babyloniorum placita motus terræ hiatusq; & cætera oĩa vi syderũ existimant fieri vẽtos in causa esse nõ dubiũ reor inquit Ply. lib. ij. cap. lxxj. Neq; eñ vnq; intermiscunt terræ nisi sopito mari cœloq; adeo tranquillo vt volatus auiũ nõ pendeant subtracto oĩ spiritu qui vehit nec vnq; nisi post vẽtos cõditos. s. in venas & cauernas eius occulto afflatu: neq; aliud est in terra tremor q̃ in nube tonitruum nec hiatus aliud q̃ cũ fulmen erumpit incluso spiritu luctante: & ad libertatẽ exire nitẽte. Qua vi ma. al. t. Oceanus Soli. teste quem greci sic noĩant a cæleritate ab occasu solis irrũpens leuo latere Europã radit Aphricã a dextro scissisq; Calpe & Abyla montibus quos dicunt colũnas Herculis inter Mauros funditur & Hispaniam Et Ply. li. ij. inqt. Sed æstus maris accedere & reciprocare maxime mirum est pluribus qbus modis accidit. Verũ causa in sole lunaq;. Id aũt Macro. etiã lib. j. de som. sentit. ait eñ Oceanus quoq; in incremẽto suo hunc numerum tenet. nam primo nascentis lunæ die fit copiosior solito minuit paulisper. ij. minoremq; videt eũ. iij. q̃. ij. & ita decrescendo ad diẽ. vij. peruenit. Rursus. viij. dies manet. vij. par. & ix. fit similis. vj. x. v. & xj. fit. iiij. par. ij. quoq;. xij. & xiij. fit similis. ij. xj. ij. j. Soli. item ait. dubitatur etiã nũc qbus ex causis intumescat Ocea. nec in obscuro est plura pro ingenijs differentiũ potius q̃ pro veritatis fide expressa. Quid tñ ocea. Dierũ & noctiũ inæqualitatis causa obliquitas est Signiferi: teste Ply. lib. ij. cũ pars æqua mundi subterq; terras oĩbus fiat meẽtis: sed quæ recta in exortu suo consurgunt signa longiore tractu tenent lucẽ quæ vero obliqua ocyori transeunt spacio. Alñ sic in oĩbus circulis qui sunt ab æqnoctiali vsq; ad tropicõ cãcri & in ipo tropico cãcri maior est arc' diei q̃ noctis. i. arc' sup horizontẽ q̃ sub horizõte. Vñ toto tpe quo sol mouet a principio arietis per cancrũ vsq; ad finẽ vgĩnis crescũt dies supra noctes & tanto plus q̃to magis accedit sol ad cancrum & tanto minus quãto magis recedit. Econuerso autem de diebus & noctibus dum sol est in signis australibus in omnibus alijs circulis quos sol describit inter æquinoctialem & tropicum capricorni maior est circulus sub horizõte & minor supra. vnde arcus diei est minor q̃ arcus noctis: & secundum proportionẽ arcuũ descrescũt dies supra noctes & quãto circuli sunt propinquiores tropico hyemali tanto magis descrescũt dies. Tardis no. tarde venientibus. intelligit enim per id dies æstiuos qui lõgi sunt. Naturæ partes. i. naturalem philosophiam. Sunt enim philosophiæ tres partes: Moralis: & Naturalis: Rationalis: Moralis est quæ docet morum elimatam perfectionem. Naturalis q̃ de diuinis corporibus disputat. Rationalis vero quum de incorporeis sermo est quem mens sola complectitur. Macro. ait lib. ij. de som. Cũ itaq; Maro cœli vias & sydera solis & lunæ defectus terrarum tremorem & Oceani æstuaria dierum & noctium longitudinem & breuitatem complectitur physicæ secreta commemorat: est autem philosophia vt scri. Alcinous affectio sapiẽtiæ quæ soluit ac reducit ad intelligibilia: conuertitq; nos ad ea quę sunt secundum varietatem. Sapientia autem est scientia humanarum diuinarumq; rerum cognitio. Frigidus san. Empedoclis sententia loquitur is enim vt scrib. Cice. lib. j. Tuscu. Animum esse censebat cordi diffusum sanguinem. Calidus autem sanguis maiorem virtutem habet q̃ frigidus. vnde & omnes dextræ partes validiores sunt & debiliores sinistrę: quia has regit calor iecoris qui est concretus sanguis hinc caloris domicilium est. Ille vero contagione frigidi lienis hebetantur: lege Macro. lib. vij. & Ply. lib. xj. ca. xlvj. scrib. ꝙ cordi inest præcipuus calor ꝙq; ibi mens habitat. Tul. etiam in lib. de na. deo. ait. ꝙ omne quod est calidũ & igneum cietur & alitur motu suo: Quod autem alitur & crescit motu quodam vertitur certo & æquabili: qui q̃diu remanet in nobis tandiu sensus & vita remanent: refrigerato autem & extincto calore occidimus ipsi & extinguimur. Præcordia exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membranis: quæ præcordia appellant: ꝙ cordi prætenduntur Plynius libro. xj. Ovbi campi optandi aduerbium. Sperchius: Thessaliæ fluuius: vt scribit Strabo libro. ix. Solinus autem capi. x. scrib. in sperchio promontorio Orpheum siue sacrorum siue cantuum secreta agitasse Taygeta. Taygetus vt Strabo docet libro octauo mons est Laconicæ quæ in Achaia est: Est autem mons super mare non granæis admodum cæterum excelsus & erectus: Cui subijcitur sparta & amyclæ in regione mediterranea. vbi Apollinis templum. Liberi quoq; patris delubrum: Non ab re igitur Lacænis virginibus bacchata: Maro ait. Lacænis. id est Laconicis. Nam teste etiam Probo: Laconica lacænas facit: est autem lacon. g. m. lacæna vero. g. f. Hæmi: Thraciæ mons est cuius excelsitas sex milia passuum continet: vasto iugo procumbens in pontum: vt Plynius libro quarto capitu. xij. scrib. De eodem libro primo Fasto. ait Ouidius. Et quicunq; tuas accolit hæme niues. Est fertilis Thracia inquit Plynius libro. xvij. capitu. quarto. frugum rigore: & æstibus Aphrica & Aegyptus. Sistat: repræsentet. Cicero ad Aticum: Vt te ante Kal'. Ianuarius vbicunq; erimus sistas.

Margin notes: Solis Eclipsis. — terræmotus causa — Oceanus — Dierũ ac noctium inequalitas. — Partes philosophiæ — Sapientia — Præcordia. — Sperchius — Taygeta — Lacænis



Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas:
a Atq; metus omnis & inexorabile[a] fatum
Subiecit pedibus: strepitũq; acherontis auari.
Fortunatus & ille: deos qui nouit agrestes.

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Felix qui &c. Sicut primũ musis vacare optauit deinde agriculturæ ita docet primam fœlicitatem quæ quidem in terris cõtingere potest: in musis ac philosophia consistere: proxima in re rustica.

Ordo. ¶ Ordo est. Fœlix sup. est qui potuit cognoscere causas rerum quas per musas & philosophiam deprehendimus: atq; qui scilicet subiecit pedibus omnis metus: & id est etiam fatum inexorabile. i. necessitatẽ moriendi: is pfecto fœlix est q vere cũ apostolo dicere põt. Cupio dissolui & esse cũ xpo & q subiecit pedibus strepitũ acherontis. i. fluuij aut pricipis infernalis: auari: qa oĩm auidi. Nam serius aut citius sedem pperamus in vnã hoc est omnes

SERVIVS.

SER. ¶ Fœlix qui potuit: repetitio est superioris coloris. Nam hoc dicit & rustici fœlices sunt: & qui tribuunt operam philosophiæ. Inexorabile fatum: alibi fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. Subiecit: calcauit. Fatum. id est fato venientia. Acherontis auari: omnem mundum in mortem trahentis. Deos qui nouit agrestes: qui abstinet a ciuicis malis: & aut rura habitat aut cum suis numinibus rura descripsit. Nymphasq; sorores: non panis sorores: aut syluani: sed inter se sorores: vt æterneos fratres inter se scilicet. Non populi falces. id est honores: qui a populo præstantur: proprie autem locutus est: vt falces populi

Panaq; Siluanūq; senem: nymphasq; sorores
Illum non populi fasces non purpura regum
Flexit: & infidos agitans discordia fratres.
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro.
Non res Romanæ perituraq; regna: nec ille
Aut doluit miserans inopē: aut iuidit habēti.
Quos rami fructus: quos ipsa volentia rura
Sponte tulere sua carpsit. nec ferrea iura
Insanūq; forum: aut populi tabularia vidit.

PIERIVS.

a ¶ Atq; metus omnis & inexorabile fatum Subiecit pedib⁹. In Romano codice legitur, ineluctabile fatū, qđ & alibi positum a Vergi. magis tñ eruditi probant, qđ varium est ad fertilioris facundiæ copiam.

❧ puli regum purpuram dicere. Infidos agitās disco. Discordiā posuit ꝓ auaricia. ab eo qđ ꝓcedit id quod sequitur. Infidos aūt fratres ideo ait: ꝙ auariciæ causa dissentiūt. Aut coniurato descendens dacus ab istro: non enī sollicitat cōiuratio barbarorū. Ister aūt fluuius est scythiæ. Nō res romanæ ꝑituraq; regna. regna. s. barbaroꝝ. Nā duo dicit rusticū nec romanū imperium mouet. i. ad ambitum cogit nec barbarorū regna peritura. Non enī Romano maledixit imperio licet hoc alij dictū velint ex gñali snia venire: ꝙ ois imperij magnitudo periculis subiacet. Vñ etiā Iuuena. ait. Ad generū Cereris sine cæde & sanguine pauci. Descēdūt reges & sicca morte tyranni. Neq; ille aut doluit miserans inopē: aut inuidit habēti. Ci. in tusculanarum li. v. hoc tractat dicens. In quem cadit vna mentis ꝑturbatio posse in eū omnes cadere sicut pōt omni virtute pollere: cui virtus vna cōtigerit: vnde nunc Verg. noluit dare rustico misericordiā: ne ei daret etiam cæteras animi passiones: quas nouimus & a bonis & a malis venire rebus: a bonis opinatis duas. Vnam præsentis tpis vt gaudium. Vnam futuri vt spem: a malis similiter duas. Vnam p̄sentis vt dolorem. Et vnam futuri vt metū: quas passiones esse animi nō dubium est. Nā & ipse ait in sexto. Hinc metuunt cupiuntq; dolent gaudentq;. Sallu. etiam in catilinæ bello ait. Oēs hoīes q de rebus dubijs cōsultant ab odio amicitia ira atq; misericordia vacuos esse decet. Nā animus haud facile verū ꝓuidet: vbi illa officiūt: ergo aut secundum tractatum Ci. hoc dicit: aut qđ absolutius est intelligamus. Ideo rusticū paupertatē nō dolere ꝙ eā malū esse nō credit: sed munus deoꝝ. Luca. de pauꝑtate. Et munera nondū intellecta deū. Est & aliud qđ possumus accipere. Ideo rusticū nec bonis: nec malis alienis moueri: qa ei⁹ non interest: quippe qui ab vrbibus est remotus. Nec ferrea iu. Dura inexorabilia: immutabilia. Insanūq; forū: litigiosum. Populi tabula: vbi actus publici continentur: significat aūt tēplū Saturni: in quo ærariū fuerat: & vbi reponebanť acta: q̄ susceptis liberis faciebāt parētes Iuuenalis. Tollis enī & titulis actorū spargere gaudes. Argumēta viri.

MAN. ¶ Rerū cognoscere causas. Cōmētator li. j. Physicorū ait. Sciētiarum quædam est perfecta: & illa est quæ fit ꝑ causam: q̄dā imꝑfecta: & illa est q̄ est sine causa. Atq; metus ois. Cice. li. iij. officiorum scri. Magnitudinis animi & fortitudinis ꝓprium esse: nil extimescere: oia hūana despicere: nihil qđ hoi accidere possit intolerandum putare: & paulo inferius inquit: fortitudinē esse dolorum laborūq; contemptionē. Inexorabile fatū. i. ex fato veniētia. De fato aūt latius æglo. iiij. videto. Itē Maro lib. vj. inqt. Desine fata deum flecti sperare p̄cādo. Acherontis auari strepitum: hoc est ipsam mortē. Qua mediante animæ immortalitas acquiritur: vt Ci. ait. strepitum aūt dixit ꝓpter animarū oīm illuc tendentium tumultum. Vnde poeta li. vj. de hac eadē re ait. Aeneas miratus enim motusq; tumultu. Dic ait o virgo: qd vult cōcursus ad amnem. Quidve petunt animæ? vel strepitum dixit. Qm̄ ibidē de Acheronte inferno fluuio inquit. Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta Transportare prius q̄ sedibus ossa quierint. Acherōtis: est acheron fluui⁹ in Calabria in pen insula quadam iuxta Cōsentiam: a quo oppidani Acherōtini: vt Ply. lib. iij. scri. Poetæ vero dicūt esse fluuiū in inferno cœno turbidū & æstuantē. Stra. aūt li. viij. docet. Quā acheron amnis fluens ꝑ pylum vrbē achaiæ alpheū intrat acherontiq; ꝓpter inferni ꝓprietatem inditū est vocabulū: qm̄ ea in ora Cereris & Proserpinæ ac Plutonis tēpla magno in honore sunt. Auari: nam inqt Oui. Serius aut citius sedē ꝓperamus ad vnā: ois enī acheron cymba recipit in altera ripā: nec satiať vnq̄: nā oēs auet Deos agrestes: de ijs li. j. Georg. late iam dictū est: quoꝝ etiam hic aliquos poeta noiat. Nouit: ille deos nouit agrestes: qui optimus est. hic fortunati haberi possunt. Sorores: inter seipsas. s. populi fasces. duodecim erant lictores. i. ministri qui cū fascibus virgarum securim cuiq; cōsulum præferebant. Vtq; consulum insignia erāt duodecim fasces ita p̄torum ac p̄sidum sex tantū. Lictor aūt a ligando dictus ꝙ quum magistratus populi Romani virgis quēpiā verberari iussissent: crura eius & manus ligari vincirique a viatore solita sunt. Isq; qui ex collegio viatoꝝ officiū ligādi haberet lictor sit appellat⁹: ita Valgius dixit de lictore: vt refert Gel. li. xvij. c.

Acheron

Acherōtini.

❧ iij. Tyro

Hymen. Hyemē vero scd̄m græcos & latinos est qdā virginalis pellis q̄ primo coitu abrumpit̃: ponit̃ & ,p hymenæo: hipsiphyle Ouidiana ad Iasonē. Nō ego sum furti tibi cognita: ,pnuba Iuno affuit & sertis tpa vinct⁹ hyemē. Dicūt aliꝭ hymenæū quendā fuisse apud Athenas: q inter bella seuissima ṽgines liberauit: quā ob cām nubētes ei⁹ numē iuocabāt q̄si liberatoris ṽginitatis. Lucinā pu. & hy. hysterō ,pterō. hoc est vltimū pri⁹. nā snia ordine cōmutat̃. Sic ēt est ibi. desinit an̄. x. &c. de Val. li. ij. c. v. ait q̄ nō minores oportet inire q̄ bimas vt trimæ pariant eo meli⁹ si q̄drimę. plærꝗ; pariunt in. x. annos. quedā ēt plures. Maxīe idoneū tp̄s ad cōcipiendū ab Delphini exortu vsq; ad dies. xl. aut paulo plus q̄ em̄ ita cōceperūt tēperatissimo anni tpe pariūt: vaccæ em̄ mēsib⁹. x. sunt pgnantes: mas an fœmina sit ɔcepta significat taur⁹ quū inint siqdē si mas in dexteriorē ptē abiit: si fœmina in sinistriorē ptē: Ply. vo li. viij. c. xlij. scri. q̄ suo tpe anniculæ ad fœcūditatē poscebant̃ tolerāti⁹ m̄ binæ: tauri gn̄ationē quadrimi implēt & singulis denas eodē anno tradūt Cōceptio vnico initu pagit̃ q̄ si forte perrauerit. xx. die post marē fœmina repetit pariūt mense. x. quicqd ante genitū inutile ē. Tauri nō sępi⁹ q̄ bis die ineunt Robur est tauris ingnatu: vita fœminis. xv. annis lōgissima: marib⁹. xx. Fœturæ: genituræ & ,p uētui. Cætera ętas: hoc ē an̄ quartū annū & post decimū: Col. itē li. vij.

li. vij. c. xix. ait quū vaccę excesserūt annos. x. fœtib⁹ inutiles sunt rursus minores bimis inire nō oportet si ante tn̄ conceperit partū earū remoueri placet ac per triduū ne laborent hubera exprimi: postea mulctra ,phiberi. Superat interest imminet. Dum læ. iu. vel iuuenta. i. dū iuuenes sunt vaccæ concipiant repit em̄ senecta cū morbis plurimis. Solue ma. primus quo tpe vaccæ ineunde sint iā dixim⁹. Col. etiā li. vij. c. xxij. scri. q̄ mense Iulio fœminæ maribus plærūq; pmittende vt eo tpe conceptos ,pximo vere adultis iā pabulis edāt: nā. x. mēsib⁹ ventrē pferūt vnumq; marē. xv. vaccis sufficere abūde est. Pecuaria. pecuare pecuaria facit pecu pecua pec⁹ pecudes: pecus hoc pecora. Suffice: subministra: Col. li. vij. c. xx. de vaccis ait: sed & curandū est oīb⁹ annis æque atq; in reliquis gregibus pecoris vt delectus habeatur. Nā & nixæ & vetustate q̄ gignere desierūt submouēdę sunt & vtiq; tauro quæ locum fœcundarum occupant ablegendæ: vel aratro domandę qm̄ laboris & operis nō minus q̄ iuuenci ,ppter vteri sterilitatē patientes sunt. Optima quæq; di. Ouid. quoq; de arte. Cito pede labitur ætas: nec bona tam sequitur q̄ bona pria fuit. In clementia: duricia & crudelitas. Sortire: elige.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Necnō & pecori &c. Postq̄ de boū gn̄atiōe locut⁹ ē ɔsequtur eqnā de q̄ Lādin⁹ sic. Mira inqt varietas: nā in bubulo pecore a matrib⁹: in eqno a patrib⁹ incipit. Sūt aūt hęc tria pecorꝝ gn̄a oībus pcipua.

Bos. Bos em̄ nobis terrā colit sine cuius opa agricultura oīno difficilis esset

Equus. Equus & cōmode nos vehit

Necnon & pecori est idem delectus equino:
a Tu modo quos in spē statuis[a] submittere gētis
Præcipuū iā inde a teneris impende laborem.
Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingrediturq;: & mollia crura reponit:

SERVIVS.

SER. ¶Est idē pecori delectus eqno. i. vt habeat matres optimas. In spē statues submittere. i. quos vis ad missarios fieri. Notāda sane exquisita varietas. Nā vt in bob⁹ matres ante describit in eqs admissarios ante cōmemorat. Alti⁹ ingredit̃ cū exultatione quādā incedit. Mollia crura reponit Ennius

Primus & ire Viam:& fluuios tentare minaces
b Audet & ignoto sese committere ponti[b].
c Nec vanos horret strepitus[c]:illi ardua ceruix
Argutumq; caput:breuis aluus:obesaq; terga.
Luxuriatq; toris animosum pectus.honesti
Spadices:glauciq;:color deterrimus albis
Et giluo.tum si qua sonum procul arma dedere
Stare loco nescit:micat auribus & tremit artus
d Collectumq; fremens[d] voluit sub naribus ignem
Densa iuba:& dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina:cauatq;
e Tellurē:& solido grauiter sonat[e] vngula cornu.

PIERIVS.

a ¶Quos in spē statuis submittere gentis:In Ro.cod.& in quibusdā alijs,statues,futuro tpe legit.Ita correctū in Mediceo.
b ¶Et ignoto sese cōmittere pōto.In Ro.cod.in Long.&qbusdā alijs vno cōsensu,Ponti,legit.Quid em eqs cū mari:cū fluminibus vero & pōtib⁹ sæpe negociū.Quāuis i calabriæ & Apuliæ locis equorū gñositatē eo experimēto pbent,si ad mare impulsos,cōtra aduenientes fluct⁹ impauidos aspexerint,ideoq; pullos in natationibus adsuefaciunt:est aūt,pōto,scriptū in cod.Mediceo.
c c ¶Nec vanos horret strepitus.Quintil.lib.viij.ordinē esse dicit.Nec vanos horret strepit⁹ Tum si qua sonū pcul arma dedere stare loco nescit.Cætera vo,q̄ totā eiusmodi equi faciē describūt.Illi ardua ceruix,vsq; ad eū locū.Color deterrimus albis,& giluo.per interpositionem collocata.quare parēthesis vtroq; adlinēda loco est.
d ¶Collectūq; fremens vo.sub na.ignē.In Mediceo codi.correctū est,fremēs,Sed em prius recte,Premēs,scriptū erat,vt
e in alijs emendatorib⁹ habet. e ¶Et solido grauiter sonat vngula cornu.In Ro.Quatit vngula,habet.Sed magis placet sonat,quia dicit, Solido cornu:oīa em solida validius sonāt estq; & Iuuenalis synepeia.Quo tondēte grauis iuueni mihi barba sonabat.nō em ibi(hoc em κατα παρεςγομ'ad demus) grauis barba mihi Iuueni:sed,grauis,pro grauiter sonabat,legendū est,vt sōdat eū neq; quidē artis suæ peritia potuisse adeo ditari,vt patricios iā oēs opibus puocaret:& pōd⁹ habet,Iuueni mihi,cui vel lanugo vel mollior barba,sine stridore abradi potuisset,si,quā pfitebat artē,tonsor calluisset.

Ennius de gruib⁹: Perq; fabrepunt:& mollia crura reponunt.Primus & ire viā:matris p̄ vestigia.Ignoto ponti. Per quē nūq; trāsierat.Argutū breue Luxuriatq; toris animosum pectus.Nodosum: & eminens pulpis.Spadices: phœniceatos vocant.i. pcisos amyrteos.Glauci aūt sunt felineis oculis.i. quodā splēdore pfusis. Deterrimus albis & giluo:Atq alibi ait:qui cādore niues anteirent.Sed aliud ē cādidū eē.i.quadā nitenti luce pfusum aliud albū qđ pallori cōstat essevicinū. Gilu⁹ aūt est melin⁹ color.Multi ita legunt albis & giluo vt nō albū vel giluū sed albogiluū vitupet:qđ si singuli colores vituperādi sunt:q̄to magis mixtus vtroq;.i.albo giluus Tremit artus:Figurate p artub⁹ tremit.Voluit sub naribus ignē flatu indicat magnamitatē suā. At duplex agit p lumbos spina. Aut reuera duplex aut lata .vt alibi.Duplicē gēmis auroq; coronam.item Et duplici aptantur dentalia dorso.

MAN. ¶Idē delectus:vt.s.corpa p̄cipue matrū legat:itē vt quotānis soboles armēto eligat:In spē gentis in fœturā vt sint admissarij. Et mo.cru.re. glomerat apte reducit alterno crurum explicatu. Mollia crura:faciles tibias:non em inepte dure ve ābulat vti plerisq; euenit.Prim⁹ & ire viam. Var.lib.ij.c.vij.inqt.Equi boni futuri signa sunt si cū gregalib⁹ in pabulo cōtēdit i currēdo alia ve q̄ re quo potior sit quū flumē trajciendū est gregi in primis pgredit ac nō respectet alios. Argutūq; caput.i. breue & exiguū. Varro li.ij.c.vij.ait. Eqs debere esse clunibus ac ventribus latis. Equi boni signa. Equos ad admissurā quos velis habere legere oportet amplo corpore:formosos nulla pte corpis inter se nō cōgruenti:caput habeāt nō magnū:nec mēbra cōfusa:sint oculis nigris: narib⁹ nō angustis:aurib⁹ applicatis:nō angusta iuba crebra fusca subcrispa:sub tenuibus setis implicita in dexteriorē partē ceruicis: pectus sit latū:& plenum:humeri lati.venter modic⁹:lumbi deorsum versus pressi.scapulæ latæ spina maxime duplex.si minus nō extans:cauda ampla subcrispa:crura recta æqualia introuersa genua rotunda nec magna vngulę durę:toto corpe ve habeāt venas q̄ aīaduerti possunt.Hęc ex Var.Col.etiā li.vij.sic ait:cum vero natus est pullus cōfestim licet indolē existimare: si hilaris si intrepidus:si neq; cōspectu nouęq; rei auditu terret:si ante gregē pcurrit:si lasciuia & alacritate interdū & cursu certaminis ęq̄lis exupat:si fossam sine cūctatione transilit:pontē flumēq; transcendit:hæc erūt honesti animi documēta:corporis vero forma cōstabit exiguo capite:nigris oculis:naribus apertis : breuibus auriculis & arrectis:ceruice molli lataq; nec longa:densa iuba & p dextrā partē pfusa:lato & musculorū toris numeroso pectore: grādib⁹ armis & rectis.laterib⁹ inflexis:vētre substricto: testib⁹ paribus & exiguis:cauda lōga & secta crispaq; : mollib⁹ atq; altis rectisq; crurib⁹:tereti genu:paruoq; neq; introrsus spectanti rotundis clunib⁹:fœminib⁹ torosis ac numerosis:duris vngulis & altis & cōcauis rotundisq; qbus coronę mediocres suppositę sunt sic vniuersum corp⁹ cōpositū:vt sit grande:sublime erectū ab aspectu q̄q; agile & ex longo quantū figura permittit rotundū.Breuis aluus:modica substricta.Obesaq; terga grādes lati & pingues hūeri.obesus em vt Fest⁹ ait:pinguis dr q̄si ob edēdū ita [illegible].Luxuriat toris:abūdat pulpis debet em esse latū & plenū ac torosum Spadices:phœniceus color seu puniceus:& spadix:idem teste Gel.li.ij.c.xxvj.significat autem exuberantiā splēdorēq; ruboris.Glauciq; cærulei:Glaucus enim color viridis:dicit qđ probus ostēdit:& Gellius dicto loco.Albis:nō candidis: [illegible] sed albis

nos vehit:& in bello auxiliat egregie:& in multis reb⁹ comes est hoī:atq; in vectu[illegible] & veterrimos habem⁹ equos & iumēta.Docilitas maxima est i equo. Amissos luget dños desiderns lachrymas mittit:interfecto Nicomede rege ei⁹ equus inedia vitā finiuit.refert Philarchus Cētaretriū e galathis occiso i pugna antiocho potitū equo ei⁹ illū ascēdisse at equū indignatione ascēsum precipitē i abrupta isse ac se eq̄tēq; pdidisse.Bucephalus Alexādri equ⁹ neminē ornatu regio insignitū p̄ter ipūm Alexandrū accipe voluit. in expugnatione Thebarū vulnerat⁹ Alexādrū in aliū equum trāsire nō est passus Equ⁹ Cęsaris nullū nisi ipm Cęsarē dorso accipe voluit. Hic anteriores pedes humāos habebat. Semiramis equū vsq; in coitum amauit:vt ait iuba. Arist.aūt in li.de aīalibus:Equū equāq; post hoīem reliqs aīalib⁹ salaciorē eē dicit.Addit etiā ipm .xl. dentes habere primores quattuor.xxx. mēse mutare.Anno deinde post binos vtrinq; supne & inferne. Itē alio anno.iiij.Itē alio.iiij.Cōpletis annis.iiij.& mēsib⁹.vj.nō emittit:& tūc idoneū tps ad procreādū habet:refert p̄terea equū oībus & donec viuit coire.Idem facere fœminā.Dicit p̄terea etatē ad.xviij.annū ptendi i eq.Sed ad longū ad.xxx.vsq; pduci : in nōnullis etiā ad qnquagesimū sed minus viuere q domi alunt q̄ gregarij.Albertus aūt cognomēto magn⁹ ait equū biennio inire incipe:sed meliorē esse fœtū post trienniū vsq; ad.xx.q est arctus scđm quē minori cōiunctione iungunt Iuppiter & Saturn⁹.Inire aūt vsq; ad.xxx. annū & equā cōcipe quāuis debiliter vsq;.xl.qđ fere spaciū est suę vitę.quāuis olim inuēt⁹ sit equus.lxx.annorū:ipse aūt albertus refert vidisse se equum ex maiorib⁹ apud militē qui adhuc robustus excesserit annū sexagesimū.Hec ille. ¶Ordo est:necnon.i.et Ordo. idē delectus.i.ad eligendū disqsitio:est pecori eqno.i .circa pec⁹ eqnū :hoc est circa equos:hoc est eadē diligētia hñda est in parētibus boni eq diligendis & quotānnis reficiēdis. Tu impēde iā inde vsq; a teneris.s.annis aut mēbris:laborē p̄cipuū.i. p̄cipuā diligentiā & curā:sup.illis equis quos tu statuis mō.i. pponis & p̄tēdis in.i.ad spē gētis.i.gñis sicut ibi illa de gēte creatos &c.submittere.s.supmittere hoc est admissarios facere.i.q admittant ad gñationē vt aūt a teneris annis generosum eq anim.ī agnoscamus dicit.Pullus gñosi pecoris:ingredit cōtinuo.i.mox vt natus est alti⁹.i .ceruice erecta:ī aruis vbi.s.libere ingredit:& reponit crura mollia.i.molliter more gruū:aut mollia hoc est decenter flexibilia.Et audet ire viā.s.insolitā & periculosam prim⁹ .i. ante alios:nec expectat vt alij periculū faciant seu experiant : & audet tentare fluuios minaces.s. pfunditate aut p̄cipiti cursu: & audet cōmittere se pōto.i.mari ignoto.i.p quē pōtū aut qđ mare nō pri⁹ trāsiuerat.Ego in plurib⁹ legi ponti:atq; ita legendū putē:qa p aqs satis eēt dixisse:fluuios tētare minaces :solēt autē equi meticulosi diffic[illegible]ter primi trāsire pontem.Nec.s.pull⁹ generosi equi.horret.i.cū horrore formidat.strepit⁹ vanos.i.futiles & inanes vt arborū vēto cōcussarū aut sibilum.Ceruix sup. est illi ardua.i.erecta & sublimis & caput argutū.i.breue ac politū:alu⁹ sup.est breuis:& terga sup.sunt obesa.i.pinguia: & pigui immorata:& pect⁹ animosum luxuriat toris.i.abūdat pulpis.Honesti id est pulchri sup .sunt pulli aut eq.spadices.i.punicei seu phœnicei hoc est rubri cū splēdore:& glauci.i.cerulei :hoc est subuirides cum nigro immixto . color deterrimus est albis & giluo.id est qui in albo giluas hoc est buxeas ac subcroceas habent maculas:buxeus autem color est qui in buxo ligno noti coloris:aut

☞ deterrimus color est albis idest pallidulis & giluo id est buxeo & semiluteo. Tum.s.equus non deterrim⁹:sed generosus:nescit stare id est requiescere:loco.s.vno & eodē:si qua arma dedere procul sonum:quia continuo cespitat:micat auribus.i.arrigit & rursum deprimit aures:sicut qui digitis micant.i.diuinandi ludū exercent nunc eos p̄munt nunc erigunt:& tremit artus.i.habet artus trementes:ex vehementia scilicet spiritus atqꝫ animorum:& ipse fremens voluit sub naribus ignem.i.calidū flatū atqꝫ angelitū collectū.s.inspirādo.Iuba sup.est illi densa & recumbit.i.quiescit aut reponit̃ iactata i armo.i.humero:dextro.i.dextri lateris.At.i.sed duplex.i.lata spina:agit̃.i. deducit̃ p lumbos & ipse ingrediēs p̄cipue currendo:cauat tellurē.i.eijcit terrā & vngula.s.eius:cornu solido.i.duro aut integro:nec fisso.i.habēs cornu solidum:sonat grauiter.i.vehementer.

⁂ sed albis.i.pallidulis:Giluo:giluus color est buxe⁹ vt quidā volunt:vulgo giall⁹ appellat⁹:aliq̄ vo p giluū intelligūt flauū qui ex viridi:& ruffo & albo cōcretus est.Seruius Melinū intelligit.Est aūt melinus color candid⁹:optim⁹ in melo insula:i Samo quoqꝫ nascit̃.author est Ply.li.xxxv.c.vi.Aulus Gellius aūt in fine lib.xij.Innuit giluum colorē esse mediū inter nigrū & albū.Scribit enim tria genera esse vini Nigrū albū mediū quod vocant κιῤῥὸς giluū.Micit auribus:arrigit ac deprimit aures. Tremit artus:cōcutit.Collectum ignē:attractā flatus vim & potentiā:Fremēs:& fremens & premēs in antiquis legitur.Erit aūt ordo.Et premens ignem collectum voluit sub naribus:premēs aūt idest non emittens sed retinēs interius hinc sub naribus voluit.Voluit sub naribus.per quod eius vis apparet.est enim magni flatus.Solido duro.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Talis amyclei.Adducit exempla laudatissimorum equorum:quos tamen non semper permāsisse docet in eadem prestātia vt admissarij conuenienter fiant:p quod innuit summā diligentiā adhibendam in diligēdo bono equo admissario:cum etiam laudatissimi degenerent nisi summa cura reficiantur quotannis.

Ordo. ¶Ordo est.Talis scilicet erat cyllarus id est equ⁹ ille nobilis:domitus habenis pollucis fratris.s.Castoris & filij Iouis ex leda:amyclei id est apud amyclas laconū ciuitatem orti sed Seruius vult fratrē pro fratre positum eē hoc est pollucem pro castore:& tales sup.fuerunt illi quorꝫ poete graij.i.græci meminere.id est mentionē fecere.s.eq martis biiuges.i.bini iugū trahentes in curru martis:sūt aūt dimos & phobos secundū Seruium appellati:& talis s.fuit currus.i.equus cursarius:aut potius equi trahentes currū:magni Achillis & ip̄e Saturnus pnix.i.celeriter currēs:aduentu cōiugis.i.cū aduētantem sentiret coniugē opim.s.effudit talis.s.effectus equus iubam.id est comā colli ceruice eqna.i.per ceruicē equinā in quā suā transformauerat ne a coniuge agnosceret̃ rē cū Phyllira habēs:& ip̄e Saturnus fugiens.s.a facie coniugis:impleuit Pelion montē illū Thessalie altū.i.excelsum:hinnitu acuto.i.sonitu eqno in signū ferocis animi ,plato.Abde.i.occulta & segrega ab equab⁹ne coeat:quoqꝫ.i.etiā hunc talem (sicut eneid.ix.hunc ego te euriale aspicio)hoc est licet optimū dū iuuenta & valitudine pręstaret:abde tamen domo id est cōtine domi:vbi.i.quando ipse deficit id est deficitur a viribus:& ipotēs efficitur:aut grauis id est grauatus morbo:aut segnior id est tardior & iacentior annis.i.ānositate:nec id est & non:nō ignosce senecte turpi.i.deformi secūdum iuuenalem cum iuuenta in omnibus placida sit aut ignosce id est indulge senecte non turpi sed debili (sed prior expositio mihi gratior est:licet enim senes non sint turpes in moribus:sunt tamen aspectu quę turpitudo in pecore sat est nam quid ad pec⁹ qꝫ moraliter non turpis senectus per naturam non per animi vitium eueniat?) non ergo ignosce id est ne idulgeas senecte

☞ turpi

Talis amyclei domitus Pollucis habenis
[a] Cyllarus:& quorum graii[a] meminere poetæ
Martis equi biiuges:& magni currus Achillis:
[b] Talis & ipse iubam ceruice effundit[b] equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus:& altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.
Hunc quoqꝫ vbi aut morbo grauis aut iam se[c]gnior annis[c]
Deficit:abde domo nec turpi ignosce senectæ.
Frigidus in venerem senior:frustraqꝫ laborem
Ingratum trahit:& si quādo ad prelia ventū est:
[d] Vt quondā in stipulis[d] magnus sine virib⁹ ignis
Incassum furit.ergo animos æuumqꝫ notabis
Præcipuæ.hinc alias artes prolemqꝫ parentum:
Et quis cuiqꝫ dolor victo:quæ gloria palmæ.
[e] Nonne vides cum p̄cipiti certamine[e] campum
Corripuere:ruuntqꝫ effusi carcere currus:
Quū spes arrectæ iuuenū:exultantiaqꝫ haurit
Corda pauor pulsans:illi instant verbere torto.
Et proni dant lora:volat vi feruidus axis.
Iamqꝫ humiles iamqꝫ elati sublime videntur
[f] Aera per vacuum ferri atqꝫ assurgere[f] in auras:
Nec mora nec requies:at fuluæ nimbus harenæ
Tollitur:humescūt spumis flatuqꝫ sequentum:
Tantus amor laudū:tantæ est victoria curæ.

PIERIVS.

[a] ¶Graij meminere.In pluribus codicibus antiquis vnico,i,Grai,scriptum inuenias:ex eorum sentētia,qui,i, inter duas vocales per se plenam & satis sonoram esse iudicabant. ideoqꝫ,Graius,vnico,i,scriptū.Grai in casib⁹ alijs per synæresin facere debere.Quum tamen alij,cuius sententiæ Ciceronem fuisse tradit velius longus,similia per geminatum.ii. pronūtiarent,vt,Maia, graius,vnde graij.Sed & ipsa declinationis proportio expetit,vt,vs,vltimæ syllabæ finales litteræ in genitiuo secundæ abeāt in,i. Eandemqꝫ vocem esse etiā Nominatiui pluralis consentiunt omnes, quare graij, duplicato,i,scribendum fuerit,quum nulla regula,i, priorem consonantis loco positam elidi præceperit, subsecuta vero ætas quum non intelligeret ex duobus.ii.priorem loco consonantis positam,sed pro vocali acciperet,synæresin fecit,atqꝫ hinc,grai,per vnum,i,

[b] ¶Iubam ceruice effudit equina In Romano & quibusdā alijs.Effundit,præsenti tempore legitur.In aliquot alijs,fudit.Sed effudit legendum de preterito ipse narrationis ordo exposcere videt̃,subsequitur enim & ipleuit.Qđ vo sequit̃,oīugis aduētu,qđ i antiqs aliq̄t cod.p,t,notatū est,atuētu, victorin⁹ ait,deīqꝫ nos p,t,scribere.

⁂ ¶Hunc quoqꝫ

SERVIVS.

¶Talis amyclæi &c.atqui Castor domitor equorꝫ fuit sed fratrē pro fratre posuit poetica licētia:vt Quas illi philomella dapes:pro progne:item reuocato a sanguine teucri:pro dardani:aut certe ideo pollucem pro castore posuit quia ambo licenter & castores & polluces vocantur nā & ludi & templum eorum & stellæ castorum vocantur Martis equi:δειμος & φοβος. Et magni curr⁹ Achillis Baliarchus:Xanthus.Coniugis aduentu pernix Saturnus:Dum cum amica Phillyra Saturnus coiret:Ops eius vxor aduenit cuius præsentia veritus se in equum conuertit:qualem potuit numen imitari:exinde natus est Chiron dimidia parte homo dimidia equus:sane ops cū de vxore Saturni dicimus o corripitur vt ops opis: Ops
cū vero de nympha dicim⁹ opis lōga vt Opis ad æthereum pennis aufertur olympum:Pernix Opis
autem ad equum refertur.Nam Saturni stella tardissima est:Pelion:montem Thessaliæ in quo Chiron habitauit.Hunc quoqꝫ licet bonū & tot signis ,pbatum. Vbi aut morbo grauis aut iā segnior annis deficit.Duo sunt qꝫbus minuunt̃ corporis vires:senect⁹ & morb⁹.Vnde mire vtrūqꝫ cōplexus est. Abde domo:in domo.Nam si aduerbialiter vellet loqui domi diceret:Tale est illud in.iiij.Non libyæ nō ante tyro.Nec turpi ignosce senectæ:Cice.in Catone meiore & laudat & vituperat senectutē:vnde dupliciter hunc locū intelligamus aut nec ignosce turpi senectę aut non turpi senectæ ignosce.i.abde & ignosce senectę q̄ turpis nō est qa p naturā venit:Si qn̄ ad p̄lia vētū ē.alibi Nocturnaqꝫ bella Aios æuūqꝫ notabis:p̄cipue ante oīa ætatē & magnanimitatē reqres post cætera parentes & studiū.Et quis cuiqꝫ dolor victo q̄ glo.pal. Vult ,pbare moueri eqs vel amissiōe vel acqsitiōe victoriæ.Nā eo tēdit sequēs iste decursus:vn̄ ē paulo post. Tantus amor laudū tantæ victoria curę Luca.Quantū clamore iuuatur. Flens soni.Ruunt effusi car.cur. vsurpatiue ,p carcerib⁹ q ab arcēdo dicti sunt.Nā carcer est custodia noxiorū.Iuuenū aurigarum vel spectātiū Haurit:ferit:vt Latus haurit apertum Verbere torto frequenti scilicet iteratione.

⁂ Volat

PRO.

c ✲ Volat vi feruidus axis. alibi: Frenaq; feruētesq; rotas. Nā rotæ q̄ axis cursu calescūt.

d ¶ Talis.a.d.pollucis.h.Cyllaros c.q.graīj.m.p.Martis.e.b.e.m.c. amyclæ oppidū est laconices. Vñ refert Home. in catalogo ducum: q ad troiam accesserūt. Pollux aūt & castor lacedæmone nati sunt q existimantur equos accepisse a Iunone muneris nomine xantum & cyllarum: quos ei Neptun⁹ donauerat: Martis eq dicunt dimos & phobos Homero auctore. Achilis Xanthus & Aethon quidam quattuor putāt: & eis adiūgūt podargū & lāpū. Sed eis q duos credūt hæc eorum epitheta esse persuasum est. Talis &.i.i.c.ef.e. Coniugis.a.p.s.e.a. Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto. Saturnus phillyrā oceani: & Thetis filiam existimatur adamasse: & cum ea se mutasset in equam vt eum falleret: ille quoq; in equum transfiguratus: cum ea concubuit: ex quibus natus est Chiron doctissimus centaurus. Pelion est thessaliæ mons Neptuniq; ipsa. ded. orig. gentis. Neptunus Cereri quum vim adferre vellet: ea se in equā trāsfigurauit: nihilominus incepto nō destitit Neptunus. Eāq; ita cōpressit: q genus equorum inde ꝓditur esse.


MAN. ¶ Amyclæi pollucis: Pollux & Castor Lacædemone nati q existimantur equos accepisse a Iunone muneris nomine Xanthū & Cyllarum: quos ei Neptunus donauerat. Probus. Amyclæi: amyclæ oppidū est Laconicæ regionis achaiæ: teste Plyñ. li. iiij. fuit autem patria Castoris & pollucis. Stra. li. viij. ait q Taygeto monti subijcit Sparta & amyclæ. Ply. li. iij. scri. amyclas etiā fuisse prope Tarracinam a serpentibus delatas (Amyclæ) Martis equi bijuges. Martis equi traduntur dimos & phobos: Homero autore: vt scribit Probus. (Martis equi.) Achillis vero Xanthus & æthon: quidem quattuor putant: & eis adijciunt podargum & lampum auctor idem Probus. Saturnus: is cum iouem filium quæreret in Thracia cū phyllira Oceani filia in equum versus dicitur concubuisse: & ex ea Chironem centaurum natum artis medicinæ inuentorem q a Phyllira (Chiron Phyllira) Phyllirides dicitur a poetis scribunt Aratum de aduētu vxoris nil scribere. Verg. tamen ostendit vxoris opis aduentu in equum versum esse dum cum illa coiret. Pernix: velox qa equus. Altum pelion. Thessaliæ montem altissimum: teste Ply. li. ij. in quo vt scribit Soli. nuptiale conuiuium thetidis & Pelei celebratum fuit. Nec turpi ignosce senectæ. Ordo est: nec ignosce turpi senectæ: q̄uis enim seniores equi sint: cum modo tamē laborem tolerare valent. Est autem sensus q vbi optimus equ⁹ vel morbo vel senecta deficit: remouendus est ab admissura & in domo retinendus nec parcendum: ostendit enim omnino fatigandum cū modo tamen. Turpi senectæ. Iuue. etiam sat. x. ait. Sed q̄ continuis & quantis longa senectus plena malis deformē & tetrum ante omnia vultum dissimilemq; sui deformem pro cute pellem. Pendētesq; genas & tales adspice rugas &c. q̄uis autem senecta fit a natura omnino quin turpis sit negari non potest: ergo nec ignosce turpi senectæ dicendum. Frigidus &c. hic locus asserit quod dixi verum esse vt scilicet ab admissura senior: in domo teneatur ibiq; fatigetur cum modo: nec penitus ignoscatur ei: generat autem mas ad annos. xxxiij. & ad. xl. durasse traduntur adiutum modo in attollenda priori parte corporis: sed ad generandum paucis animalium minor fertilitas qua de causa per interualla admissuræ dant: nec tamen quindecim initus eiusdem anni valet tolerare. Equæ gignunt annis omnibus ad. xl. vixisse equum. lxx. annos proditur. Plynius auctor li. viij. c. xl. Colu. vero li. vij. capi. xxvj. scribit q putāt minorem trimo non idoneum admissuræ: posse vero vsq; in. xx. annum progenerare fœminam bimam recte concipere vt post. iij. annum enixa fœtum educet: eandemq; post. x. nō esse vtilem. Superiori autem capite dixerat q nec minus q̄. xv. annos nec rursus plures q̄. xx. vnum debet implere. Frustraq; laborem ingratum trahit. Ordo est. & frustra trahit id est ꝓducit ingratum laborem id est ingratum coitum: nam calidissimus quisq; citius venerem perficit: & ei gratior illa fit: senes vero tardiores sunt quia frigent. Quondam: quandoq;. Animos: vt sit hilaris equus & intrepidus &c. vt supra ostendit Colu. Aeuum: Colu. li. vj. capi. xxvij. scribit q annorum notæ cum corpore mutantur: nam dum bimus & sex mensium est medij dentes superiores & inferiores cadunt cum quartum agit ijs qui canini appellantur deiectis alios affert cum sextum deinde annum molares superiores cadunt. Sexto anno quos primos mutauit exæquat: septimo omnes explētur æqualiter: & ex eo cauatos gerit: nec postea quot annorum ☙ sit manifesto comprehendi potest. x. tamen anno tempora cauari incipiunt: & supercilia nonnunq̄ canescere: & dentes prominere: hæc ille. Alias artes: equorum enim alij sunt ad rem militarem idonei alij ad vecturam: alij ad admissuram: alij ad censuram: alij ad prædam. Itaq; non item sunt spectandi atq; habendi. Hinc peritus belli alios eligit atq; alit ac docet: alios quadrigarius &c. Plura Var. lib. ij. c. vij. Prolemq; parentum. Varro pro dicto loco sic ait de stirpe magis interest qua sint: q genera sunt multa: itaq; ad hoc nobiles ab regionibus dicuntur in Græcia Thessalici equi a terra apuli ab rosea roseani. Quæ gloria palmæ. vt cursu certans æquales superare conetur &c. Carcere: repagulis. Currus quadrigæ. Exultantia: salientia: trementiaq;. haurit: eleuat: ferit. Instant imminent equis. Verbere: scutica. Lora: habenas. Vi: violentia. Nimbus: nubes.

✲ ¶ Hunc quoq; vbi aut morbo grauis aut iā segnior annis deficit. In Romano codice, segnior ætas, legitur: sed nitidior est elocutio: vbi deficit aut morbo grauis, aut annis segnior. d ¶ Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis. In Romano codice legitur: in stipula, vnitatis num: intellectionis figura. In alijs plurale est. e ¶ Cum præcipiti certamine campum corripuere ruuntq;. In veteribus aliquot exemplarib⁹, præcipiti conamine, legitur: quæ mihi paraphrasis videtur: & vti veteres scribere cōsuerūt. In ijsdem antiqs notatū est, cōripuere ruōtq;. f ¶ Atq; assurgere in auras. In Romano codi. exsurgere, legitur. In Longobardico & in Oblongo, insurgere. In reliquis tum, assurgere, tum adsurgere, & hoc magis receptum. Sed nullum ego velim improbare, codicum reuerētia. Legas etiam in aliquot & his antiquis, i aures, sed auras, omnino casta lectio.

Nec turpi id est ne sis clæmētior in senectam turpem ita vt dicas fuit admissarius iunior validosq; ꝓcreauit quo circa & senior admittet: ea em̄ stulta est clæmētia: cū nec equo nec reb⁹ tuis cōsulueris: qa senior. i. plus q̄ sat ē senex: est frigidus. i. segnis quasi seorsum ab igni venereo: in venerē. i. ad coitū: & trahit. i. lōgo tractu vix pagit: frustra laborē ingratū. i. inutilē vtrisq; & minus acceptum fœmellæ calenti & si ventū est) qñ. i. aliqñ ad ꝓlia. i. concertamina equorum: ipse furit. i. excādescit incassum. i. inuanū qa nō pōt rebellare aut ^{fa}lrē expugnare vt. i. quēadmodū: ignis magnus furit quōdā. i. aliquando in stipulis id est materia læui: sine viribus. i. qa cum ipsum cōbustibile nō sit capax vehemētis caloris nec habeat vi resistendi cito extinguit & languet ignis: ergo tu notabis. s. in equo admissario hoc est quē admittas ad ꝓcreationem: ꝓcipue aīos. i. aīositatē: & æuū. i. ætatē & notabis hinc. i. deinde & secundo loco: alias artes. s. ad quas eos destines & notabis prolem parentum. i. qualem prolem parentes eius progenuerint olim hoc est: & quis cuiq; dolor supple sit victo id est dum victus est & quæ gloria palmæ id est dū vincit: hoc est qua generositate animi sint: an videlicet gaudeāt victores & doleant victi quod in generosis equis accidit: qui etiā sessore nobili gaudent & animos extollunt: vnde subdit. Nonne vides. quasi dicat videre quidem potes: quum scilicet equi corripuere id est simul rapuere campum id est locum designatū intra metas capacem & amplum certamine scilicet curuli præcipiti id est in quo præcipites currunt & quum id est quando: currus id est ipsi quadrigæ ruunt id est protrahuntur quasi ruant effusi id est fusim emissi: carcere pro carceribus id est loco vbi pri⁹ arcebantur: & quum id est quando spes iuuenum scilicet aurigarum aut spectantium: arrectæ id est attentæ sunt ad victoriam: & pauor id est metus ne vincantur quibus fauent aut præsunt: pulsans id est sollicitans: haurit id est inuadit: corda exultantia scilicet de spe victoriæ: sunt ergo spemq; metumq; inter dubij: exultant de victoria sperata: pauent ob formidatam iacturam illi: scilicet iuuenes aurigæ instant verbere torto id est flagello ex chordis intortis: & proni id est inclinato capite quasi protrahāt equos: graphice effingit gestum & situm aurigarum agitantiū equos suos: dant id est laxant: lora id est habenas: axis feruidus: scilicet ex subito motu volat id est tam præceps fertur: vt volare videatur: vi id est vehementi tractu equorum: & ipsi aurigæ videntur iam humiles & iam elati: situ & animo situ quidē qa volatus auium & cursus equorum fere in morem vndarum ascēdendo & descendendo fit: animo autem quia vt dicit Terentius in hecyra. Profecto hoc sic est vt puto omnibus nobis: vt res dant sese ita magni atq; humiles sumus: ipsi ergo iam elati & iam humiles videntur ferri: sublime id est sublimiter: per aera vacuum id est capacem ac si vacuus sit: atq; assurgere id est erigi in auras: nec mora nec requies est scilicet aurigis & equis: at id est sed nimbus id est globus in morem nubis: harenæ flauæ id est ex harena flaua collectus: tollitur id est erigit a pedibus animosorū equorum excitatus: nam generosi equi est terram profundius carpere & ipsi equi humescunt id est humefiunt & irrigantur spumis scilicet proprij sudoris: & flatu id est anhelitu sequentum id est sequentium equorum: tantus amor id est tanta auiditas laudum est supple equis: & victoria est tantæ curæ: vt scilicet sine intermissione & requie tam præcipites currant vt volare videantur: vnde facile concluditur equos animorum suorum indicia facere.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Primꝰ erichthonius &c. Quia generoſitatem animi exquirendam docuit in certamine curuli docet incidentaliter q̃ primi fuerint equorum domitores rediturus ad inſtitutum quod eſt annos & animos admiſſarij diligẽter annotandos eſſe Erichthoniꝰ autem ſecundum diuum Auguſtinũ in li. de ciuitate dei vt recitat hic Landinus fuit infans inuentus in vulcani mineruæq; tẽplo ſerpente implicatus. qd̃ q̃ illi regnũ portendere iudicatũ eſt: diligenter enutritꝰ & dictorũ hoc eſt vulcani & minerue filiꝰ habitus vñ fabule locus. ¶Ordo eſt. Erichthonius vir ille anguinis pedibꝰ auſus ſup. eſt primus iungere currus & quatuor equos id eſt q̃drigas aut equos quadrijugos: & ipſe victor id eſt voti compos aut victor aliorũ in curuli certamine auſus eſt primus inſiſtere rotis rapidis id eſt raptim procurrentibꝰ. Lapithe populi illi Theſſalie: peletronij id eſt peletronio oppido vicini impoſiti dorſo. ſ. equino aut equũ: dedere ſcilicet equis frena: & gyros id eſt modum ducendi eos in gyros: atq; docuere equitem. id eſt equum (aut reuera equitem, quia directorẽ vt eques dicatur feciſſe quicquid eius imperio equus fecerit) inſultare id eſt inſultũ facere ſolo. i. terræ: ſub armis & glomerare id eſt in gyrum & glomeris formam facere greſſus ſuperbos id eſt ſuperbi & elati animi indices: vterq; labor ſ. docendi inſultũ & ingreſſum: vt inſultꝰ ſit ętatis iuuenilis: ingraſſus ſuperbꝰ animi nobilis iudiciũ. q; ꝓ & magiſtri. ſ. armẽtorum ꝓcreandorum. exquirũt eq̃ id eſt equal'r. iuuenẽ. ſ. equũ calidum annis vnde inſultet: & aciẽ curſibꝰ vt ſciat greſſus glomerare ſuperbos exquirunt autem ad hoc vt admiſſariũ faciant: q̃uis. i. q̃tũuis: ille. ſ. nobilis equꝰ: egerit fuga. i. fugauerit aut egerit in fugam (poteſt em̃ bis cõſtrui ablatiuus fuga) & q̃uis referat epyrũ patriã. i. iactet ſe ortũ in epyro. & q̃uis referat mycenas: fortis vñ. ſ. fortis agamẽnon fuit & vbi argolici eq̃ ſunt fortes & generoſi: & q̃uis deducant gentẽ. i. genꝰ ſuũ ipſa origine neptuni. i. de eo quẽ primũ neptunꝰ produxit ꝑcuſſa tridẽte terra: aut de ꝓcreato ex coitu neptuni in equũ verſi cũ cerere in equã verſa: Aut ſic q̃uis. i. licet ille &c. tñ magiſtri exquirunt eque iuuenẽ & curſibus acrẽ &c. His animaduerſis. Proſequit̃ eandẽ rem dicẽs vbi in equo admiſſario annotauerũt etatem & mores ipſi magiſtri inuento boni animi boneq; etatis equo: ſtudent illi vires addere ſedula accuratiõe. Ordo autem eſt. his. ſ. annis & animis animaduerſis. i. conſideratis & annotatis in equo. i. poſtq; annotauerunt equũ non eſſe nimis annoſum & ſatis animoſum. ipſi magiſtri. ſ. armentorũ inſtant. i. diligenter curant: ſub. i. ante tẽps ſcilicet coitus: & ꝓ. i. impendũt curas. i. curãt: diſtendere. i. farcire & implere, denſo id eſt ſolido & non turgido aut inflato pingui ſup. eum equum: quẽ legere id eſt elegerũt ducẽ id eſt armẽti hoc eſt principem & patrẽ: & quẽ dixere id eſt addixerũt pecori maritũ. & ſecant. i. abſcindũt ei herbas florentis id eſt ſuccoſas adhuc in flore exiſtentes: & miniſtrãt fluuios. i. aquã fluuialẽ q̃ pingues fiant & farra. i. ea frumenta pinguia: ne. i. vt non: vt. ſ. equus admiſſarius: nõ nequeat. i. poſſit: ſupeſſe. i. ſupq̃ ſatis ẽ eſſe hoc eſt ſuſficere labori blãdo. i. venereo q̃ blande impendit & ne nati



Primus Erichthonius currꝰ & quattuor auſus
a Iungere equos: rapidiſq;[a] rotis inſiſtere victor
Frena Peletronii Lapithæ gyroſq; dedere:
Impoſiti dorſo: atq; equitẽ docuere ſub armis
Inſultare ſolo: & greſſus glomerare ſuperbos:
Aequus vterq; labor: æque iuuenemq; magiſtri
Exquirunt: calidumq; annis & curſibus acrem:
Quamuis ſæpe fuga verſos ille egerit hoſtes:
Et patriam epyrum referat: fortiſq; mycenas:
b Neptunniq; ipſa deducat origine gentem[b].
His animaduerſis inſtant ſub tempus: & oĩs
Impendunt curas: denſo diſtendere pingui
Quem legere ducem: & pecori dixere maritũ:
c Florentiſq;[c] ſecant hærbas fluuioſq; miniſtrant:
d Farraq;: ne blando nequeat[d] ſupereſſe labori:
Inualidiq; patrum referant ieiunia nati.

PIERIVS.

a ¶Rapidiſq; rotis inſiſtere victor. In Ro. codice legitur. Rapidus, quod & Seruius agnoſcit. b ¶Neptuniq; ipſa deducat origine gentẽ. In Roma. cod. non gentẽ, ſed, nomẽ, legit̃. Quod vero equos vlloſa neptuno deducere dicat originẽ Non qd̃ tridẽtis percuſſione equus exilierit, in quo Seruius falſus eſt corrupto codice Ouidiano, neq; qd̃ ſe ceres i equã mutauerit, ita a Neptuno cõpreſſa, vnde generoſos equos genitos ait Probꝰ, Sed quia Neptunus quorũdã equorũ auctor fuit, vt pegaſi, & alteriꝰ in Tracia ꝑcuſſo ſcopulo. veluti meduſa arionis, ceres odorimi, quem adraſtꝰ habuit.
c ¶Florenteſq; ſecant hęrbas. In cod. aliquot antiquis legere eſt, pubenteſq;, quale babulũ longe delicatius eſt. Nã moderatus equorũ gregibus paſcua mollibus potiꝰ q̃ proceris hęrbis habundantia ꝑcipit eligenda. d ¶Ne blando nequeant ſupereſſe labori. In Roma, & antiquiſſimis aliquot codicibꝰ Nequeat, ſingulari numero legitur, de eo enim loquit̃. Quẽ legere ducem & pecori dixere maritũ.

SERVIVS.

SER. ¶Primus erichthoniꝰ. Vulcanꝰ impetrato a Ioue Mineruæ cõiugio: illa reluctante effectum libidinis piecit in terrã inde natus ẽ puer draconteis pedibus qui appellatus eſt Erichthonius q̃ſi de terra & lite procreatus Nã ἔρις eſt lis & χθὼν terra. hic ad tegendã pedũ fœditatẽ iunctis equis vſus ẽ curru quo tegeret ſui corporis turpitudinem. Rapidꝰ: velox. Victor ꝓpoſiti ſui effector. Frena peletronij: peletroniũ oppidũ eſt Theſſaliæ vbi primum domandorũ equorũ vſus inuentus eſt. Nã cũ quidã theſſalus rex bobus Oeſtro exagitatis ſatellites ſuos ad eos reuocãdos ire iuſſiſſet illiq; curſu non ſufficerent aſcenderũt equos & eorũ velocitate boues ſecuti eos ſtimulis ad tecta reuocauerũt. Sed hi viſi aut cũ irent velociter aut cũ eorum equi circa flumen Peneon potarent capitibꝰ inclinatis locũ fabulę dederunt vt cẽtauri eſſe crederentur cui dicti ſunt centauri ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τοὺς ταύρους. Alij dicunt cẽtaurorũ fabulã eſſe cõfictam ad exprimendã humanæ vitæ velocitatẽ quia equum cõſtat eſſe velociſſimũ. Bene aũt ait Peletroni q̃ ſunt & alij lapithæ. equidẽ docuere. i. equũ Nã pro equo rectorẽ poſuit. Greſſus glomerare ſu. vt cũ diſciplĩa icederet. Quamuis ſæpe fuga. Ordo eſt. Quãuis ſæpe victor fuerit q̃uis nobili genere ꝓcreatus tñ a magiſtris ętas & magnanimitaſq; requirenda q̃ ſi nõ fuerint: illa nihil ꝓſunt. Neptũniq; ipſa deducat origĩe gentẽ. i. ſi ſit ꝓcreatꝰ ab equo. Neptũni: q̃ editꝰ ẽ tridẽtis ꝑcuſſiõe. His aĩaduerſis: Moribꝰ & ętate dep̃hẽſis. Inſtãt ſub tẽ. Coeũdi. ſ. q̃ eius cura maior adhibet̃. Denſo diſtẽdere pingui: Nõ laxo: qd̃ quibuſdã potionibꝰ agaſones ꝑ fraudẽ facere cõſueuerũt. Vñ ait Denſo pingui. i. viribꝰ pleno. Sane pingue gñis eſt neutri & ita in oĩbꝰ idoneis inuenit̃. Nã nec pinguedo nec pĩguitudo latinũ eſt Florẽteſq; ſecant hęrbas. adultas: maturiores: q̃bꝰ robur acquiritur Ne blando nequeant ſupereſſe labori periphraſis eſt coitus. Ieiunia infirmitatem ex inedia venientem.

¶Erichthoniꝰ: fuit is Vulcani & Terræ filiꝰ q̃ primus dr̃ quadrigis vſus quo decentius celaret pedes ſuos anguineos. Probꝰ auctor & Ply. li. vij. inquit q̃ bigas primũ iunxit phrygũ natio: quadrigas Erichthonius. Euſebiꝰ itẽ ſic ait Erichthonius primꝰ quadrigas iunxit in græcia erãt quippe apud alias nationes: id aũt fuit Danao regnante Argis. Frena pelethronij impoſiti dorſo & inſultat ſolo: carmina ſunt Ennij in Alexandro. vt docet Macro. li. v. Frenos aũt & ſtrata equorũ pelethroniũ iueniſſe ſcribũt pugnare ex equo Theſſalos q̃ centauri appellati ſunt libãtes ſecundũ peliũ montẽ: vt ſcri. Ply. li. vij. & Probꝰ ait pelethroniũ ſubiectũ eſſe pelio monti. Pelethronij lapythæ. i. ex pelethronio oriundi Fræna inuenere: habitãt em̃ Lapythæ plura oppida in ipſa Theſſalia. Equitẽ. i. equũ portantẽ hoĩem oẽs em̃ antiq̃ ſcriptores vt hoĩem equo inſidentẽ ita & equũ quũ portaret hoĩem equitẽ vocauerũt: & equitare non hoĩem tm̃ ſed equũ quoq; dixerunt: auctor eſt Macr. li. vj. in fine. vterq; labor. ſ. docere equi ſaltꝰ & ingreſſus. põt ẽt per Epexegeſim legi vt dicatq;. i. æque magiſtri exquirunt iuuenẽ equũ. Calidũq; animis & curſibus acrem. Quãuis ſenſus eſt eligendũ eſſe equũ iuuenẽ calidũq; animis &

Margin notes: Ordo. — Peletronius — Cẽtauri — Falſa opinio — MAN. Erichthonius — Pelethronij — Equites — Equitare

Menela⁹ neptun⁹ equus

...mis & cursibus acrem quis sæpe cursu victor alioꝝ fuerit ...is optimā patriā referat & optimā stirpē. Egerit: fugauerit. ...yrū: de epyro latius li.j. Georg. Palmas epyros equaꝝ. Fortis ...mycenas: ad agamēnona respexit qui grecoꝝ ductor exercit⁹ ...roiā deleuit vnde alibi ait: Agamenoniasq̃ mycenas Præterea docet Stra. lib. viij. q̃ argos a primordio magis ac magis extitit potentia primariū subinde Mycene ampliora susceperūt incremēta ꝓpter cōmigrātes in illas pelopidas: nā cū oēs ad Atrei filios cōsisterēt Agamēnon natu grādior regnū adept⁹ duce virtute ac pariter fortuna comite regiōis paternā possessionē ampliauit: & myceneo laconicū adiecit imperiū. verū Menela⁹ laconicæ regimē tenuit. At Agamēnon Mycenaꝝ vsq̃ Corynthum ac Sicyonē & Ionū & agialeoꝝ: sic em̄ ea vocabātur ætate: cū posterius achæi dicti sint regnū suscepit. Hæc & plura Stra. Neptuni origine: Neptunus cereri quū vim afferre vellet ea se in equam vertit. neptunus vero eā ita cōpressit: vnde generosi equi ꝓditi esse dicunt̃: auctor Prob⁹ nos aūt lati⁹ de Neptuni eqs li.j. Geor. ibi.s. Tuq̃ o cui prima frementē &c. His videlicet ætate & annis equi. Instant: incūbunt. attendūt. Sub tp̄s ꝓpe tp̄s coeundi.s. cui datur initiū. teste Var li.ij.c.vij. ab æquinoctio verno ad solstitium: Admittere aūt oportet cū tēpus anni venerit: bis die: mane & vespere. Col. etiā lib. vij. capite. xxv. sic ait. vulgaribus eqs passim marib⁹ ac fœminis pasci ꝑmittit̃: nec admissurę certa tēpora seruentur generosis circa vernum æqnoctiū mares iungētur: vt eodem tempore quo cōceperint iam lætis & hærbidis cāpis post anni mēsem paruo cū labore fœtū educent: nā mēse. xij. parum

...nati id est pulli. Iualidi referāt idest representēt ieiunia. i. macilentiā: patrū. i. ꝓgenitoꝝ suoꝝ. Hęc de patribus. Reprehendit̃ a Beroaldo Seruius eo q̃ negat pinguedinē & pinguitudinē di cihis verbis. Si vera est Seruii sententia non latine locut⁹ ē. M. Varro latinoꝝ oīum vt ita dicā latinissimus qui in secūdo de re rustica sic scriptū reliquit. Sus pre pinguedine carnis nō modo surgere nō posset. Idē in tertio. Motus eaꝝ & lux pinguedini inimica. Ply. quoq̃ nō latine si seruiū sequit̃ scripsit q haud dubie latinā linguā locupletauit: cuius verba hęc sunt ex li.xj. In corde summa piguitudo est quedā letis extis: & alibi plerisq̃ aīaliū est pinguitudo sine sensu. Col. in barbaralexin .i. dictionē laps⁹ est scribēs in .xiij. nō sola exprimit̃ amurca: sed & aliquid secum piguitudinis attrahit & alibi. Repulit olei pinguitudo materiā: qualis est gūmi. Et palladius pinguedine inquit sua brachium quoq̃ proximū debilitauerit: quid multa? eruditoꝝ libri scatēt pinguedine: cū quibus equidem malim errare qua cum seruij commentarijs recte sentire. BERO. Pinguedo. Pinguitudo.

parum edūt. Denso pingui: ait ibidē Col. Eoq̃ tp̄e quo vocatur a fœminis: equus. s. roborandus est largo cibo: appropinquāte v̄e hordeo eruoq̃ saginand⁹: vt Veneri supersit quātoq̃ fortior inierit. firmiora semina p̄beat futuræ stirpi. & Varro li.ij. c.v. de bubus sic ait ꝓpter fœturā: Hoc obseruare soleo ante admissurā. mēsem vnū ne cibo & potatione se impleāt: q̃ existimatur facili⁹ macrā concipere: Cōtra tauros duobus mēsibus ante admissurā: hęrba & palea ac fœno facio pleniores: & a fœminis secerno. Blādo labori. id est veneri.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Ipsa aūt macie &c. Postq̃ de cura patrū equoꝝ locutus ē: prosequtur de cura matrum additurus & curam natorum. ¶Ordo aūt est. Ordo. Ipsi sup. magistri armentorum extenuant. id est tenuia faciunt: macie volentes id est voluntarie & scientes & ex deliberatione: ipsa armenta quę fœtus cōcipiāt atq̃ vbi voluptas iam nota id ē antea attētata sollicitat id est ꝓcurat primos concubitus id est vbi primū coire cupiūt ipsi magistri. s. negant frondes: & arcent sup. ea frontib⁹: & quatiūt. i. cōcitant ēt sæpe cursu & fatigāt sole. i. æstu solari: tunc. s. quū area. i. locus aridus triture frugū apt⁹: gemit id est more gementiū pręmitur grauiter. i. moleste frugibus tonsis que tonse & intercise iam sunt non tonsis pro tondendis: hoc est in medio die cū fruges tonse flagellis excuti solēt: & quum palee inanes scilicet frugibus excussis: iactant̃. s. ad purgationē frugū ad zephirū. i. ventum dulcē & calidum surgentem id est flantē mollius. & sup. mastri: faciūt hoc. s. qđ dictū est hoc est extenuāt sic equas ne vsus sit obtusior id est hebetior q̃ decet aruo genitali. id est folliculo matricis aut vulue: nimio luxu. i. propter nimium luxum hoc est superabundantē pinguedinē: & ne luxus. s. oblimet. i. oppleat q̄ si limo: sulcos id est receptacula seminū: inertes id est hebetata & obtusa facta: sed vt sup. aruū illud genitale: hoc ē vulua. rapiat sitiens id est appetens: venerem id est semen: & recōdat interius id est in itimis cellulis. Rursus. i. iterum post susceptū semē: cura patrū incipit cadere. i. deficere: & cura matrum incipit succedere: id est post conceptum habenda est cura præcipua de matrib⁹: vt post partum de pullis. Quum id est quando matres scilicet errāt id est pascuntur ad libitum existentes grauide id est pregnantes mensib⁹

Ipsa autem macie tenuant armenta volentes
Atq̃ vbi concubitus primos iā nota voluptas
a Sollicitat frondesq̃ negant: & fontibus[a] arcent.
Sæpe etiam cursu quatiunt: & sole fatigāt.
b Quū grauiter tonsis[b] gemit area frugib⁹: & quū
Surgentē ad zephyrum paleæ iactantur inanes
Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo: & sulcos oblimet inertes:
Sed rapiat sitiens venerē: interiusq̃ recondat.
Rursus cura patrum cadere & succedere matrū
Incipit: exactis grauidæ quum mensibus errant
Non illas grauibus quisq̃ iuga ducere plaustris:
Non saltu superare viam sit passus: & acri
Carpere prata fuga: fluuiosq̃ innare rapaces.
Saltibus in vacuis pascant: & plena secundum
Flumina: muscus vbi: & viridissima gramīe ripa
Speluncæq̃ tegant: & saxea procubet vmbra.
Est lucos Silari circa ilicibusq̃ virentem
c Plurimus Alburnum volitans: cui[c] nomē asilo
Romanum est: œstrum graii vertere vocantes:
Asper: acerba sonans. quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus: syluæq̃ & sicci ripa Tanagri.
d Hoc quondā mōstro horribiles[d] exercuit iras
e Inachiæ iuno pestem meditata[e] iuuencæ:
Huncquoq̃ (nā mediis feruoribus acrior istat)
Arcebis grauido pecori: armentaq̃ pasces
Sole recens orto: aut noctem ducentibus astris.

SERVIVS.

SER. ¶Nota voluptas. dicendo nota per transitū rem ab alijs diligenter expressam tetigit. Nam equę puellæ cū primū coeūt si macrę sunt & debilitant̃ & debiles gignunt̃. Post primū aūt partū tenues esse debent. Frōdesq̃ negāt contra illud Flōrentesq̃ secant hęrbas fluuiosq̃ ministrāt Quū grauiter tōsis hoc est die medio hoc autē ad exprimendum dici tempus est positum nō quod eq tempore æstatis coeant: Hoc faciunt nimio ne luxu: Nimio pingui: & bene rem turpem apte a Lucretio tractatam vitauit trāslationibus: quas omnes ab agricultura traxit: vt luxu ꝓpter luxuriem segetū Genitali aruo: ꝓ muliebri folliculo: quam vuluam vocant: vt etiā Plyn. docet. Nā ante folliculus dicebat̃ Sulcos oblimet īertes. Claudat meatus Et hoc similiter ꝑ translationem dixit. Nam legimus supra. Et obducto late tenet omnia limo. Exactis grauidæ quum mēsibus Vicinis partui. Tunc em̄ diligenti⁹ tractādæ sunt: ne abigantur. Non saltu superare viā sit passus: Quod solet fieri cū pascunt pedib⁹ impeditis. Saltib⁹ in vacuis: Magnis Et plena se. ne inclinentur ad potum. Est lucos silari circa illicibusq̃ virentem: Plurimus Alburnū volitās Ordo talis est. Circa lucos silari fluminis Lucanie & alburnum eiusdem montē plurimus volitās. Ac si diceret est multa musca Volitans aūt mō nomē est non participiū. Oestrū graij vertere vocantes. Vertere ex soni similitudine onomatopeiā fecere: nō em̄ possumus accipere ex latina lingua mutauere. Cum constat græcam primā fuisse. Oestrū aūt græcū est latine asilus vulgo tabanus vocatur. Cui nomen asilo romanū est. vt cui remulo cognomen erat. Sicci tanagri: Nō multum valentis. Tanager autē fluuius Follicul⁹

PIERIVS.

a ¶Frondesq̃ negant & frontibus arcent. In cod. aliquot anti quis perperā oīno Frondibus, legitur, sñia frustra req̄ e ita.
b ¶Cum grauiter tunsis gemit area frugibus. In Ro. cod. vbi, n, plerunq̃ videt̃ habundare, tusis, tamen hoc loco scriptum est. In

Tanager ✻ fluuius est Lucaniæ: Et hoc dicit armentorum mugitu cuncta resonare. Hoc quondā mōst. Argumentatur ab exemplo dicens Iunonē œstro se contra pellicē defendisse. Nota autē est fabula. Io inachi filiam ab ipso quidem Ioue Iunonis aduentu conuersam esse in vaccam. Cui iuno immisit œstrum: quo toto orbe fatigata tandem aliquādo venit ad egyptum: & illic in isim conuersa est. Trāsiit autem per mare angustū quod Bosphoron ab eo appellatum est: Nunc Hellespōtus nominatur. Pestem meditata Iu. vel quam pestem ante excogitauerat vel meditata inferēs & exercens accipiamus Horati.

Meditor Horrendaq; cultis diluuium meditatur agris id est infert: exercet nam & in ipsa meditatione exercitium est hunc quoq; arcebis id est etiam hoc malum remoue. Nam mediis feruoribus acrior instat: Tunc est acrior. Et dicendo tempus innuit quemadmodū possit euitari. Arcebis grauido pecor. i. a grauido pecore. Nā arceo a te dicim⁹.

Recens Sole recēs orto stati. Salusti⁹ Coria recēs detracta veluti glutino adolescebant.

✻ est. In quibusdā aliis Tonsis sed eī hic loquitur de tritura, quæ fit in agro Mantuano, & euganea fere omni, circunductis per aream equis, qui spicas pedib⁹ pertundāt. Eiusdē speciei est, quod sequit. Obtusior vsus. Nam in Ro. cod. & quibusdā aliis, obtūsior, habet, vt sup1⁹, obtūsi, p obtusi posuit Qd vo dixit, sit Genitali aruo, metaphora ē ad ornatū, vt parum speciosa dictu honestius proferantur, vt Quintilianus obseruauit.

c ¶Cui nomē asilo Romanum est: œstrū graii vertere vocantes. In antiquis aliquot codic. quoi. Nam hęc quoq; sunt obseruanda quęuis penit⁹ ex vsu recesserint. In Ro. cod. Romanum st, more veterū scriptū habet. facta collisione ex vocali, quæ in, est, repetit. In Long. vertere vocando: id est nomen imponendo per formam gerundii, vt: fingitq; premendo. In nōnullis etiam, œstron, per, O, non indecenter scriptū inuenias: vt ipsa etiā declinatiōis forma sniē corrīdeat.

d ¶Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras. In antiqs cod. horribilis, per vnicū, i, finali syllaba, ex Velii longi sententia. Qd vero in ius fabula recensenda Seruius dicit. Trāsiit autem per mare angustum, qd Bosphoron ab ea appellatum est nunc hellespontus noiatur, vltima illa verba. Nunc hellespontus nominatur, adulterina esse crediderim. Nō eī adduci possum eum ignorasse alium esse Bosphoron, alium hellespontū, atq; alterū ab altero longe distare: quū Bosphorus Thracius, vbi eius bouis transitus fuisse traditur ad fines euxini maris dubio procul sit, inde Propontis late diffusa interiaceat, cui mox subiungitur hellespontus.

e ¶Inachiæ iuno pestem meditata iuuencæ. Apud Horatium eodem significato legitur, diluuiem meditatur agris: quanquā sunt, qui, Minitatur, eo loco legendum autument.

¶ mensibus exactis id est perfectis & partui vicinis: quisq; nō sit passus id est nemo patiatur illas ducere iuga grauibus plaustris & quisq; non sit passus illas superare viam saltu: & carpere id est carptim transire prata acri fuga. i. cursu veloci fugienti simili: & innare fluuios rapaces id est præcipites omnia immissa secum rapientes: sed sup. magistri pascant eas in saltibus vacuis id est campis magnis carentib⁹ obstaculis: & secundum id est prope flumina plena ne se fatigent inclinando ad hauriendum potum vbi scilicet est musc⁹: & vbi est ripa viridissima gramine id est hęrba in ea nascēte: & vbi sup ple spelunce tegāt scilicet equas a sole & vmbra saxea id est a saxis deriuata. pcubet id est longe extēdatur. vt in ea grauide recubent. Est lucos silari &c. Docet cur vmbre delingende sint: vt videlicet vespe & asili arceant dicens. volitās scilicet vermis aut asilus (& est masculini generis: cum volucris sit fœminini teutones quoq; muscas volitantes vocant) plurimus id est frequentissimus: est circa lucos Silari illius fluuii Italie qui veterem campaniam a picentibus diuidit: & circa alburnum Lucaniæ portū virentem ilicibus id est vbi sunt plurimę ilices virentes cui scilicet volitanti: est asilo nomen romanum id est vocabulo romano graii id est greci: vertere scilicet a sono volatus vocātes œstrū auvertere a re quia furorem quem œstron vocant animalibus q̄ persequitur inducit: volitans dico asper. scilicet aculeo aut morsu: & sonans acerba. i. acerbe scilicet volatu quo tota armēta exterrita diffugiunt syluis id est per syluas: ether concussus mugitibus scilicet taurorum & boum aut generaliter omnium armentorum: furit id est furorem illorum resonat. & sylue sup. percusse furunt & ripa tanagri: illius torrentis Lucaniæ: sicci scilicet in æstate: sup. furit. Iuno meditata id est exercens & inferens pestē: id est furorem: iuuencæ: id est iuniori vaccæ. inachie. i. in quam Io inachi argiuorum regis filia in adulterio cum Ioue deprehensa conuersa fingitur: exercuit quondam id est aliquando horribiles iras. s. suas in pellicem: hoc mōstro id est œstro quo vaccā illam persequebatur vsq; in egyptum. Tu arcebis pecori grauido vt eque vacce & cuilibet alii quoq;. i. etiam hunc scilicet volitantem hoc est œstrum aut asilum seu tabanum: & tu pasces armenta sole orto recēs id est recēter. hoc est sub prima luce & astra ducentibus noctem. i. sub crepusculo: nam ipse volitans instat: id est ingruit acrior mediis feruorib⁹: id est sub medio æstu solis qui fere est paulopost meridiem.

PRO. ¶Est lucos silari circa illicibusq;. u. p. l. al. u. c. n. asilo. ro. e. œstrū graii. u. u. Silarum flumen est Lucaniæ portus alburnus. & eiusdem nominis mons ad sextum a primis tabernis. mentionem facit Ducilius hoc versu. Quatuor hinc ad silari flumē: portumq; alburnum. Asilo genus est tabani adeo acer: vt soleat armenta bucera inquietare vocatur græce œstros. Meminit autem hystoriæ hoc loco Vergili⁹ eius quam Ouidi. in primo metamor. exposuit plene referens Inachi filiam Io compressam a Ioue mutatam in vaccam actam esse per orbem terrarum Oestro donec ad flumen Nilum venit: Ibi mitigata Iunone finitus sit eius labor quam Inachiam dicit Verg. Et sicci ripa tanagri: Tanagrus torrens est lucaniæ: qui quum pluuiæ sunt: effusior est: & seuit: quū serenum: siccus est.

MAN. ¶Iam nota voluptas: de equabus intelligit alias enixis. Paleis: quid proprie palea sit li. j. Georg. videto Luxu: copia abundātia Obtusior id est hebes. est enim gradus pro gradu. Vsus vtilitas. Genitali aruo. i. vuluæ & matrici: ibi enim concipitur: ibi educatur & crescit quicquid concipitur: Oblimet obducat cooperiat: claudat limo repleat proprie. Sulcos inertes. vuluæ meatus conceptioni ineptos: si repleti fuerint nimio luxu. Sitiē. vulua ipsa macrior. Venerem equi semen patrum: admissariorum: vbi enim equas impleuerint: eorum cura habetur minima. Exactis mensibus id est perfectis & partui & vicinis: vnde lib. j. Georg. Exactum ad mensem pluuia ventisq; carebunt. Varro lib. ii. capite. vii. ait. Quum conceperint eque videndum ne aut laborent plusculum aut ne frigidis sint locis ꝙ algor maxime pręgnantibus obest. itaq; in stabulis & humore prohibere oportet humū clausa habere ostia ac fenestras: & inter singulas a presepibus in

Lōgorii. teriicere longorios qui eas discernant ne inter se pugnare possint prægnantē neq; implere cibo neq; esurire oportet alternis annis qui admittūt diuturniores equos & meliores pullos fieri dicūt. Grauibus plaustris: innuit anteq; partus vicinus fuerit pregnātes equas etiam fatigari posse leui modo. De plaustris videto li. j. Georg. Saltibus vacuis campis magnis & carentib⁹ saxis & arboribus deiectis. Secundum prope ad potum procumbant. Muscus vbi lanugo viridior que locis humidis & sole carentib⁹ fit muscus dicitur: hic pro hærba tenella seu lanugine: que in equarum superficie nascitur accipitur. Lucos silari.

Silarus. Silarus fluuius est qui veterem campaniam diuidit: picentibus cui quidem fluuio proprium illud inesse traditur: vt in eius aqua demissa virgulta saxificent: forma tamen coloreq; seruato auctor est Strab. libro. v. Probus scribit sylarum lucaniæ fluuium esse. sic etiam Ptolæmeus libro. iii. Alburnum: Alburnus Lucaniæ portus &

Alburn⁹ eiusdem nominis mōs teste Probo. Ply. li. xi. c. xvi. scri. ꝙ nascūtur aliquando in extremis fauis apes grandiores quæ cæteras fugant

Oestrus. Oestrus vocatur hoc malum Theodorus autem interpres


Asilus Aristotelis li. v. de historiis animalium ait: ꝙ asilus latiusculis quibusdā

quibusdam bestiolis: quæ in fluuiis supernatant enascitur quāobrem magna asilorum copia circa aquas vbi id genus bestiarum est. Tabani vero ex ligno nascuntur. Festus vero scribit Ostrum græco vocabulo furorē dici. Preterea Oestreo insanio

Taban. œstreomæ stimulor. sunt qui putent asilum a voce dictum ab latinis. Oestrum quoq; voce græcis. Ego tamen œstrū dictum ab illis puto a furore & ita vertisse vocantes œstrum. latini enim ab voce asilum: illi œstrum a furore vocarunt. Vertitur autem nomen quoties ab proprio in aliud transmutatur. Sic Byrsa cū sit proprie corium: ab re ipsa quoq; dicta est Carthaginis arx. sic & Oestrus cum sit furor ab eodem effectu œstrus dictum est illd animal. Tanagri tanagrus torrens est Lucaniæ qui cum pluuiæ Tanagr.

sunt effusior est & sæuit quum serenum siccus est. Idem Probus Acerba: pro Acerbe. Inachiæ iu. inachus apud argos primus regnauit annis. l. autho. Eusebius eius filia Io ab Ioue in vaccam Iunonis aduentu conuersa est. quam postea Iuno dono accepit tradiditq; seruandum argo pastori suo quo obtruncato ab mercurio irata Iuno in Io œstrum immisit: quo exterrita illa vsq; in ægyptum fugit ibiq; Ioue agente in humanam rediit figuram mutatoq; nomine Isis dicta est. & ab ægyptiis pro dea culta. id autem latius Ouidius narrat libro primo. metamorpho. Hunc quoq;: vltra prædicta arcenda: vitandaq;. Pecori armenta: hic nulla est Synalœpha.

¶Post partum



a Post partum cura in vitulos traducitur[a] oīs.
Continuoq̧ notas & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint submittere habēdo:
b Aut aris seruare sacris[b]: aut scindere terram:
Et campum horrentē: fractis inuertere glebis:
Cætera pascuntur virides armenta per hærbas
c Tu quos ad studiū[c] atq̧ vsum formabis agrestē.
Iam vitulos hortare: viamq̧ insiste domandi.
Dum faciles animi iuuenū: dū mobilis ætas.
Ac primū laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnecte: dehinc vbi libera colla
d Seruitio assuerint ipsis e[d] torquibus aptos
Iunge pares: & coge gradum cōferre iuuēcos.
Atq̧ illis iam sæpe rotæ ducantur inanes
Per terram: & summo vestigia puluere signent
Post valido nitens sub pondere faginus axis
e Instrepat: & iunctos[e] temo trahat æreus orbis.
Interea pubi indomitæ non gramina tantum
f Nec vescas salicum frondes: vluāq̧[f] palustrem
Sed frumenta manu carpes sata: nec tibi fœtæ
g More patrum niuea implebūt mulctaria[g] vaccæ
Sed tota in dulces consument hubera natos.

PIERIVS.

a ¶Post partum in vitulos cura traducitur omnis. In Romano codice, in Mediceo, in Longobardico, & aliquot alijs versus hoc numero legitur. Post partū cura in vitulos trad. om. Præterea in Oblongo illo codi. quem pomp. lætus delicias suas aiebat, deducitur, pro, traducitur, habetur: sed alterū melius.
b ¶Aut aris seruare sacris aut scindere terrā. In Romano, & in Mediceo codici. sacros, legitur: quod minime displicet. Sane & in Longobardico sacros, prius legebatur. inde abrasa, o, litteræ parte, sacris, legi voluerunt.
c ¶Tu quos ad studium atq̧ vsum formabis agrestem. In Romano codice, legitur, ad studia: sed hoc significato melius, studium, singulare.
d ¶Ipsis e torquibus aptos. In antiquissimo codice Oblongo, de torquibus, legitur. In Longobar. ipsis & torquibus aptos.
e ¶Et iunctos temo trahat æreus orbes. In antiquissimis vinctos, & orbis.
f ¶Vluamq̧ palustrem. In Romano codice, siluam, legitur: sed, vluam, magis acceptum.
g ¶More patrum niueā implebunt mulctralia vaccæ. In Romano codice in Oblongo, & in aliquot alijs, mulctraria, legitur: quãuis in aliquibus deest littera, c, ante, t, quod in Mediceo videtur, inuenimus & in aliquot codici. antiquissimis, mulgaria, qua dictione vsus est Valgi⁹: sed nos. Ante casam tepidi mulgaria lactis. In Longobardico prius erat, multraria, quę dictio abrasa leuiter est, & mulgaria, repositum.

SERVIVS.

SER. ¶Post partū cura i vitulos. Mō & de eqs & bobus accipimus generaliter. Notas caracteres. Pecori submittere Admissarios facere. Campū hor. Ecbasis poetica. Sufficerat eñ dicere: Aut scindere terrā. Cętera pascunt: p hoc intelligimus illa oia q̄ dixit aiaila domi esse seruanda. Tu quos ad stu. Loc⁹ de bob⁹ domādis. Viāq̧ i. do. Institue artē domādi. Circlos. Circ⁹ est pricipale. vñ fit circul⁹: & p syncopā circl⁹ sicut piclū a piculo: sęclū a sęculo. Coge gradum cōferre simul incedere. Rotæ ducant inanes sine pōdere Trahat æreus: Fortis. sic in quinto. Aerea quē obliquū rota transit. Hora inclusam. Danaen turris ahenea Pubi indomitæ: hoc ad iuuencos tm̄ pertinet. Nā de equis paulo post dictur⁹ est: Vt Nāq̧ ante domandum ingētes tollent aios. Nec vescas salicum frōdes: & siccas & teneras. Nam vescū hoc est proprie Vñ & aranearū telæ vescæ vocant. Frumēta manu. i. ēt farraginē eis dabis.

[margin: Iulius Circulus] [margin: Diligentius ꝗ̄ locus interꝑtandus]

MAN. ¶Post par. &c. Var. li. ij. ca. v. ait de vitulis Lactātes cū matrib⁹ ne cubēt. atterūt eñ quū creuerit vituli leuādæ m̄res pabulo viridi obijciendo in p̄sepijs: itē his fere in oibus stabulis lapides sternēdi: vt qd itē ne vngulę putrescāt ab æquinoctio eñ autūnali vna pascunt: cū matribus. Semestribus vitulis obijciūt furfures triticeos & farinā hordeaceā & teneram hærbā: & vt bibant mane & vespere curāt: hæc ex varrone: Palladius item de aprili ait. Hoc mēse vituli nasci solēt quorum matres abundantia pabuli iuuent: vt sufficere possint tributo laboris & lactis. Notas inurunt. Col. lib. xij. ca. ij. loquēs de fine aprilis ait: ꝙ eodē tpe fœt⁹ fœcūdi pecoris signari oportet. Sed de Ianuario scribēs circa ei⁹ finē inquit: His etiā diebus maturi agni: & reliq fœtus pecudū nec min⁹ maiora quadrupedia charactere signari debent. Palladius quoq̧ de aprili ait: Et serotini fœtus hoc mēse signent. Et q̄s aut pecori & oīs cura traducit in illos q̄s & cætera. itelligit aūt admissarios futuros. Cætera pascunt Varrone teste li. ij. pascunt armēta cōmodissime in nemoribus: vbi virgulta & frōs multa hyeme quū hybernāt: scd'm mare æstu abigunt in mōtes frōdosos. Hortare: assuesce: Viāq̧ domādi. Col. li. vij. ca. ij. ait ꝙ vitulos oportet quū adhuc teneri sit cōsuescere manu tractari: ad p̄sepia religari: vt exigu⁹ in domitura labor eoꝝ & minus sit piculi. Verꝰ neq̧ añ tertiū: neq̧ post qntū ān̄i iuuēcos domari placet cū illa ætas adhuc tenera sit hæc iā ꝑdura. Viā rōnē ꝯsuetudine insiste statue frequēta: exerce. Iūge pes: custodiendū ne statura vel viribus impar cū valētiore iungat: nā vtraq̧ res inferiori celeriter affert exitiū. vba sunt Colu. Ipsis e torgbus aptos: ipsis e torquibus. i. ab ipsis circulis iunge pares &c. Aptos aūt e torquibus ait: quia seruitio assueti torquium apti ad domandum effecti sunt.

ASCENSIVS.

ASC ¶Post partū cura in vitulos &c. Postq̧ docuit in generādis vitulis primā curā adhibendā matribus & in generandis pullis equinis pr̄ibus post ꝯceptū aūt vtrorumq̧ matribus nūc docet post partū ꝑcipuā curā adhibendam natis tam vitulis q̄ pullis: & primo vitulis dicēs. Oīs cura traducitur. i. transfert post partū a matribus. s. in vitulos & sup. magistri pecoris aut diligentes custodes aut pastores: inurūt cōtinuo i. vt primū nati sunt notas. i. signa & noia gentis. i. gñis & inurunt notas. i. notāt q̄s. s. vitulos: malint submittere. i. supmittere pecori habēdo. i. ad habendā ꝓlem & ꝓpagationē: aut quos malint seruare. s. intactos: aris sacris i. ad sacrificia aris imponenda: aut sup. quibus malint scindere aut potiꝰ q̄ seruāt scindere. i. ad scindendā & sulcandam terrā. & inuertere glebis fractis. i. dissolutis: cāpū horrentē. i. asperū & herbosum ac tribulosum. Cętera armenta. s. iuniora pascunt per herbas virides. i. in pratis sine cura domationis: sed tu hortare iā vitulos. i. quum adhuc vituli sunt sup. eos q̄s formabis ad studiū. i. exercitiū: & vsum agrestē. i. agrorum colendoꝝ: & insiste. i. institue: viā. i. rōnē domādi dū. i. donec vel q̄diu anni iuuenū. i. iuuencoꝝ sunt faciles. i. flexibiles & dociles ad faciēdum qd' volumus: & dū ætas est mobilis: qd' ad oia aialia etiā ad hoies spectare pōt Ac (vt habeas viā domādi) subnectæ primum ceruici circlos. i. circulos laxos. i. solutos nec dure ꝑmētes. de tenui vimine: vt. s. ceruices assueta haberet vinculis dehinc. i. post modum vbi. i. qñ colla libera. i. nō abluctantia sed domita & libere hoc est vltro se submittētia: assuerit. i. assuefacta fuerint iam seruitio (mire dicit Seruitiū cui assuetus sis libertatē esse: qa nihil seruile qd' libens feceris) iunge iuuēcos pares. i. cōsentiētes ac pariter trahētes equaliū videlicet viriū ac corporꝝ aioꝝq̧ quoad eius fieri pōt: aptos. i. aptatos ex ipsis torqbus. i. circulis: hoc ē ex eo ꝙ pares circulos perpessi sint. aut statim postq̄ circulos deposueris & coge iuuēcos cōferre. i. simul ferre gradū: vt æque velociter ingrediant: qa secus altero ducēte alter cessitaret. Atq̧ rotæ inanes. i. nō onustæ: ducant illis. i. ab illis iā. s. vbi domiti sunt sæpe per terrā & signent vestigia summo puluere. i. discāt celerius incedere: nā q pōdere p̄ssi sunt altiꝰ figunt vestigia firmiusq̧ incedūt sed lōge tardi⁹: vbi aūt celeritatē induerint: firmitudinē iducet pōdus atq̧ on⁹ q̄ ꝑment. Post. i. postea vbi vt dixi celeres effecti sunt axis fagin⁹. i. ex fago fact⁹: nitēs. i. laborās sub valido pōdere: instrepat. i. strepitū ac crepitū validū faciat: & temo ei⁹. i. fortis & ere munit⁹: trahat orbes iūctos. i. rotas sibi ānexas. Interea. s. dū ista molitris: carpes pubi. i. iuuācis idomitæ. i. adhuc domādis. nō tm̄. i. nō solū gramina. i. hærbas vulgo crescētes: nec frondes

❧ Italicā vescas.i.minutas & exiguas: & vluā.i.herbā vilē palustrē.i.q in paludibus nascit: sed carpes sup.etiā frumēta sata manu.i.legumina meliora: vel carpes manu legumina sata nō spōte nascētia hoc est ordea & farra aut farraginē: nec vaccæ foetæ.i.q iā pepererūt: implebūt more patrū.i.sicut patribus hoc est maioribus nris solebāt: q lactis studiosi erāt mulctra.i.vasa in quæ mulgeť: niuea a cādore.s.lactis: hoc est nō mulgebis matres: sed cōsumēt.i.expēdēt tota hubera.i.totū lac huberū suorū in dulces natos.i.vitulos ad aratra destinatos. ¶ Carpiť Seruius in expositione huius vocabuli vescas a Beroaldo his verbis. Vescū quid sit optime intelligemus si eius originē & etymologiā diligēter pscrutati fuerimus. Nā vescū ex ve particula & esca copulatum est vt autor est Gel.li.xv.noctiū atticarū: & cū ve particula tum intēsionē significet tū minutionē ita vescum vtriusq diuersæ significationis vim capit: aliter em̄ Lucretius vescū salē dicit: ex edēdi intētione: aliter lucilius vescū appellat cū edēdi fastidio: vescū itaq id significat: qd' in esca & cibatu appetiť: & id qd' fastidiosum est in altero: hæc particula ve intēdit: i altero minuit. Et ita Verg. appellat vescū papauer ab edēdi intēsione: q videlicet in cibis adhibeať: & vescas salicū frōdes: qm̄.s.escis iuuēcorū sunt accōmodatæ. Festus quoq scri. vescū fastidiosum significare & edacē. Præterea vt aliqd de interioribus lris depromamus: vescus apud priscos p pusillo vsurpabať: qd' declarat Oui. in fastis sic scribēs. Ve grādia farra coloni: q male creuerūt vesca q parua vocāt & vesculi male curati & graciles hoīes nūcupanť nāq antiq ve syllabā rei paruæ pponebāt: vn̄ ve iouis p pusyllo ioue dictus est: quis in alia significatione vt mox docebimus

Bero. Vescum

✤ Acreus: fortis. Pubi indomitæ: vitulis indomitis. Non gramina tm̄. Col.li.vii.c.iii.scri.q si hubertas regionis viride pabulū subministrat, nemo dubitat qn id gen⁹ cibi cæteris anteponēdū sit. Ab idibus tm̄ mēsis aprilis vsq in idus Maias viride pabulū recte ferať: potest enim in kaľ. Iulias frigidioribus locis: idem præstari a quo tempore in kaľ. Nouembris: tota æstate: & deinde autūno satientur fronde: probatur maxime vlmea: post fraxinea: & ab hac populea: vltima sunt iligna & querna & laurea. Vescas frondes.i.minutas: vescum enim teste Nonio hunc etiā locum afferente.minutū & obscurum notat. Festus inqt q vesc⁹ fastidiosus dicitur: & pro pusillo vtebantur Frumenta: farraginem: de qua latius iamiam.

Vesc.

❧ accipiať & vegrādē fabā p minuta vocitauerūt: & apud Ausoniū vegrādes messes legimus p paruis: & a Varro. scriptū est in re rustica. Oues fiūt vegrādes ac imbecille. In hac significatione vt equidē arbitror accipitur apud Ply. qui scribit in.vii. Corpore vescos esse sed eximiis viribus. Seruii autem expositio vt dicam quod sentio: non solum non vera esse videtur: sed etiam sibi ipsi discors: cum vescas salicum frondes interpretatur siccas & teneras cum siccum tenero contrarium esse videatur. Exponamus igitur vescas frondes vel q esca sunt & cibaria iuuencorū: vel vt exponit Nonius Marcellus: q fastidiosæ sunt. Commentatoris officium fuerat diligentius scitiusq vergilianum carmē arbitrari, & super hac dictione vescum cum vetustatē redoleat: & eruditionem reconditam: præ se ferat: copiosius disputare & eruditius. Hæc ille.

SERVIVS.

SER. ¶ Aut alphea rotis p̄labi flumina pisæ: qa vt supra diximus circa ea flumina maxime agitabať curulæ certamen. Inq vicē: frænorū.s.ne adhuc tenera ora lædātur. Et iā inscius æui. Nōdū habēs ab annis fiduciā.

PRO. ¶ Alpheus flu. est achaiæ pisæ oppidū: qd' habuit Oenomaus. Hic vel a.e.m.e.m. cāpi. Eleus cāpus stadiū olympiacū vbi eq quoq certāt. Sythia: regio est septētrionalis. Belgæ natio gallorum.

MAN. Turma. ¶ Sin ad bella magis: iā ad eq̄s trāsit. Turmas: acies: est em̄ turma pprie eqtū: hn̄s eqtes.xxxii. huic q p̄est. Decurio noīatur: vt scri. Modestus. Prælabi rotis.i. iuxta decurrere. Alphea flumina pisæ iouis olympi templū in agro pisano erat: ab elide stadiis minus trecētis: absens ante illud vero lucus agresti vestitus olea surgebat in quo stadiū erat vbi curulæ certamē: autor est Strab. li.viii. Id aūt olympicū certamē & equorū & palæstræ erat: quod hercules ioui patri dedicauerat: eligit aūt optimū græciæ locū ad statuenda certamina cāpos.s. iuxta Alpheū flumē sitos: hæc ex Diodo.li.v.diximus & plura in principio huius tertii libri. Cūcta mihi alpheū linquēs &c. Lituos. erat lituus Augurum baculus aduncus sine nodo: de quo latius in principio. Acro vero docet inter tubam & lituum discre pare. Lituus enim equitum est & incuruus. Tuba autem peditum & directa. Litui acutus sonus est Tubæ grauis. Verg. etiam ait & lituo pugnas insignis obibat & hasta. Gel. lib.v.scri. Tuba a sonitu lituus appellata est. Frænos audire. Varro libro.ii.c.vii. admonet pullos quum stent cum matribus interdum tractandum ne quum sint disiuncti exterreantur: eademq causa ibi frænos suspendendum: vt oculi consuescant & videre eorum faciem & e motu audire crepitus quum iā ad manus accedere consueuerint: interdum interponere bis puerum bis aut ter pronū &c. & hoc cum sit trimus. Sunt qui dicāt post annum & sex menses equulum domari posse: sed melius post trimum a quo tempore farrago dari solet: hæc enim purgatio maxime necessaria equino pecori quod diebus decem facere oportet: nec pati vllum cibum alium gustare: ab vndecimo die vsq ad decimumquartum dando hordeum quotidie adiciendo minutatim: quod quarto die feceris in eo decem diebus proximis manēdum. Ab eo tempore mediocriter exercendum & quum sudauerit: oleo perungendum. Si frigus erit in equili faciendus ignis. Depulsus ab hubere matris. docet Varro dicto loco equinum pullum non prius biennio confecto ab lacte remouendū. Inq vicem scilicet frænorum: ne tenella ora lædantur. Inualidus iamiamq tremens etiā inscius æui. Legitur item: inualidus etiamq tremens: quod nō est absurdum: licet us, breuis sit: nam sæpe in hoc opere & alibi poeta vtitur diastole: quod latius in versilogo ostendimus. Inscius æui: anteq̄ vires habeat.

Lituus Tuba.

Sin ad bella magis studium turmasq ferocis:
Aut alphea rotis prælabi flumina pisæ.
Et Iouis in luco currus agitare volantes.
Primus equi labor est: animos atq arma videre
Bellantum: lituosq pati: tractuq gementem
Ferre rotam: & stabulo frænos audire sonantis.
Tū magis atq magis blādis gaudere magistri
Laudibus: & plausæ sonitum ceruicis amaræ
Atq hæc iā primo depulsus ab hubere matris
Audiat: inq vicem det mollibus ora capistris
a Inualidus iamiamq [a] tremans: etiā inscius æui

PIERIVS.

a ¶ Inualidus etiamq tremens etiam inscius æui. In codicibus nonnullis antiquioribus, & iam, per distinctas dictiones cōiunctionem & aduerbium vtroq loco scriptum obseruaui. Quam quidem lectionem etiam Comminianus scriptor: vt Carisius ait, diligentissimus agnoscit. Nam vbi solœcismū per partes orationis fieri ait, versum hunc citat, eo quo dicebamus modo scriptum. Exponitq iam, pro etiam, nunc coniunctio posita pro aduerbio. Eodem modo illud etiam crediderim accipiendum. viii. æneidos. Aut pingui flumine nilus Cum refluit campis & iam se condidit alueo: de quo loco suo dictum.

ASCENSIVS.

ASC ¶ Sin ad bella magis &c. Docuit q̄ cura sit circa boues generādos educādos & domādos habēda: idq primo loco: eo q agriculturā p̄sertim in italia maxime conducāť magisq agriculturam q̄ bella pbet: nūc tn̄ curā pullorū psequiť q bello aptantur. vn̄ dicturus est anchises ænei. iii. Bello armanť eq bellū terra hospita portas. Sed tn̄ iidē olim curru succedere sueti. Itaq nō nihil ad agriculturā faciūt: cū in multis locis boū munus in arādo expleant. Ordo est. Sin.i.sed si studiū sup. est tibi magis ad bella: q̄ ad turmas.i.acies ferocis.s. hostiles aut studiū est p̄labi.i.celeri cursu p̄uolare: rotis.s.in curuli certamine flumia alphea. i. alpheū fluētū pisæ: illi⁹ ciuitatis elidis. Et p.i.agitare currus volātes.i. celerrime decurrētes in luco Iouis.s.olympi dū olympica agūtur certamina. Primus labor.i. prima exercitatio eq: est videre aīos.i.gestus q aīos bellātū indicāt: atq arma bellātū. i. clāgorē armorū & strepitū cornuum: clamorēq virorū animose bellātiū & pati lituos.i. tubas incuruas: clareq sonātes qbus eqtes accendi solēt: & ferre rotā gemētē tractu.i.dū trahiť: & audire i. stabulo frænos.s.æreos: sonātes.i. crepitātes. Tū.i.deinde.s.studiū est gaudere magis atq magis.i. in dies aut in horas magis blandis laudibus magistri.s.equorū: & amare.i.affectare: sonitū ceruicis plausæ.i.molliter palpitatæ Atq pull⁹.s.audiat hæc.s. dicta depuls⁹ iā a p̄io hubere mr̄is.i. vt primū ab hubere mr̄is depelliť & ablactať: & det inuicē.s.frænorū q̄ dura sunt capistris mollibus.i.nō aspis ora.s.sua existens iā.i.adhuc inualid⁹.s.corpe: & iāq tremēs.s.aīo: etiā insci⁹ æui.i. moris viuēdi vn̄ nō hēat fiduciā quā hn̄t expti qa nihil id facere dubitat qd' se bn̄ didicisse ɔfidit

Ordo

¶ At trib⁹

a At tribus exactis vbi quarta accesserit ætas[a]
Carpere mox gyrū incipiat:gradibusq; sonare
Compositis:sinuetq; alterna volumina crurū:
Sitq; laboranti similis:tū cursibus auras
Prouocet:ac ꝑ aperta volans ceu liber habenis
Aequora:vix summa vestigia ponat harena:
Qualis hyperboreis aqlo quū densus ab oris
Incubuit:scythiæq; hyemes atq; arida differt
Nubila:dum segetes altæ campiq; natantes
Lenibus horrescūt flabris:summeq; sonorem
b Dant syluæ:longiq;[b] vrgēt ad littora fluctus.
Ille volat simul arua fuga simul æquora verrēs.
c Hic[c] vel ad Elæi metas & maxima campi
Sudabit spacia:& spumas aget ore cruētas:
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
Tum demū crassa magnū farragine corpus
Crescere iā domitis sinito:namq; añ domandū
Ingentes tollent animos:prænsiq; negabūt
Verbera lenta pati & duris parere lupatis.

ASCENSIVS.

ASC. ¶At trib⁹ exactis vbi quarta accesserit ętas &c. Docet quo pacto tēnio equ⁹ sit instruēdus dicēs. At.i.sed vbi .i. postq̄ q̄rta ætas i.quartus annus (alii æstas legūt sed veri textus habent ætas: nec ab re: nam in quartum vsq; annum esse videtur noua ætas vñ & anniculos: bimulos trimos & quadrimos dicimus nō vltra ꝓcedentes. Anniculi sunt molli⁹ educandi. bimi ablactādi. trimi domandi & instituendi: quadrimi vsibus applicādi) accesserit. i.aduētauerit: tribus exactis.i.expletis & transactis sup. equus incipiat mox.i.statim carpe.i.carptim efficere gyrū .i. gressum in morē gyri & sonare.i. sonitū facere gradibus cōpositis.i. arte factis & decētibus & sinuet.i.voluet in sinū colligat atq; incuruet alterna volumina.i.inflexiones crurū: & sit silis laboranti.i. sic ingrediatur vt laborans: tum.i. deinde equ⁹ ille ꝓuocet.i.lacessat auras cursibus.quasi velit cū ipsis ꝯtendere velocitate cursus: & volans per equora aperta.i.cāpos patētes: ceu.i. tanq; liber habenis ponat vix vestigia sup.in summa harena. vt. s. peruolasse videat̃ qualis sup. peruolat aquilo.i. ventus ille quum.i. qñ ipse dēsus.i.nubilosus & pluuiosus. incubuit.s.mari ac terris ab oris i.regionibus.hyperboreis.i. scythicis sup quas flat boreas (Alii legunt ꝯdensus: vt sit qualis aqlo condensus.i. cōdensatus incubuit ab hyperboreis oris sed qa sequitur non distulit sed differt verior mihi lectio videtur cum densus) vt qualis aquilo volat: cum ipse dēsus incubuit ab oris hyperboreis: & qualis aqlo differt .i.dissipat & i diuersas regiones fert hyemes.i. tēpestates scythiæ atq; nubila arida.i.sine pluuiis aut exiccatiuam vim ꝓpter partes terræstres admixtas habētia. tum.i. deinde segetes alte & campi natātes.i.more natātium diffluentes ventorum inundatione horrescunt.id est cōtremiscunt lenibus.id est equaliter ingruentibus flabris. id est ventis & syluæ summe.id est suprema flagella arborum dant sonorem. id est sonoritatem & crepitum.& fluctus longi. id est in longum tracti: vrgent.id est impellunt sup.sc ad littora: Ille scilicet ventus aquilo videlicet: volat: verrens id est trahens aut equans & quasi scopis purgans simul arua & simul equora. id est (hoc loco) maria. hic scilicet equus qui sic vt aquilo superuolat vel sudabit ad metas & maxima spacia elæi campi. id est in curuli certamine quod in elide fit: & aget ore. id est excutiet cruentas spumas quod signum videlicet est magni roboris atq; animi vel feret. id est trahet. melius q̄ cæteri: aut valde bene: esseda. id est væhicula belgica. id galliæ belgicæ quæ inter sequanam & scaldim est. collo molli. id est non rebelli: domito. Sinito. id est permittito tum demum. id est tunc primum equis sup. domitis iam corpus scilicet eorum magnum crescere farragine. id est nutrimento ex farre facto crassa. id est pingui. dixit iam domitis: namq; ipsi tollent ante domandum. id est priusq̄ domiti fuerint: ingentes. id est valde magnos animos: si sic farragine crassa crescerent: & ipsi prænsi scilicet ad domandum: negabunt. id est nolent pati verbera. id est scuticas & flagella. lenta.id est flexibilia: & parere.id est obtemperare: lupatis. id est frenis a lupinis dentibus denominatis: vocanturq; vulgo morsus asperi: duris. id est asperis & dure tractantibus ora equorum.

SERVIVS.

¶Vbi quarta accesserit ætas .i. quartus annus. Nā ætatē plærūq; generaliter dicimus & ꝓ anno xxx. ꝓ centum pro quouis tēpore. Sitq; laborāti silis: Præparetur ad futurum laborē. Qualis hyperboreis. hyperborei mōtes sunt scythię dictū q; supra eos flat boreas. Dicit autē equus sic currat vt vētus. Arida nubila sine pluuiis. Differt: dissipat. Horrescunt. Cōtremiscūt. Persius. Scis comitem horridulū trita donare lacerna.i.trementē. Ille vollat.s. ventus. Verrēs trahens. Ad elæi metas.i.circi. Elæis nāq; ciuitas est archadiæ in qua agebat̃ curule certamen: & species est pro genere: Spumas aget ore cruentas: quod est signū equi fortissimi: si velut rubras egerit spumas. Belgica esseda. Gallicana væhicula nam belgæ ciuitas est Galliæ in qua huiusmodi vęhiculi vsus repertus est Molli domito: vt & mollia crura reponit. Duris parere lupatis. Frenis asperrimis dicta aūt sunt a lupinis dentib⁹: q inequales sunt. Vñ & eoꝝ morsus væhementer obest.

[Margin: SER. Aetas. Horreo. El Belgæ.]

¶Hic vel a.e.m.e.m.cāpi: Elęus cāpus stadiū olympiacū vbi eq̊ q̄q; certāt. Scythia regio est septētrionalis. Belgæ natio galloꝝ.

[Margin: PRO.]

¶Tribus exactis transactis & p̄teritis tribus ætatibus .i. tribus annis. quo autē tēpore Varro id iubeat iamiam vidim⁹. Aperta equora cāpos amplos. Hyperboreis oris habitant hyperborei supra aqlonis flatū: dicti q; humanæ vitę modū excedant viuēdo vltra centesimū annū: vt scribit Festus. Solinus etiā scribit. q; hyperborei incolūt vltra aquilonē apud quos mundi cardines esse credūt. Domus sunt nemora vel luci: indię Victū arbores subministrant: discordiā nesciūt: ægritudine nō inquietant̃: ad innocētiam oībus æquale votum. Scythięq; niues de scythia late lib. i. Geor. Mūdus vt ad scythiā. Differt in diuersas fert partes ac pellit Nubila dū: legit̃ itē tū: & quū in antiqs. Cāpiq; natantes: exūdāt eīm sata ob ventoꝝ flatus. Horrescunt cōtremiscūt. Lōgiq; vrgent legit̃ lōgeq; vrgēt. Verrēs: trahens. Hic legit̃ & hinc in antiqs. Elęi metas cāpi. Seneca in thyste ait: Alpheus stadio not⁹ olympico. id aūt iamiā apertū est. Metas currēdi terminos. Molli collo.i. domito ac placido. Spumas cruētas: fortissimi equi signū est: si velut rubras egerit spumas. Belgica esse da melius feret.i. aptior erit ad belli currus: qualibus qdē Belgici pugnacissimi vsi sunt. Transalpinā Galliā quidam tris in partes diuisere. Aquitanos: Belgas Celtasq;. Belgas noīabant Oceano cōfines vsq; ad ostia Rheni: & nōnullos rheni & alpium vicinos incolas. E belgis veneti sunt qui aduersus Cæsarē nauali certamine ꝯtenderunt & superati sunt. Vniuersa vero natio quā hæc ætas. inquit Stra. suo æuo Gallicam vel Galliaticam vocat Martis studio & animoꝝ ardet impetu cōferendæ pugnæ alacritate impigra semperq; spectantes in boreā aut oceano propiores conferendis pugnis audaciores. e quibus summos belgas asserūt esse pergentes quindecim diuisos intra Rhenum ac Lygerim vergentes in oceanum Belgarum fortissimos bellouacos esse dicūt post istos Vessiones: hæc ex Stra. lib. iiii. Farragine: de hac paulo superius dictum est ibi scilicet. Frenos audire sonantis. Lenta flexibilia mollia: scuticæ enim & virgæ lentæ & molles sunt Duris lupatis duris frenis a lupinis dentibus dictis. Lupus autem & luparum frenum dicitur. Ouid. in Tri. Et placido duros accipit ore lupos. Et Mar. Mordent Aurea q; lupata cerui.

[Margin: MAN. Hypborei. Galliæ. Belgæ.]

PIERIVS.

a ¶Vbi quarta accesserit ætas. Hæc vtiq; lectio omniū fere codicum antiquorum est, vno illo vetustissimo excepto, quem Romanum appellamus, in quo legitur. Vbi quarta accepit ęstas, cæterum, ætas, agnoscit Seruius, exponitq; quarta ętas, quartus annus, qui velit ętatē accipi multipliciter: neq; ignorat Varronis pręceptum, post annum trinum melius esse pullum domare: mihi vero neq;, accepit, neq; ęstas, displicent, in tam vetusti codicis testimonio, qui fidem apud me eotenus facit, quum integras variat dictiones. in litteris vero nōnunq̄ corruptissimus est, sed vt de Ennio Virgilius profiteri solitus, ex eo stercore aurum plerūq; colligitur. b ¶Longeq; vrgent ad littora fluctus. In codicibus aliquot antiquis cum Mediceo. Longe, legitur: vt sit aduerbium pro valde, vrguēt vero Attiano more adhuc q̄dam scribunt exēplaria. c ¶Hic vel ad elęi metas, & maxima cāpi sudabit spatia. In Logobardico codice, & in altero peruetusto. Hic vel ad, prout vulgata legunt exemplaria legitur. In Romano, hinc & ad elæi, hoc est ex huiusmodi cura emissus ad certamina. In Oblongo etiam est, &, non, vel.



a Sed non vlla magis vires industria firmat.a
Quam venerē & cæci stimulos auertere amoris:
Siue boum siue est cui gratior vsus equorum.
Atq; ideo tauros procul atq; in sola relegant
Pascua post montē oppositū & trās flumina lata:
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant
Carpit enim vires paulatim: vritq; videndo
b Fœmia: nec nemorū patit̄ meminisse nec b hærbæ
Dulcibus illa qdē illecebris: & sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amātes.
Pascitur in magna sylua formosa iuueca.
Illi alternantes multa vi prælia miscent
Vulneribus crebris lauit ater corpora sanguis
Versaq; in obnixos vrgentur cornua vasto
Cū gemitu: reboant siluæq; & magnus olympus.
Nec mos bellātis vna stabulare: sed alter
Victus abit longeq; ignotus exulat oris
Multa gemens ignominiā plagasq; superbi
Victoris: tum quos amisit inultus amores
Et stabulo aspectans: regnis excessit auitis.
Ergo omni cura vires exercet: & inter
c Dura iacet pernix c instrato saxa cubili.
Frondibus hirsutis & carice pastus acuta.
Et tentat sese: atq; irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco: ventosq; lacessit
d Ictibus: & d sparsa ad pugnam proludit harena.
Post vbi collectum robur: viresq; receptæ:
Signa mouet: p̄cepsq; oblitum fertur in hostē.
e Fluctus e vti medio cœpit quum albescere pōto
Longius: ex altoq; signum trahit: vtq; volutus
f Atterras immane sonat per saxa: neq; f ipō
Monte minor ꝓcumbit: at ima exæstuat vnda
g Vorticibus g nigramq; alte subiectat harenam

PIERIVS.

a ¶Sed non vlla magis vires industria firmat. In veteribus aliquot codicibus, seruat, legitur: sed longe plures, firmat, habent.
b ¶Meminisse nec hærbæ. In Oblongo codice, neq;: quod mollius videtur.
c ¶Iacet pernox. Cur, pernox, innouari debeat non video, quum veterea omnia exemplaria manu scripta, (de ijs loquor, quorum mihi copia fuerit) vno consensu legant, pernix: idq; tam manifeste agnoscat Seruius, & a pernitendo dictum velit.
d ¶Ictibus & sparsa. Non placet quod in Romano, legitur: aut sparsa.
e ¶Fluctus vt in medio cœpit quum albescere pōto. In Romano, in
Mediceo,

SERVIVS.

SER. ¶Cæci latentis. Amoris cupidinis. Relegāt: remouent. Trās flu. lata. s. ne natat⁹ sit facilis. Videndo: dū videt̄. gerūdij mod⁹ a passiuo. In ma. syl. Alij sila legūt vt sit mons Lucaniæ qd̄ mō nulla necessitas cogit vt in ęnei. Ac velut ingenti sila summove taburno. Vbi vtrunq; speciale est. Reboant syl. resultāt remugiūt. Reboo aūt græcū vbū est: nā apud latinos nullū verbū est: qd̄ añ o finale o habeat excepto inchoo. Qd̄ tñ maiores aliter scribebāt tūc aspirationē iterponētes duabus vocalib⁹: & dicebāt incoho.
Inchoo. Tria em̄ tñ habebāt noīa: qbus c lr̄am sequeret̄ aspiratio: sepulchum orchus: & pulcher: ex qb⁹
Pulcher. pulcher tñ hodie recipit aspirationē. Exulat: extra solū suū habitat. Aspectās Cice. de Catilina Retorquet oculos ꝓfecto sepe ad hanc vrbē quā e suis manib⁹ ereptā luget. Vires ex. ab incultu robur acqrit. Pernix mō pseuerās. Hor. Pernicis vxor appuli: & est tractū pernix a pernitēdo. Carice. a. hærba durissima. Oblitū iā securū ex ante acta victoria. Fluctus vt in me. Sic paulatim taurus mouetur ad prælia. Immane sonat: ꝓ immaniter: & nomē ꝓ aduerbio posuit.
PRO. ¶Carix: hærba quæ nascit̄ in paludibus.
MAN. ¶Cæci amo. Vis magna mentibus blandus atq; aī calor amor
Amor. ē: ingt Seneca i. vij. Est itē amor mētis quædā passio ab exterioribus illata & p sensus corporeos introducta: cęcū vero amorē fingunt vt aduertam⁹ amātes ignorare quo tendant: nulla eoꝝ esse iudicia: nullas rerū distinctiōes sed sola passione duci. Charinus aūt in mercatore plauti. Amorē hæc cūcta vitia sectari solēt: ingt Cura: ęgritudo nimia elegantia insomnia: erūna: error: & fuga. Ineptia: stultitia: temeritas: immodestia: petulantia: cupiditas: maliuolētia: desidia: iiuria: inopia: cōtumelia: dispendiū: multiloquiū: pauciloquiū: ħ iō fit: qa q̄ nihil attigūt ad rē nec sumptus videt. Amoris itē Pathos latius ęglo. viij. oñdimus. Stimulos auertere: Col. li. vij. c. xv. scri. Maxime curandū esse verno tpe anni: vt tā fœminis q̄ admissarijs desiderātib⁹ coeūdi fiat potestas qm̄ id p̄cipue armētū si ꝓhibeas: libidinis extimulat̄ furijs. Vñ etiā veneno inditū est nomē hippomanes: q̄ eqnę cupidini simile mortalibus amorē accēdat. Equos autē p̄ciosos reliquo tpe anni remouere oportet a fœminis ne aut cū volēt ineāt: aut si id facere ꝓhibeāt̄ cupidine sollicitati noxā cōtrahāt. Itaq; vel in lōginqua spacia marē placet ablegari vl̄ ad p̄sepia ꝯtineri. Vidēdo: dū
Illecebrę videt̄. Illecebris: suasionib⁹: voluptatib⁹ blandicijs: sed in malā & bonā partem sunt. Tull. de re pub. lib. vj. suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum
decus:

ASCENSIVS.

¶Sed nō nulla magis &c. Apta digressione vim amoꝝ iterserit docēs vires masculorum p̄cipue amoribus dissolui atq; eneruari ideoq; monet a venere arcēdos seruato ordine q̄ in supiorib⁹ ꝓcessit: nā pri⁹ de tauris q̄ cæteris loquit̄ cum boues sint pręcipue agricolis vsui: q & labore & carne & corijs ꝓsunt. Ordo est. Sed vlla industria. i. subtilitas a natura inducta: non firmat. i. roborat magis vires siue boū siue eq̄rū si cui vsus equoꝝ est gratior. i. vtilior. & acceptior q̄ sup. boū (qd̄ quia paucis accidit: q̄si p̄ter opinionē contingat addubitare vr̄) nō vlla dico idustria q̄ auertere. i. amouere p̄ueniendo venerem. i. rē venereā & stimulos cœci i. latentis aut excecantis amoris. vr̄ qbusdā amorē p̄cedere venerēq; sequi: sed nō ab re amorē. i. cupidinē veneris nō patrē sed filiū dixerunt maiores. Nā natura quidē excitat ad actum: sed actus inflāmat: & ita sitit venus ebria semp paritq; vsus insan⁹ amorē: At ideo qa. s. tanta est vis amoris magistri. s. pecoꝝ: relegant. i. remouēt aut potius remittūt & ablegant tauros procul. s. a vaccis: atq; in pascua sola. s. a vaccis vacua post montē oppositū. i. a cōspectu vaccarū & trans flumina lata aut seruāt tauros clausos intus. s. in stabulis ad p̄sepia satura i. plena & ipsos saturantia: Em̄ pro qa: fœmina. s. vacca & queuis alia carpit vires. s. masculoꝝ: paulatim. i. lenta vi amoris: & vrit. i. incēdit aīos mariū: videndo. i. dū videt̄. q. d. solo aspectu: passiuo. i. dū solūmō aspicit̄ nec patit̄. s. masculū vt taurū meminisse nemoꝝ ꝓpter frondes: nec hærbæ. s. in pascuis. Illa quidē. i. certe: aut exceptiua est ꝑticula [illegible] sit illa qdē illecebris &c. sed illi alternātes &c. Illa igit̄. s. fœmella vt vacca: subigit. i. ꝯpellit dulcibus illecebris. i. illectionibus venereis supbos. s. tauros amantes. i. amore iuuēce captos decernere. i. decertare inter se cornib⁹. aut decernere cornib⁹. i. dijudicare & dignoscere p certamē vtri illa cedat. docet aūt quō illa subigat: qa nō vi nec impio sed vidēdo. i. dū vr̄ etiā nescia vñ dicit iuuēca formosa pascitur in magna sylua: secura. s. amoꝝ: illi. s. tauri amātes: alternātes. i. alternatim vim inferētes: multa vi. i. violētia miscēt p̄lia crebris vulnerib⁹ i. se crebro vulnerando: sanguis ater. i. cruor ꝯcret⁹: lauit. i. ificit & ibuit corpa. s. tauroꝝ: & cornua versa. i. obuersa in alterutrū: cū vasto. i. valde āplo gemitu. i. p̄ssura vñ gemit⁹ nasci solet vrgēt̄. i. iprimūt̄ i obnixos. i. obnitētes & obluctātes tauros. syluæ. s. vicię reboāt. i. boatū referūt & mugitū p sonū echo. & olip⁹. s. mōs aut quis ali⁹ vicin⁹: magn⁹ supple reboat. Nec mos. i. ꝯsuetudo: ē sup. pastoralē rē tractātib⁹ stabulare. i. stabulis locare bellātis. i. ꝯtēdē
tes de

...tes de iuuēca taurosvna .i. si ...in eodem videlicet stabulo ...alter .s. tauro℞: victus .i. is q f victus est: abit .i. discedit ꝑ igno minia & exulat .i. extra solū suū g vitā agit in oris ignotis: lōge .s. positis a patria gemens multa .i. multū: aut gemēs multa videlicet ignominiā & plagas .i. vulnera victoris .s. tauri a q̄ vict⁹ ē sup bi .i. elati & ferocictis ꝓpter victoriā: qa geminat victoria vires (Notanter ꝑponit ignominiā plagis qa eā generosus animus in dignius fert) tū .i. deinde ipse aspectans: amores quos amisit inul tus .i. amicā iuuencā quā amisit & nondū vltionē cœpit: & aspe ctans stabula .s. in qbus victor cū illa ɋuersat̃ excessit .i. exit quasi ab excesso aut ꝑterītū ab excedo excessit .i. abijt regnis auitis .i. in qbus maiores sui dñati sunt (Mirus artifex poeta: nāvt Home. in deis hoim vitā edocuit. ita hic in pecore si em̄ pecori dolet igno miniose vinci viresq; recuperat vt cōtumeliā deleat victorq; cua dat. turpe esset hoī si nō idē faceret qđ & ij fecisse legunt̃ q ab Hā nibale interclusi sub iugū missi legūt̃ Romani) Ergo qa .s. impa tiēter fert ignominiā illatā: exercet vires .s. suas oī cura: & ipe per nix .i. ꝑseuerās & quasi pnoctās: iacet inter saxa dura cubili instra to .i. nō strato nec equato: sed aspero: pastus frōdib⁹ hirsutis .i. spi nosis & veprosis: & carice hærba illa acuta .i. aspera: & tētat .i. ex perit̃ sese .i. semetipm: atq; discit irasci in cornua .s. sua obnixus .i. obnitēs & insultās aut impetēs trūco arboris: & lacessit .i. discidit & ꝓuocat ictib⁹ .s. cornuū: vētos .i. auras: & ꝓludit .i. facit ꝓludiū & exordiū ad pugnā: harena sparsa .s. pedib⁹: vñ in Buco. iā cor nupetat: & pedib⁹ q spergat harenā. Post .i. postea vbi .i. q tpe: ro bur collectū sup. est & vires recepte .s. exercitio nō indulgentia q̄ res notatu digna est: ipse mouet signa more videlicet ducis ac pri cipis militiæ & ipse ꝑceps .i. impetuosus fert̃ in hostē oblitū .i. ne gligēter ꝓpter partā victoriā agentē & genio indulgētē vt .i. quē

✠ Mediceo, in Longobar. & quibusdam aliis peruetentibus codicibus legere est, Fluctus vti medio, absq; in. Sed in Ob lōgo suauiori numero legitur, fluctus vti in medio. f ¶ Nec ipso monte minor. In Long. in Med. qđ dulci⁹ est, neq; ipso. g ¶ Vorticibus nigramq; alte subiectat harenam. In Romano, in Mediceo codice. Verticibus, more suo, contra Capri sentē tiam, & quod forte non displiceat, subuectat, in Romano est.


✠ decus: Idē ꝑ M. Cœlio: erāt apud illū illecebræ libidinū mul tæ. & ꝑ Milone qs ignorat maxi mam illecebram esse peccādi im punitatis spem. Subigit: impel lit: cogit. Sylua: sylua in antiqs semp legi. Decernere: certare. La uit a lauo lauis pñs est: lauit aūt inficit: deturpat. Obnixos: cōtrapositos: cōtra nitentes. Reboant resultāt ꝑ echo .s. Magn⁹ olymp⁹ mons est Thessaliæ q excellēti vertice tātus attollit̃. vt tegmina ei⁹ cœlū accolæ vocēt. ara est in cacumine ioui dicata: cui⁹ altarib⁹ si q̄ de extis iserunt̃. nec diffla tur vētosis spiritibus. nec pluuijs diluunt̃. Sed voluēte altero an no. cuiusmodi relicta fuerint: eiusmodi repeiiūtur. Iræ in cinere scriptæ ad alterā anni cerimoniā ꝑmanēt: hæc Solin⁹. c. viij. Mul ta: ꝑ multū. Ignominiā: est em̄ hæc nois nota atq; macula: Aspe ctans ex patho & affectione .s. Pernix ꝑseuerās. Carice: hærba pa lustri: teste Probo. Obnixus: incūbēs: obluctās. Lacessit: ꝓuocat: affligit lacerat. Proluit: imaginē quandā veri ludi & certaminis agit. Viresq; receptæ: legit̃ & refertę. Signa pugnādi .s. vñ a mari sumpsit metaphorā. Nā quū mare i medio albescit: spumas agēs ac paulati vndas eleuat: ide exęstuat maxime. Sic taur⁹ paulatim signa bellādi mouēs in hostē postea irruit. Procūbit: decidit. Olymp⁹

☙ admodū (Est em̄ aduerbiū similitudinis cui⁹ prima corripit̃) flu ctus cū cœpit albescere .i. alb⁹ fieri sup. in medio pōto .i. mari: tra hit signū .i. volubilitatē lōgius & ex alto .s. mari: hoc est vt fluct⁹ excitatus in medio maris leniter paulatimq; ꝑ aquas depellit̃: q; ꝑ & vt .i. postq; volutus sup. est ad terras sonat immane .i. imani ter & nimis impetuose ꝑ saxa: neq; .i. & nō ꝓcūbit nō minor ipso mōte .i. equalis ipsi monti: at vnda ima .i. in imo sita: exæstuat .i. ebullit & efferuet vorticib⁹ .i. gyris & scaturiginib⁹ & subiectat .i. erigit & sursum iactat alte harenā nigrā: qa humidā aut terrę pro funde permixtā.

☙ admodū

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Oē adeo genus in terris &c. Locutus est de amorib⁹ taurorum: nūc eos oībus aīantib⁹ cōem do cet pestē: hoibus: feris syluestri bus: equoreis: terræstrib⁹: & vo lucribus. Priustā de beluis indu cit cū sit beluina voluptas: dein de de hoibus. Ordo est. Adeo .i. Ordo. oino & vsq; advnū oē genus ho minū & fera℞ .i. bruto℞: in terris .i. aīal terrestre: & oē genus equo reum .i. marinū. & pecudes q fe rocitatem nō habēt nec tñ rōnē: & volucres q̄ in aere versant̃. pi ctę .i. pulchre ruunt .i. præcipites currūt in furias & ignē .i. in ignē amor℞ excitantem furorē quen dam: idē amor est oībus .i. omia hæc amant nō tñ videtur oī bus idem vt Māci. vult .i. eodē mō ſe uus & vehemens: Leena nō erra uit campis .i. per cāpos alio tpe .s. q̄ quo amat seuior .i. immanior & ferocior: existēs oblita catulo rum in qua re maxima vis amo ris venerei ostēditur q maternū expellit: nec vrsi informes .i. tur pes & q quasi sine forma in glo bum nascūtur: nō dedere alio tē pore vulgo .i. passim tā multa fu nera & tantā stragē .i. prostratio nem cadauerū ꝑ syluas: ac .s. tpe amor℞ tygris aīal illud pernicis simum & inimicum: est sup. tūc pessima .i. immanissima: heu do lēdis est: male .i. ꝑiculose errat̃ .s. a quouis: tūc .s. cū tygres sunt in amore: in aruis solis .i. desertis li bye: vel poti⁹ errat̃ solis .i. ab ijs qui soli sunt male in aruis libye .i. aphrice. Nōne vides vt tremor scilicet ex amore nat⁹. (Galli vo cant Les fieures blanches) pertē tet .i. afficiat: tota corpora equo rum: si tñ .i. tantummodo: odor scilicet ab eqbus diffusus attulit



Omne adeo genus in terris hoīmq; ferarūq;
Et genus æquoreū: pecudes: pictæq; volucres:
In furias ignēq; ruunt: amor omnibus idem.
Tempore nō alio catulorum oblita leæna
Sæuior errauit campis: nec funera vulgo
Tam multa informes vrsi stragemq; dedere
Per syluas: tum sæuus aper: tum pessima tygris
a Heu male tum libye solis erratur[a] in aruis.
Nōne vides vt tota tremor pertentet equorū
Corpora: si tantum notas odor attulit auras?
Ac neq; eos iam frena virū neq; verbera sæua.
Non scopuli rupesq; cauæ atq; obiecta retardāt
b Flumina: correptosq;[b] vnda torquētia montes
Ipse ruit dentesq; sabellicus exacuit sus:
Et pede prosubigit terrā: fricat arbore costas:
c Atq; hinc atq; illinc humeros[c] ad vulnera durat.

PIERIVS.

a ¶ Heu male tunc lybiæ solis erratur in agris. In antiquissimo codice, versatur, legit̃: quod non placet, nā errare pertinet ad solitudinē, versari ad frequentiam. In Medi. errauit, habetur.

✠ Sed neq;

SERVIVS.

¶ Amor oībus idē .i. in vnoq̄q; gñe vnus est amor .i. silis vt puta in lupis vnus est amor .i. silis. Itē in eqs vn⁹ est amor .i. silis. Alijs q; oībus ꝓ q̄litate gñis sui: sicut alibi ait Sopor suus occupat ar tus .i. ipis aptus. Nā in oībus aīa libus nō est amor vnus atq; idē: sed in singulis generibus ꝓ qua litate naturæ. Oblita catulorum leæna. Causa scilicet nimij amo ris: Leæna aūt græcum est: sicut dracena. Nam nos hic & hæc leo dicimus: læa namq; vsurpatum est quia in o exeuntia fœminina ex se non faciunt: vt fullo latro. Informes vrsi vel magni vel qa tempore quo nascunt̃ carent for ma. dicitur em̄ quædam caro na sci: quā mater lambēdo in mem bra componit. Solis: desertis. Li byæ autem in aruis serpentibus plenis. Vt tota tremor pertentet equorum Corpora: signatis ser monibus vtitur ad vim amoris exaggerandā dicens & tota cor pora & pertentet. id est penitus tentet: cum dicat leuem odorem equarum. Si tantum notas odor attulit auras. Hyppalage est: pro Si auræ notum odorem appor tauerint. Frena virum: virorum fortium. Rupesq; cauæ: ad illud respicit quod supra posuit. Et montem oppositum: & trans flumina lata. Sabellicus sus: sa binus: & est species pro genere. Dicit autem suem domesticum: quem cicurem vocant. Nam de apris supra ait. Tunc sæuus aper Hoc enim vult probare non tan tum feras sed etiam mansueta animalia amore in furorem mo ueri. Et prosubigit terram. id est fodit. & pedibus impellit alternis: quod pugnaturi sues

SER. Leo.

✠ facere

auras

✣ facere cōsueuerūt ad acgrē dū robur:vñ etiā latera &costas terētes durant ea in futura certa mina.Hinc atq; illinc.Et ad pe dū motū & ad tritionē costarū.

PRO. ¶Sabelli:gēs est italiæ cōiuncta mari:vbi maxima copia aprorum est.

MAN. ¶Adeo certe.Amor oībus idē.i. eodē modo sæuus & vehemens.

b ✱Sed neq; id acceptū.b¶Flumina correptos vnda torquētia mōtes.In Medi.in Ro.in Lōgob.& in aliquot aliis veteribus co.legere est, correptosq; vnda.Nā cū dixerit, obiecta retardāt flumina, nō incōgrue alterū participiū subiūgat, qppe Torquētia mōtes correptos vnda,cui particula adiungit copulatiua. c¶Humeros ad vulnera durat.In Ro. in Medi. & aliquot aliis antiqs legere est,Humerosq; ad vulnera:vt illud vno membro concludaƭ.Fricat arbore costas. Atq; hinc atq; illinc.

Ordo. explorat. i. nō facit explorando insidias circū ouilia nec ob ambulat id est circum ambulat gregibus id est in pniciem gregum nocturn⁹ id est tempore nocturno. vt solet dū valet. quia acrior cura. s. instātis mortis domat illum. damme timidi & cerui fugaces id est assidue fugientes: & q̄bus tota salus est in fuga. nunc (pro tunc) in hac quam narro tēpestate. & inter canes & circum tecta fluctus proluit. i. p̄uoluit ad littora. aut aspergit supernatantem iā prolem immensi maris: & pro. i. omne genus natantum id est natare solitorū. p̄luit dico in littore extremo ceu corpora naufraga id est post naufragium p̄iecta ad littora. phoce insolite. s. magnitudinis. aut raro vise: sunt aūt vituli marini. fugiunt in flumina. & vipera id est serpēs illa nociua defēsa frustra id est neq̄q̄ latebris curuis vnde extrahi & in quib⁹ occidi nō poterat: iter. s. pestilētia: & hydri. i. serpentes aq̄tici. attoniti. i. stupefacti: squamis astantib⁹. i. erectis & auxiliantib⁹ qdē contra externa si q̄ vim iferrēt: sed non cōtra pestē intrinsecus grassantē Aer est nō equ⁹. i. iniqu⁹ & pestilens: ipsis auib⁹ qb⁹ tn̄ p̄priū est solū. & ille. s. aues p̄cipites. i. p̄cipitanter in terrā decidentes: relīquunt vitā. i. aīam sed aīa interit cū vita: vnde recte vitam dixit non qa derelicta maneret: sed qa quam illic habebāt in terris nō haberent sub alta nube. i. regiōe nubiū. Pręterea. i. est praeter hęc mala: nec refert id est quicq̄ ad rem facit aut rei. id cōmodi fert: pabula iam mutari & artes que site nocent id est officiūt: magistri id est peritissimi medici: hoc ē inuēta eorū: cessere. i. victi sunt a morbo & succubuerūt: chiron s. centaurus ille iustissimus phyllirides id est phillyre ex neptuno filius: & melampus purgator ille praetidum cū furore agitarentur: amythaonius id est amythaonis filius supple cessit. Tisiphone id est furia illa infernalis & penam & cedem inferens: pallida. s. ab effectu: aut quia in

Non lupus insidias explorat ouilia circum
Nec gregibus nocturnus obābulat. acrior illum
Cura domat: timidi dāmae: ceruiq; fugaces
Nunc interq; canes & circum tecta vagantur.
Iam maris immensi prolem & gen⁹ oē natantū.
Littore in extremo ceu naufraga corpa fluctus
a Proluit: insolitae fugiunt in[a] flumina phocae.
Interit & curuis frustra defensa latebris
Vipera: & attoniti squamis astātibus hydri.
Ipsis est aer auibus non aequus: & illae
Praecipites alta vitam sub nube relinquūt.
Praeterea nec iam mutari pabula refert.
Quaesitaeq; nocent artes: cessere magistri
Phylliri des Chiron amythaoniusq; melāpus.
Saeuit & in lucem stygiis emissa tenebris
Pallida Tisiphone morbos agit ante: metumq;:
Inq; dies auidum surgens caput altius effert.
Balatu pecorum & crebris mugitibus amnes
b Arentesq;[b] sonant ripae: collesq; supini.
Iāq; cateruatim dat stragem: atq; aggerat ipsis
In stabulis turpi delapsa cadauera tabo.
c Donec hūo tegere: ac foueis[c] abscōdere discūt
Nam neq; erat coriis vsus: nec viscera quisq̄
Aut vndis abolere potest aut vincere flamma:
Nec tondere quidē morbo illuuieq; peresa
Vellera: nec telas possunt attingere putres.
d Verum[d] etiam inuisos si quis tentarat amyctus:
Ardētes pabulae atq; immundus olētia sudor
Membra seq̄batur: nec longo deinde moranti.
e Tempore cōtractos[e] artus sacer ignis edebat.

PIERIVS.

a ¶Insolitae fugiunt In flumina phocae. In Longobardico legitur, ad flumina. Sed si, in flumina. Intelligimus eas immergi, neq; audere in siccum prodire, si, ad flumina, subaudiendum, a quibus auxilium petere viderentur. b ¶Arentesq; sonant ripae. In Romano codice. Horrentesq;, ob terros, scilicet Mugitus animalium, si, arentes, erit, vt illud Aridus altis montibus audiri fragor. c ¶Ac foueis abscondere discūt. In antiq̄ssimo qdē cod. fossis, legere ē. Sed ad valla & muros pertinent fosse. Hoc tamen loco non toleranda tantum, verum etiam decoris, & dignitatis plurimum habere videtur improprietas huiusmodi, ad cadauerum multitudinem, quae magno numero congregabantur, indicandam, q bus cō

SERVIVS.

¶Nec gre. no. Qd' ait nocturn⁹ figurate rem temporis ad personam transtulit. Obambulat. insidiatur. Cura. s. pestilentiae Timidi dāmae mutauit genus vt vitaret ομοιοτελευτον: Nā Hora. in foeminino gn̄e posuit dicēdo Et supiecto pauide natarūt ęquore dāmae. dicendo dāmas & ceruos errare cum canibus duo oñdit: & hos timoris & illos ferocitatis oblitos. Fugiūt q̄si timētes marinam pestilentiam. Ipsis est aer auidus non ęquus: Suis quodāmodo q̄ alarum velocitate supergredi aerem poterant pestilētem. Phillyrides chiron: medicinae inuentor: Saturni & phillyres filius. Amythaoniusq; Melāpus amythaonis fili⁹ καθαρτης id est purgator. nā Proetides ipe purgauit lustrationib⁹ quas inuenit: & hoc dicit conualescente morbo: nec medicinā prodesse nec religionē posse. Arentesq; sonāt ripae. Vult pestilentiā etiam elemēta sentire: Sicut aeneid. iij. Arebant haerbae & victum seges aegra negabat. nam segetem pro terra posuit. Nā neq; erat corijs vsus. Quippe morbo putrefactis. Nec viscera quisq̄ nec lauari nec coqui poterāt. Caro enim corrupta morbo quendā habet mucorē: qui nō pōt ablui quoniam omne corpus possidet: itē igni supposita. aut putrescit: aut durescit: nā nō coquitur Pabulę carbūculi: Immūd⁹ sudor: morbus pedicularis φθειριασις Sacer ignis: quē graeci ιεραννοσιον vocant. SER. Phillyrides.

MAN. ¶Explorat exq̄rit. p̄meditatur. Proluit aspergit lauat. Obambulat. circumambulat: Fugiunt in flumina tanq̄ haec salubriora essent Phocae: Vituli marini: quos vocant phocas ac dormiūt in terra: moreq; pecudum in eadem pariūt nunq̄ geminis plures educāt māmis foetū: nō ante duodecimū diē deducūt ī mare: ipsis in sono mugit⁹: vñ nomē vituli acceperūt nullūq; aīal p̄mitur grauiore somno: pēnis q̄bus in mari vtunẽ. humi quoq; vice pedū serpūt: Ply. li. ix. Hydri: serpentes aq̄tici: hydas enim hydosq;: & hydor aqua dicitur. Mutari pabula: Columel. libro. viij. cap. v. sic ait Quod si aegrotat vniuersum pecus: est remedium praesens & summum pabula mutare. & aquationes & totius regionis alium quaerere statum Phocae. Hydri.

statum cœli. Cutem vsq; si ex calore: & æstu cōcepta pestis inuasit: vt opaca rura: si inuasit frigore: vt eligāt aprica. Cessere magistri. Nō est in medico sem per releuetur vt æger Interdum docta plus valet arte malū. Oui. li. j. de ponto. Phillyrides thirō.

Chiron. hærbariā & medicamētariam a chyrone Saturni & philiyræ filio inuentas scri. Ply. lib. vij. Et medicinam ab ægyptijs: alij per arabū Babylonis & Apollinis filiū. Melāpus: is teste Homero li. xv. Odyssææ. Fuit amithaonis filius: patria argo q vt ait man tis fuit. i. vates. Vtq; Lactātius scri. li. iij. the. Prœti abantis filij ar giuorum regis insanas filias Melampus curauit: hærbariæ artis peritissimus: latius autem æglo. vj. Tisiphone. Tisis pœna: vltio punitio dicitur. Phone autem ac phonos cædes vel mors fertur. Alecto incestans dici potest. Megera vero a megero quod est odi ac inuideo. Hæ tres furiæ dicuntur. Metum: id est mortem. Inq; dies. i. quotidie magis Stragem: corporum prostrationem & ruinam. Cateruatim: multipliciter congregatim. Tabo: corrupto humore & sanguine. Abolere: purgare ita corrupta erant. Illuuie: squalore: immundicia sorde. Vellera. Varro li. ij. c. vlti. scribit q; lanam demptam ouibus scilicet & conglobatam: alij vellera: alij velumina appellant: ex quorum vocabulo ait: animaduerti licet prius lanarum vulsuram q; tonsuram inuentam. Qui etiam vellunt ante triduo ieiunas habent: q; languidæ minus ægre radices lanæ retinerent. Omnino tonsores in italiam primum venisse ex sicilia dicunt. Olim tonsores non fuisse assignificant antiquorum statuæ: q; plæræq; habent capillum: & barbam magnam: hæc ex Varrone. Attingere telas: p uenire ad telas. Putres: solubiles vti illud. Et zephyro putris se gleba resoluit. Vnde & penelope: vt Home. scri. quod interdiu texebat: noctu dissoluere solita est. Inuisos odiosos malis sequentibus. Ardentes pabulæ: pabularum duo genera sunt: altera est in qua per

Tisiphone. Alecto. Megera

Pabulæ. minimas pustulas cutis exasperatur: & rubet leuiterq; rodit: medium habet pausillo leuius: tarde serpit idq; vitium maxime ro tundum incipit: eadēq; ratione in orbem procedit: altera autem est quam agriam. i. feram græci appellant: in qua similiter quidem sed magis cutis exasperatur: exhulceraturq; ac vehemētius & roditur & rubet: interdū etiā pilos remittit: hæc Celsus lib. v. vbi etiā curationes docet. Contractos: correptos coinquinatos

Sacer ignis. Sacer ignis. i. execrandus. nā vt inquit Celsus li. v. Sacer quoq; ignis malis hulceribus annumerari debet. Eius duæ species sunt alterum est subrubicūdum: aut mixtum rubore atq; pallore: exasperatumq; per pustulas continuas: quarum nulla altera maior est: sed plurimæ perexiguæ in ijs semper fere pus: & sæpe rubor cū calore est: serpitq; id nōnūq; sanescēte eo qd primo vitiatum est: nonnunq; etiam exhulcerato: vbi ruptis pustulis hulcus continuatur: humorq; exit: qui esse inter saniem & pus videri potest fit maxime in pectore aut lateribus aut eminentibus partibus præcipue in plātis: alterum autem est in summę cutis exhulceratione sed sine altitudine latū sublividum: inæqualiter ramē mediumq; sanescit extremis procedentibus ac sæpe id quod iam sanum videbatur iterum exhulceratur: at circa proxima cutis: quæ vitium receptura est: tumidior & durior est: coloremq; habet ex rubro subnigrū hæc Celsus. Igni autem sacro vt Ply. docet li. xxx. medentur vermes terreni ex aceto illiti. Grillus cōtritus in manibus: adeps anseris viperæ caput asseruatum & combustū: deinde ex aceto impositum &c. Plura idem Celsus medicamenta ibidem edocuit. Colu. vero li. vij. c. v. sic ait. Est etiā insanabilis sacer ignis: quā pustulam vocant pastores ea nisi compescitur intra primam pecudem quæ tali morbo correpta est: vniuersum gregem contagione prosternit &c.

¶ Finit liber. III. Georgicon. Cū explanationibus eius.

bus cōdendis capatiore opus esset loco. Nemo vero ignorat fossas amplioribus spacijs produci solere, cum fouea quid angustius significet: vtputa scrobem, vel luporum decipulas, vel quid huiusmodi ad modicos vsus. ¶ Verum etiam inuisos. In Romano codice legitur, quin etiam inuisos.

¶ Contactos artus sacer ignis edebat. Vulgata quædam exemplaria legunt, contractos artus. Sed in Romano legitur mutato etiā numero, cōtactos sacer artus: ac quantum ad cōtactū pertinet, quod de contagiosa vi, pestilentiæ dicitur. Apud Liuium etiam in codicibus antiquis legas: vulgatiq; contactu in hoīes morbi. Qd in ipressis, attactu, non ita pprie hr.

☞ qa in vmbris versata: sæuit id est crudescit & sæua atq; immanis fit: & ipsa emissa tenebris stygijs. i. tristitiæ infernalis: in lucē id est ad regionē nostram agit. s. añ se morbos & metū. i. mortē q ex metu vel cū metu cōspicit: & ipsa surgēs. i. sursum agēs se: effert. i. extollit: caput. s. suū auidā scilicet cedis & sanguinis: i dies altius (bñ addit altius qa in dies & in horas particulā excessiuam expostulāt) hoc est in dies singulos maior est vis diræ pestis a tisiphone excitata: amnes & ripæ arantes. s. æstu aeris corrupti & colles supini. i. editiores hoc est oīa loca in quibus pecora pasci solebāt: sonant. i. resonant balatu pecor: hoc est ouiū: & crebris mugitibus. s. taurorum morientium: &. s. tisiphone dat iā stragē id est cumulum prostratorum ac morientium: cateruatim. i. per cateruas non per singula capita: atq; aggerat. i. accumulat in ipsis stabulis: quia efferri nequeunt præ multitudine: ipsa cadauera delapsa. i. quæ occiderant: turpi tabo donec. s. homines discūt regere. s. cadauera humo. i. inhumare: & abscōdere foueis: discūt autem experiendo quia multa infectio & nulla vtilitas ex cōseruatione cadauerum proueniret. Nam neq; vsus id est vtilitas: erat corijs id est pellibus e quibus coria parantur: nec quisq; potest aut abolere: id est purgare: viscera id est carnes vndis aut vincere id est excoquere: flāma id est igni. Nec scilicet pastores possunt quidem id est saltem tondere vellera peresa morbo & illuuie id est sanie & corruptione illuente id est intrinsecus imbuente nec possunt attingere. i. per laborem peruenire ad hoc vt ex eis habeant telas etiam putres: verūetiam. i. insuper: si quis tentarat id est conatus fuerat facere: amictus inuisos. s. a natura: hoc est quos natura inuidit & negauit mortalibus: pabulæ id est carbūculi & pustulæ ardentes. s. sacro igni: atq; sudor: immundus id est corruptus: sequebatur id est persequebatur & cōficiebat: mēbra olentia scilicet grauiter: hoc est fetida: & ignis sacer id est execrabilis & pestilentialis: edebat id est absumebat deinde tempore non longo id est non longum aut diu moranti: sed statim sub sequenti hoc est paulopost artus contractos. s. ab illis amictibus hoc est qui talibus vestiebantur etiam inficebant. Et hæc de his quæ in tertiū Georgicon adducta volumus.

Carmina Ouidii Nasonis.

PRotinus aerei mellis redolētia regna:
Hyblæas & apes aluorum & cærea tecta
Quiq; alibi flores: examina quæq; legenda
Indicat: humentisq; fauos cœlestia dona.

AN. MAN. Argumentum voluminis quarti.

QVæ sedes apibus: statio ve paranda reponit.
Lāguētū qq; signa docet: medicāq; salutē.
Nascēdiq; modū: Nympharū noīa multa:
Pandit Aristæi luctum: matrisq; fauorem.
Tum vatis Protei patriam: mores: speciesq;
Orpheus Euridicē stigia vt reuocat abvnda.
Examenq; apium tandem reparare docemur.

ASCENSIVS.

PRotin⁹ aerei mellis Tetrastichi Ouidiani. Ordo est: Vates sup. seu poeta Vergilius: īdicat. i. notificat hoc quarto libro: ptinus. i. statim aut ptinus. i. ampliter: regna. i. apum (q regē habent & ita aulā & regna) aluearia mellis aerei. i. ex aere collecti redolētia. i. suauiter fragrātia: & apes hybleas. i. optima mella facientes quales sunt hyblææ in sicilia: & tecta cerea. i. fauos aluorū p alueorū hoc est q sunt in alueis seu aluearibus earū: q; p &: flores q alibi. s. nascūtur q; apud hyblā vbi copia thymi nascit & indicat q examina sint legēda. i. colligēda vt habeātur mella aut reparāda & īdicat fauos humētis. i. melle fluentes dona cœlestia. i. beneficio cœli aut rore cœlesti collecta. ¶ Quæ sedes apibus &c. heptasticorū carminū Manci. vberius ex ordine q toto libro cōtinent explicātiū ordo est. Poeta reponit. i. doct⁹ ac emēdatius scribit: hoc quarto libro: q sedes ve p vel: q statio sit parāda apibus & docet quoq;. i. etiā signa lāguētū. i. lāguētiū apiū. s. & salutē medicā. i. ex medicina cōparādā & modū nascēdi vt. s. sine cōcubitu ore legant natos: & multa noīa nympharū inter quas aristei matrē noīat: & pādit luctum aristei ob demortuas. s. apes & fauorē mris: q cōsilium dederat adoriūdi ptei abs quo reparationē didicit. Tū. i. deinde pandit patriā. s. carpathon ptei vatis. i. diuinatoris ac futura vaticinantis: & mores. i. instituta eius & species: in quas. s. se trāsmutauerat: & pandit vt. i. qualiter orpheus reuocarat Euridicen coniugem suam: ab vnda stigia. i. ifernali quod fecit thraicia fretus cythara: & nos docemur tandem: reparare. i. instaurare examen. i. fetum apium scilicet extinctarum.



P. Virgilii Maronis Georgicon. Liber. IIII.



Rotinus aerei mellis cœlestia dona
Exequar: hanc etiam mecœnas aspice partem.
Admiranda tibi læuium spectacula rerum:
a Magnanimosq; duces totiusq; ex[a] ordie gẽtis.
b Mores & studia & populos & prælia[b] dicam.
In tenui labor: at tenuis non gloria: si quem
Numina læua sinunt auditq; vocatus Apollo.

PIERIVS.

a ¶ Totiusq; ex ordine gẽtis. In Roma. codi. atq; etiã in Medi. legit̃ absq; ex, ꝑpositiua particula, Totiusq; ordine. In alijs antiquis codi. ex, habet̃, in quo animaduertendũ esse synizesin ex duabus vltimis syllabis, in Totius, si lectio ea, Totiusq; ex ordine gẽtis, admiratur. Verum ego crediderim ex, insertum ex Paraphrasi, recteq; legi. Dicam ordine. b ¶ Mores & studia & populos, & prælia dicam. In Ro. prœlia, per œ, & in antiquissimo alio codice vno minus &, legitur q; in vulgatis habeatur exemplaribus, in hũc modũ, Mores & studia populos & prœlia dicam. Voluerũt enim studia suspendere & absq; &, coniunctiuæ particulæ interiectu sententie reliquum subiungere. Sed enim particula illa ter iterata me nihil offendit: & præter id, quod numerosiorem versum facit figuram etiam non inelegantẽ adstruit.

SER. PRotinus aerei mellis cœlestia dona Exequar: rhetorice dicturus: de rebus minimis magna pmittit: vt & leuem materiã subleuet: & attentũ faciat auditorẽ. Sane perite: quoniam scit breue esse opus hoc de apibus & intra paucos versus posse cõsumi: vsus est trãslationibus: ad dilatandã materiã dicẽs apes habere reges ꝑtoria vrbes: & populos. Sane sciendũ vt supra diximus vltimã partẽ huius libri esse mutatã: nam Galli laudes habuit locus ille q nunc orphei cõtinet fabulã q̃ inserta est postq; irato Augusto occisus est Gallus. Protinus: deinceps: exide etiã floridũ agrũ exequar, sicut sum cæteros executus. Et aerei mellis dicit quia mel ex rore colligit̃: q vtiq; ex aere defluit: vñ est & cœlestia dona. i. mun⁹ deoꝝ: antea eñ mel inueniebat̃ in folijs. Vt, Mellaq; decussit folijs. Hãc etiã: sicut supiores. Admirãda tibi. Audies ex rebus leuibus digna stupore esse in apibus proceres & tanta certamina. Mores: qa castæ sũt vt illũ adeo placuisse apibus mirabere morẽ. Et studia: vt tãtus amor floꝝ & generãdi gloria mellis. Et populos. Vt binæ regum facies ita corpora plæbis. Et ꝑlia dicã: vt, Erũpũt portis concurrit̃ æthere in alto. In tenui labor at tenuis nõ gloria. Cõpẽsatio est laboris q magnã dat gloriã si fuerit materia exilis ornata. Numina læua: Prospera: vt alibi: intonuit læuũ. Auditq; vocatus Apollo. Aut quasi poeta Apollinẽ inuocat: aut quasi pastoralẽ deũ: nam Apollo Nomius dicitur.

¶ Attẽde qd dicat Ser.

PRO. PRotinus aerij mellis cœlestia dona Exequar. Quidã dicũt mel i aere nasci. Quidã apes colligere quo tpe in ida Iuppiter nutriebatur tum primum ex aere fluxisse: eoq; ipsum alitum.

MAN. Aristæ⁹. PRotinus aeri mellis &c. Aristæus de quo latius in primo libro Geor. habet̃: primus & apium & mellis vsum & lactis coagula hoĩbus tradidit vt Iusti. li. iij. scri. Diod. quoq; in fine libri quinti cũ Iustino cõuenit: dicit em q nymphis a matre traditus est nutriendus: a quibus cũ lac coagulare mel atq; oleũ conficere didicisset primus ea in vsum hominum traduxit vnde a posteris vt deus cultus est. Quando vero & in qua regione primum natæ sint apes videto Colu. lib. x. capite. ij. Est autem apis res præcipui quæstus quum fauet vt testatur Ply. libro. xxj. Protinus aerei mellis: de protenus: & protinus videto latius in Tityro. Protinus, id est statim continuo vel deinceps præterea: vtrũq; enim cõuenit: nam Caper. scribit protinus per i, aduerbium esse temporale id est statim. & Priscia. libro. xv. scribit esse aduerbium ordinatiuũ: vt deinde, præterea, continuo. Aerei mel. Venit mel ex aere & maxime syderũ ex ortu. Itaq; cũ prima aurora folia arborum melle rosida inueniuntur at si qui matutino sub dio fuere: vnctas liquore vestes capillumq; concretum sentiunt siue ille est cœli sudor: siue quædam syderum saliua: siue purgãtis se aeris succus siue aquæ est & purus ac liquidus ac suæ naturæ quasi defluit. Ply. libro. xj. Hanc aspi. partem attentũ hic mecœnatem reddit rogando vt hæc quoq; aspiciat. Admiranda tibi attentum iterum: reddit promittens se de rebus mirandis verba facturum: exponensq; etiam numero res de quibus dicturus est. Duces apium reges Mores instituta & communes omnium consensus. Studia: occupationes: labores. Populos: progeniem. In tenui labor: est enim difficile minima exornare atq; extollere & contra maxima læue est. Sunt em̃ referta bonis pluribus. Numina læua sinunt. i. aduersa: nã deos quosdã vt ꝓdessent celebrabant: quosdã vt ne obessent placabãt.

ASC. PRotinus aerei mellis. Admirabili artificio rẽ tenuẽ extollit poeta: sic enim de apibus tractat vt res diuinas & heroicas aptissime inserat: diuinas qdẽ vt vbi dicturus est. Esse apibus partem diuinæ mẽtis & haustus. Aethereos heroicas quidẽ: qa admirãda tibi læuiũ spectacula rerũ magnanimosq; duces &c. Ordo ẽ. O mecœnas ego exequar. i. in executione cœpti operis pscribã ꝓtinus. i. statim: vel oĩno: & quasi porro tenus. i. ampliter dona cœlestia. i. bñficio cœli aut in aere collecta mellis aerei. i. qd' rore & floribus in aere vt dixit de apibus colligit̃: aspice. s. fauẽter: etiã hãc partem sicut sup. reliquas aspexisti: qa statim in principio primi libri mecœnatẽ nũcupauit. Aspice in quã: qa ego dicã tibi spectacula rerũ læuiũ vtpote apum q̃ inter aĩalia nobis commoda minima habẽt corpuscula: admiranda. i. digna admiratione: qa admirabere morẽ q nec cõcubitu indulgẽt: itẽ q rege incolumi mẽs oĩbus vna est atq; alia multa: & duces magnanimos qui aĩas ĩ vulnere linquũt: & mores & studia totius gẽtis. i. generis apũ videlicet q̃ more humano instituta & exercitamẽta habẽt: & dicam populos. i. vulgus apũ & ꝑlia q̃ scilicet ab eis committunt̃: qa illis ira modum supra est. Labor sup. erit mihi. s. in tenui. i. in re exili & modica at. i. sed: gloria nõ sup. erit tenuis. i. exilis & modica si numina læua. i. glĩæ humanæ inimica: sinũt quẽ. i. aliquẽ gloriose dicere: hoc est si numina inimica inferoꝝ nõ obstiterint: & si appollo q deus superus est & poetis beniuolus esse solet vocatus in auxiliũ meũ audit. i. exaudit. s. me: hoc est. si aspirat cœptis meis: hæc de mẽte Aulij gellij: vt Beroal. in Ser. annorauit sic scribẽs. Romani antiqtus deos quosdã vt ꝓdessent colebãt quosdã vo ne obessent placabãt. Cũ iouẽ igit̃ & dijouẽ a iuuãdo noĩa essent veiouem appellauerũt dempta atq; detracta iuuãdi facultate: vt autor est Gellius in. v. simulachrũ em̃ veiouis sagittas tenet q̃ sunt videlicet paratæ ad nocendũ quapropter eũ deũ plæriq; Apollinẽ esse dixerũt: ꝑterea Vergiliũ quoq; aiunt multæ antiqtatis hoĩem sine ostentationis odio peritũ: numina læua depcari in his versibus. In tenui labor at tenuis nõ gloria si quẽ Numina læua sinũt: auditq; vocatus Apollo. Significat em̃ quãdam vim esse hmõi deoꝝ in lædẽdo magis q in iuuãdo potentẽ. Et ita fm Gel. autorẽ: q perq; scire & adamussim vergilianã maiestatẽ pẽsitauit. Exponemus potius Numina lædẽtia q iuuãtia. Et qm̃ in Gellij mẽtionẽ incidimus admonẽdi sunt illius scriptoris sectatores: vt locũ emendẽt in eo capite in quo de veioue differit deprauatũ: cũ in oĩbus passim codicibus Gellianis hæc verba legant̃. In his dijs quos placari oportet: vti mala a nobis vel a frugibus natis amoueant̃ arũgus habet̃ & robigus. Mendũ est maximũ in nouissimis trib us verbis qd' nisi emẽdet̃ difficultates pariet inextricabiles: nos vero marte nostro: ita correximus. Auerũcus habet̃ & robigus & ita corrigendũ esse censemus fulti autoritate eruditissimorum: nãq; aueruncus deus est q malorum aduertendorum causa colebatur ab aueruncando nominatus: vt docet. M. Varro in libris de lingua latina: auerunca re autẽ vocabulo antiquo significat auertere atq; depellere quã dictionem vsurpat Liuius sic scribens in. viij. placuit ad aueruncandam deum iram victimas cedi: & in. x. prodigiorum auceruncandorum causa supplicationes in biduum senatus decernit. Cice. ad Atticum in epistolis sic scribit. Certe contra igitur inquis dij aueruncent. Cato quoq; in re rustica vi duertatem inquit vastitudinemq; : calamitates: intemperiasq; prohibesis defendas

Ordo.

Bero.

Auerũc⁹ auerũco.

¶ auerruncescq. Et fest. pacuuianũ dictum amentiam auerruncassent tuam interpretatur id est auertissent. Auerruncum itaq deũ romani colebant & ab eo precabantur vt pericula auerruncaret hoc est auerteret amoliretur atq propulsaret: legatur ergo apud Gellium: Auerruncus non autem arungus. Cum arungus nihil significet: & dictio sit illiterata: Aruuncus apud Plynium accipitur .p. villo q a capellarũ mento dependet. Sed hoc & id genus sexcenta alia quae apud scriptores in latina lingua reperiũtur ptim obscura partim deprauata tractantur ac enodantur a nobis vberiori volumine quod quotidie cudimus: & adhuc sub incude est quod edetur in tempore. in quo omni studio ac vigilia contendimus laboramus enitimur pro virili pte de latine linguae sectatoribus bene mereri. Hec ille. ASCENSIVS.

Aruncus

SERVIUS

SER. ¶ Principio sedes: dicit vbi aluearia ponenda sint: in qua re satis perite & ea q̃ abesse debeant. s. ne noceant apibus & quae debeant adesse Verg. optime commemorat. Sane sciendũ quoniã supra ait Magnanimosq duces: ideo intulit modo sedes statioq quam translationẽ diligenter reseruat. Hœdiq petulci. Lasciui & exultantes: & petulci dicti ab appetendo: vnde & meretrices petulcas vocam⁹. Picti terga lacerti. picta terga hñtes. Pinguib⁹ a stabulis: pleis sicut ẽtiã nes res tenues noiam⁹ ecõtrario. Meropesq aliaeq volucres dicẽdo aliẽ volucres ostendit meropes esse aues. sunt aũt virides & vocanẽ apiastrae quia apes comedũt. Et manib⁹ pgne nomẽ posuit pro noie. Nã phylomela in hyrundinẽ versa est. pro qua pgnem vel quasi sororẽ posuit: vel quasi eã q̃ fuerat illi⁹ sceleris causa. Nam ipsa miserat Tereũ ad ducendã sororem. Dulcem nidis immitibus escã. i. crudelibus pullis qui apum morte nutriuntur.

CONS. Progne. philomela. ¶ Iacobus aũt Constantius phanensis ostendit pgnes & philomelae fabulam variari collectaneorum suorum. c. xxiiij. his verbis. Excuberam olim adolescentulus tetrastichon epitaphiũ in octauiam cleophilum vatem fanensem cum quo ipsas perijsse gratias & musas dixerim adeo lepidos illicibiles. dulces. sonoros versus componebat. In eo prognen posuimus pro luscinia. Qđ statim vt exiuit in publicum a duob⁹: qui in romana academia profitebantur: fuit cum derisu authoris tanquam protritae fabulae parum conscij damnatum. Quapropter vt ei: qui superest (nã alter humanis decessit) ostendam inscitiam suam: atq hoc exemplo doceam alios. quicunq sunt natura propensi ad cauillandũ in alienis rebus non esse de subito iudicium proferendum producere authores statuo: a quibus consilium cœpi cum prognen pro luscinia scripsi. Zenobius in prouerbiorum epitomatibus vbi adagium hoc exponit δαυλίαν κορώνην id est dauliam cornicem prognen ait in aedona. id est lusciniam & philomelam in chelidona. id est hyrundinem fuisse mutatas. Cui suffragatur illud quod in aristophanis in ranas commentario legimus: ityn aedonis filium lugubri eius cantilena defleri & ne quis graece literaturae ignarus confingi haec a nobis fortasse existimet: afferã & Marci varronis in de lingua latina testimonium: q sic scribit. Lusciniola & luctuose canere existimatur atq esse ex attice progne in luctu facta auis. Quin & probus virgilianus interpres in hyrundinem inquit philomela fertur ab alijs non progne versa. Agnoscat igitur errorem suum meorum carminum vellicator & discat domi interdum nostrae meliora nasci q̃ suae.

PRO. Merops ¶ Petulci: lasciuientes hœdi. Aut errans bucula. c. vaccam dicit Meropesq. a. q. v. Meropes dicuntur aues quas in Italia vocant barbaros: quarum vox quia multiplex capit partitionem voces meropes appellantur graece a merismo. quem graeci vocant: nos partitionem vocis: quam idem ὄπα dicũt glossematicos. Et ma-

Progne. nibus progne. p. s. c. Hyrundo quondam progne Pandionis filia. quae cum filium suum Ityn coniugi pro epulis apposuisset. propter quod in auem mutata est: ideo dixit. Et manibus progne. p. s. c. in hirundinem Philomela fertur ab alijs non progne versa.

MAN. ¶ Sedes apibus: sedes apibus collocanda est contra brumalem meridiem procul a tumultu & cœtu hominum ac pecudum nec calido loco nec frigido. nam vtraq infestantur: haec aũt ĩma parte sit vallis. sic enim facilius apes ascendunt quum prodeunt pabulatum. cum onere autem per procliuia non aegre deuolant. Columella libro. x. capitu. v. Hœdiq petulci: hoc epitheto primus lucretius vsus est. dixit enim libro. ij. Praeterea teneri tremulis in vocibus hœdi Corniferas norunt matres agniq petulci. Macrob. libro sexto. Petulci lasciui. Insultent insiliant. Bucula: a boue diminutiuum est. Surgentes crescentes. Squalentia: splendida. Pinguibus: pinguia propter mel ait. Meropesq: hae aues cunabula in terra faciunt: corporis grauitate prohibitae sublime petere genitores suos reconditos pascentes pallido intus colore penarum superne cyaneo: priori subrutilo. Nidificant in specu sex pedum defossa altitudine. Plyn. libro. x. capitu. xxxix. aliter gauli dicuntur vt aiunt vulgo etiam ieuoli. Progne: in hyrundinem philomela fertur ab alijs. non Progne versa. Id autem Varro etiam asserit: dicitur enim Lusciola q lu ctuose canere existimatur: atq esse ex Attica progne in luctu facta auis latius tamẽ de Progne videto librum sextum metamorpho. Pectus signata. occiderat enim itym filium Hinc ait etiam Ouidius. Neq adhuc de pectore caedis Excessere notae: signataq sanguine pluma est.

Principio sedes apibus statioq petenda:
Quo neq sit ventis aditus: nam pabula venti
Ferre domũ phibẽt: neq oues hœdiq petulci
Floribus insultent: aut errans bucula campo
Decutiat rorem: & surgentis atterat haerbas:
Absint & picti squalentia terga lacerti.
Pinguibus a stabulis meropesq[a] aliaeq volucres
Et manibus progne[b] pectus signata cruentis
Omnia nam late vastant ipsasq volantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam:

PIERIVS.

a ¶ Meropesq aliaeq volucres. In Mediceo cod. nõ est geminata particula, q. sed merops aliaeq ve, legitur: magis tamen
b placet geminari, vt in alijs codicibus habeẽ. b ¶ Et manib⁹ progne pectus signata. In romano codice & aliquot alijs antiquissimis, progne, scriptum est, veluti greci faciunt πρόκνη Quos & Romani sequuti sunt, vt ex antiquis inscriptionib⁹ quas Romae obseruauimus videre licet. In Quirinali enim haec ita habentur.

P. VALERIVS BASSVS PRAEFECTVS FABRVM ET CAECILIA PROGNE DIANAE VALERIANAE. D. D.

Quod epigramma ideo libuit adnotare quia meminerã Iouianum pontanum litteratissimũ priori aetate virũ solicitũ super hac dictione fuisse, quia prochne per. ch. in apulia scriptum reperisset. Quod vero malunt nunc, progne, per. g. septimam litteram scribi nõ difficulter admiserim, quia. c. cognationem habere cum. g. & saepe eas inuicem succedere alibi demonstratum est.

ASC. ¶ Principio sedes & c. Hec est prima pars executionis in hoc opere in qua vt a Mancinello praenotatum est poeta de sedib⁹ seu stationibus apum disserit dicẽs. Principio id est pro primo praecepto sedes & statio id est habitatio (sed exeuntibus iunioribus videtur statio: ea enim est vbi naues ad tempus stant residentibus autem senioribus sedes est) est petenda. id est, diligenda apibus datiuus est vtilitatis nõ passionis: hoc est nõ ab apibus (nõ enim illis praecipit) sed ab agricolis pro apibus. Quo id est ad quam sedem & stationem aduerbium pro nomine: neq sit adit⁹ id est afflatus ventis (nam venti prohibent. i. impediunt ferre domum pabula: vt thymum & cũ mella) neq oues ve pro vel hœdi petulci. i. petulantes & lasciui cuncta lacessentes insultẽt. id est frequenter insiliant floribus & ita. s. decutiant rorẽ aut neq sup. bucula id est iuuenca aut iunior bos: errans id est pascens vagando: campo id est per campũ decutiat. i. concutiendo deijciat rorem & atterat herbas surgentes quibus. s. pabula atq fauos colligerent apes. Et lacerti picti: terga squalentia: id est lubrica & immunda hoc est habentes terga picta. i. maculis distincta absint a stabulis. i. aluearibus in quibus stationem habent dictũ est apes pinguibus. i. plenis & melle distentis: & meropes volucres ille & alie volucres quae. s. apes deuorant & progne hoc est hirundo in quam versa putatur signata pectus. i. pectus habens signatum: manibus cruentis. s. sanguine filij quem patri epulandum dederat: sup. absint a pinguibus stabulis. Nam huiusmodi vastant omnia late & ferunt ore ipsas volantes scilicet apes appositorie escam vel in escam dulcem immitibus nidis. i. in quibus pulli sunt ex rapina pascendi. posset etiam ordo esse ferunt nidis. id est ad nidos. Item sic & ipsae aues volantes ferunt ipsas. s. apes: quia volando captando apes. sed in idem redit.

¶ Ad liquidi

At liquidi fontes & stagna virentia musco.
Adsint: & tenuis fugiens per gramina riuus:
a Palmaq; vestibulū aut ingens oleaster obūbret[a].
Vt cum prima noui ducent examina reges
Vere suo ludetq; fauis emissa iuuentus:
b Vicina inuitet decedere[b] ripa calori:
Obuiaq; hospitiis teneat frondentibus arbos.
In medium seu stabit iners seu profluat humor
Transuersas salices & grandia coniice saxa.
Pontibus vt crebris possint consistere: & alas
Pandere ad æstiuum solem: si forte morantis
Sparserit: aut pceps neptuno imerserit eurus.
Hæc circum casiæ virides: & olentia late
c Serpilla[c]: & grauiter spirantis copia thymbræ
Floreat: irriguumq; bibant violaria fontem.

ASCENSIVS.

ASC. ¶At liquidi fontes. Postq; designauit q abesse debeant apibus & aluearijs nunc quæ adesse ve describit dicens. At.i.sed fon- Ordo. tes liquidi.i.puri & lympidi & stagna virentia musco.i.in qb9 crescat muscus viridis & riuus tenuis.i.exilis ne murmure.s.aq̄ impetuose decurrētis offendantur apes fugiens.i.recurrens p gramina adsint.s.ad aluearia & sedē stationemq; apiū & palma.i.arbor illa longissimis frondibus aut oleaster.i.olea siluestris ingens.i.ingentes ramos expādēs obumbret vestibulum.i.paruū stabulum hoc est primū introitū stationis: vt cum.i.qñ reges.i.primores apum regali more viuentes: noui.s.ad nouam pubē regendam electi ducēt.i.educent suo.i.oportuno & debito vere: prima examina.i.primos fœtus apum & iuuentus.i.multitudo iuniorum apū emissa.i.educta tunc primum: ludet fauis.s.a se collectis: ripa vicia inuitet.i.alliciat: decedere calori ad frig9 opacum i ripis: & vt arbos.s.palma aut oleaster obuia.i.obiecta decedere volentib9 teneat.i.imoretur. hospitijs.i.sedib9 frondentibus nup captis frondentibus.i.ramorum frondentium. hoc est vt pter amenitatē riparū alliciant exire aluearijs sed propter amenitatem arboris redeant nec sedes mutent. Seu.i.siue humor.i.aquæ vicina: stabit.i.stagnabit: iners.i.torpens seu pfluat coniice salices transuersas.i.in trāsuersum: & saxa grandia in medium.s.eius hoc est humoris seu aque vt.s.apes possint consistere.i.requiescere crebris pontibus.i.lignis aut lapidibus iniectis quibus vt hoies pontibus vtanē: & possint pandere.i.explicare alas ad solem estiuum: si forte. Eurus ventus ille impetuosus sparserit.i.dispersērit.s.apes morantis.i.tardius redeuntes dum enim incumbentem pluuiam pcipiscunt non solent abire a stabulis longius saltem: & si forte abiuerint præcipites redire. si quæ autem imorate fuerint ne alis humidis immerganē dum aquā peruolare cupiant monet pontes constituere: & si eurus præceps.i.p̄cipitanter flans & ingruens: immerserit neptuno.i.aquis quibus neptunus preest Casiæ.i.hærbe ille odorifere virides floreanē sup. circum hæc.s.dicta loca ac stabula apum: & serpilla olentia late: & copia.i.abundantia & vbertas: thymbre in phrygia abundantis a q̄ apollo thymbreus dictus est spirantis.i.fragrantis grauiter id est potēter: floreat circum hęc & violaria.i.violarum frutices aut copie earum aut loca in quibus nascuntur: bibāt circum hæc: fontem irriguum.i.irrigantem: hoc est habeant etiam hærbas odoriferas in confinio ad pastum & mellificium.

PIERIVS.

a ¶Aut ingens oleaster obumbret. In Romano codice, & in quibusdam alijs peruetustis codicibus, Inumbret, legitur: sed plures, obumbret, habent. b ¶Vicina inuitet decedere ripa calori. In Romano codice. discedere est. Sed decedere magis probatur, & signatissime positum est. c ¶Et olentia late serpilla. In Romano codice. Serpulla. de qua scriptione plura diximus in Alexi.

SERVIVS.

SER. ¶Et tenuis fugiens. Suspendendum est tenuis ne incipiant esse duo epitheta: qđ apđ latinos cōstat esse vitiosum Vere suo: sibi grato & aptissimo. Vicina in. de. ri. ca. vt æstus possint aquarū vicinitate vitare. In mediū. Ordo est in mediū transuersas salices & grā. cō. sa. Pontibus vt crebris Velut pontib9 nam nō sunt pōtes. Si forte morātes tarde remeātes ex pascuis. Neptuno immerserit. Deum pro aqs posuit. Grauiter spi. co. thym. genus est hærbæ abundantis in phrygia. Grauiter aūt mō: bene & multum significat alias male: vt, Aut vbi odor cœni grauis: itē graue olētis auerni. Violaria loca vbi nascuntur violæ.

MAN. ¶At liquidi fontes: Varro etiā lib. iiij. ca. xvj. docet pPe apiariū debere esse loca vbi pabulum sit frequens & aqua pura. Si pabulum naturale deest serenda sunt rosa serpillum apiastrum papauer faba lēs pisum ocymū medica. maxime cytisum quod valen- Citisum. tibus vtilissimū est etem ab æqnoctio verno florere incipit & pmanet ad alterum ęquinoctium autumni: sed vt hoc aptissimum ad sanitatem apiū: sic ad mellificium Tymum. Musco: viridi lanugine Vere suo sibi conuenienti. Fauis: Fauus est quem figunt Fauus multicauatum e cæra cum singula caua sena latera habeant singulis pedes dedit natura. Varro libro. iij. Iuuentus: apium pgenies: Hospitijs. sedibus aquam liquidam. vnde bibāt esse oportet: eamq; propinquam quæ prætersfluat aut in aliquē locū influat: ita ne altitudine ascēdat duos aut tres digitos in q̄ aq̄a iaceant teste aut lapilli ita vt extent paulum vbi assidere & bibere possint: in quo diligenter habenda cura vt aqua sit pura quod ad maleficium bonum vehementer pdest. Varro. li. iij. In medium. Ordo est in medium coniice salices &c. Morantis: dum pabulantur.s. Neptuno aquis ipsis casiæ. de his videto in alexi. Sic etiam de serpillo. Thymbræ hæc aliovo- Thymbra. cabulo satureia dicitē: seritur mense februario. Ply. lib. xix. Colu. vero lib. x. capi. iiij. sic ait: aut etiam thymbræ vel nostratis Cunelæ: quam satureiam rustici vocant. in Ply. autem libro. xx. Cu- Saturei. nilia semper legitur.

Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis
a Seu lento fuerint aluearia[a] vimine texta:
Angustos habeant aditus: nam frigore mella
Cogit hyems: eademq; calor liq̄facta remittit.
Vtraq; vis apibus pariter metuenda. neq; illæ
Nequicq̄ in tectis certatim tenuia cæra
Spiramenta linunt: fucoq; & floribus oras
b Explent collectumq; hæc ipsa ad munera glutē[b]
Et visco & phrygiæ seruant pice lentius idæ.
Sæpe ēt effossis (si vera est fama) latebris
c Sub terra[c] fodere larem. penitusq; repertæ
d Pumicibusq; cauis exesæq; arboris antro[d]
Tu tamen & læui rimosa cubilia limo
Vnge fouens circū: & raras supiniice frondes.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Ipsa aūt seu corticib9 &c. Docet aluearia cōficere oñdens ex q̄re & q̄ forma fieri debeant. Ordo. ¶Ordo est. aūt p sed ipsa aluearia (si nō scribendū est aluaria: qđ ab aluo formeē sicut ab alueo aluearia dicim9: est cōtractio vocaliū in vnā syllabā: & pnunciandū quasi aluaria).i. domicilia apū seu fuerint tibi suta.i.consuta & cōsuendo formata: sup. ex corticibus cauatis: extractis.s.lignis. seu fuerint texta.i.cōtexta vimie lento.i flexili: sicut ex culmis frumentaceis ēt fiunt ex quacunq; ergo materia formata fuerint: habeāt angustos.i.cōtrictos. adit9 i. accessus. Nā hyems cogit.i.cōstringit & cōtrahit mella frigore qđ.s.p latos adit9 intraret: & calor.s.æstiuus: remittit.i.diffluere facit eadem.s.mella liquefacta id resoluta. & vtraq; vis.i.vio-

lentia

SERVIVS.

SER. ¶Vtraq; vis apibus pariter metuenda. tā caloris q̄ frigoris. Qđ licet vtrunq; æquali modo metuendū sit: tñ dissimiliter nocet. nā calore liquefacta defluūt mella quæ si fuerint frigore condurata constrictas apes interimunt Spiramenta. Exit9 alibi Sæui spiracula ditis. Fucoq; genus est hęrbæ: vnde tinguntur vestes. Fucum aūt & flores p cæra posuit: quā ex his colligunt rebus. Hæc ipsa ad munera: ad officia coangustandaq; cauernaq;. Et visco & phrygię ordo est seruant glutē qđ est lenti9 & visco & phrygiæ idæ pice. Seruāt aūt mire ait. nā apes pilas q̄sdā aluearib9 faciūt de qbus postea cęrea tecta cōponunt. Si v̄a est fama. si credendū est apes posse terrā effodere. Et leui rimosa cubilia limo: alij & lenu legunt. Vnus tñ sensus est: Nā

Neu propius tectis taxum[e] sine: neue rubentis
Vre foco cancros. altæ neu crede paludi:
Aut vbi odor cœni grauis: aut vbi cõcaua pulsu
Saxa sonant. vocisq; offensa resultat imago.

PIERIVS.

a ¶Seu lento fuerint aluearia vimine texta. Quamuis, aluearia, quinq; syllabarum numero p synizesin dictione integra scribendum esse nonnullorum codicum consensu, & Capri grammatici oseruatione monemur. Pleraq; tamen exempla ria vetera, aluaria, legunt, quã lectionem Flauiuus sosipater agnoscit. vbi dicit, aluaria, neutraliter dicuntur. Vergilius, seu lento fuerint aluaria vimine texta q̄uis Cicero dixerit, apes in alueariũ concesserant, in œconomico, singulariter. Aduertendum vero, nunqd apud sosipatrum codex mendosus sit ea dictione neutraliter dicuntur, pro pluraliter vt respondeat ad illud quod Cicero singulariter protulit. In antiquo sane codice Carisij neutraliter legi, & aluaria quadri syllabum. b ¶Collectumq; hæc ipsa ad munera gluten. Obseruat carisius Gluten a vergilio dictum, quod alij Glutinum dixere: vt apud scaurum legere est, dædalum inuenisse glutinum, & apud Salustium quasi glutino adolescebant c ¶Sub terra fodere larem. Sunt codices, in quibus, sub terrã, sit, In Mediceo, sub terras. Atq; etiam fouere larem, quod satis videbat superiore versu, ac eodem membro dictũ, effossis latebris. d ¶Exesęq; arboris antro. In codicibus nonnullis manu scriptis legere est, Arboris aluo. Sed antro, per hyperbolem longe melius videt, ac figuratius. e ¶Neu propius tectis taxum sine. In Oblongo codice vaticano legere est. Neu propius Taxum tectis sine, propter sibilum vero duorum, ss, credi derim ea transposita.

hoc dicit qd' ille nimio labore pficiant: tu læui iunge rimosa cubilia circumfouens limo & raras frondes supinijce. Qd' ideo fit ne vellim⁹ crepet: vel cauernę aut sole penetrent aut frigore. Taxũ sine: venenatã arborẽ: ipe in Bucolicis. Sic tua cyrneas fugiant examina taxos. Mel ei exi de pessimũ gignitur. Rubentes cãcros. Odore em̄ ipo peunt. Rubentes aũt quum vruntur: nõ q per naturã sint huius coloris: Altę neu crede paludi: ne facile mergantur. Vocisq; offensa: resonat echo repercussa. quam apes vehementer horrere manifestũ est.

MAN. ¶Ipsa aũt. aluearia sunt optima cortice. secunda ferula: tertia vimine Ply. li. xxj. ait: q; alij faciũt aluos ex viminibus: alij e ligno ac corticibus: alij ex arbore caua alij fictiles: alij etiã ex ferulis q̄dratas: longas pedes circiter tres latas pedẽ: hæc oĩa vocãt a mellis alimonia aluos. Aluearia hoc alueare & hoc aluearĩũ: hæc alu⁹ & hic alueus: sic tymus & tymũ Cytisus & cytisum legimus in Var. Colu. & ply. sic etiam satureiam in singulari & satureia in plurali repimus. Angustos aditus. Colu. docet lib. x. aditum fore capacem vnius apis tm̄ modo sed pluresesse debere quo facili⁹ apes intrent exeantq;. Certatim. cum certamine. Tenuia spiramenta rimulas. Linunt inungunt: Circumlini aluearia fimo bubulo vtilissimum inquit Plynius libro xxj. Fucusq;: est fucus rubea hærba q̄ vestes tingũtur phycos em̄ color dicitur. Et flo. flores quoq; latiores aditibus circũstruunt apes: vt Plynius scribit. Oras: fissuras Gluten confectionem quandam: ea autem vt Ply. libro. xj. capitulo. vij. ostendit.

propolis Propolis dicitur ait enim sic propolis crassioris iam materiæ additis floribus nondum tamen cæra: sed fauorum stabilimentũ: q̄ omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruuntur: odore etiam non graui vt qua plæriq; pro galbano vtant. Meminit & Varro. libro. iij. Munera officia. Pice idæ: de hac superius. Sub terra fodere larem: circa Thermodoontem fluuium duo apium genera: aliæ in arboribus mellificant: aliæ sub terra triplici cærarũ ordine huberrimi prouentus Plynius libro. xj. ca. xvij. Penitus cauis: valde cauis. Pumicibus: lapidibus. Antro: cauerna. Limo fimo bubulo inquit Plynius. Cancros: grauis: & tetri odoris. nõ sola virentia. sed & quelibet res prohibeantur: sicuti cancri nidor quum est ignibus adustus: aut odor palustris cœni nec minus vitentur cauæ rupes aut valles argutæ quas græci Ech⁹ vocant: Columella libro. x. capitu. v. Cancros: cancrum odore si qs iuxta coquat apes examinantur Plynius libro. xj. Altæ paludi: aq̄ enim non debet ascendere duos aut tres digitos vt iam ostendimus latius. Offensa repercussa. Vocis imago echo intelligitur: imago vero quasi imitago dicitur. Resultant: inimica apibus echo est resultanti sono q pauidas alterno pulset ictu inimica & nebula. Ply. lib. xj.

lentia aut abũdãtia tã frigoris q̄ caloris est metuenda pariformiter: apib⁹ ne. s. illis officiat Neq; ille. s. apes neqq̄. i. frustra hoc est nõ ab re: sed summa rõne linũt. i. obstruunt cera: certatim. i. cum magno conamine sicut fit vbi p laude certat: in tectis. i. aluearibus: aut aluearijs suis spiramenta. i. rimas p q̄ spũs. i. vent⁹ intret. tenuia. i. q̄uis tenues: & modicas: & explẽt. i. opplent. oras. i. extremas fissuras: fuco. i. hærba illa rubea: & florib⁹. i. cera ex floribus collecta: aut reuera folliolis florum & ipse seruãt gluten. i. genus cõglutinationis collectũ. s. ex floribus & herbis: ad hęc ipsa munera. i. officia hoc est ad obstruendas rimas lentius id est viscosius: & id est simul viscoso & pice idæ phrygiæ. i. quæ colligitur ex arboribus piceis in ida phrygia abũdantib⁹. Apes etiam fodere sępe (si fama est vera: quia non est verissimile apes fodisse) sub terra larẽ. i. foramen aut domũ: & hoc latebris. i. cauernis terræ. effossis. i. fodiendo apertis. & repte. s. sunt sup. in pumicibus. i. lapidibus illis spõgiosis: penitus. i. valde & penetnt⁹: cauis. i. cauatis & ĩ antro arboris exese. s. a carie aut vetustate. hoc ẽ apes summũ qdẽ studiũ adhibent ad obstruẽdas rimas aluea riorum: tñ &. i. etiam tu vnge cubilla rimosa. i. hiantia & rimas ac fissuras habentia limo leui. i. molli & faciliter leuigabili: fouens circum. i. in circuitu: & supinijce raras frondes ne. s. desiccatus lim⁹ dissoluat: neu sine. i. & nõ permittas: taxum arborem illã ĩ corsica frequentẽ & mella deprauãtem ppius. i. vicini⁹ q̄ satis sit: aut valde vicine: tectis. s. aluearium: neue vre. i. vel ne vras foco. i. igni aut in foco. i. loco vbi ignis fouetur cancros. i. pisciculos illos rubentis. s. dum cocti sunt hec autem vetat ne graui odore necẽtur apes neu crede. i. cõmitte. s. apes paludi alte. i. pfunde ne. s. immergantur puolantes: cũ non possint saxa eminẽtia inijci aut ne graui odore exhalante suffocentur: aut ne crede apes sup. illi loco: vbi est odor grauis ceni. i. luti: aut vbi sonent pulsu. i. ex impulsu aquarũ, saxa concaua. i. excauata pulsu. i. pimpetum & impulsum aq̄rum & vbi imago vocis. i. echo referens eandem vocem quam acceperat: resultat. i. repercutitur: offensa. s. ab obstaculo loci concaui: quia vt graui odore ita vehementi sono obtunduntur apes.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Quod supest. docet reliqua ad apes pertinentia quomodo videlicet educant fœtus & quo medicamento retinende sint ne diuagentur.

Ordo. ¶Ordo est respiciens ad id. principio sedes apibus &c. vt sit illud quidem in principio faciendũ est: sed vt quod supest i. quod reliquũ est aut qd' restat: precipiã: vbi. i. postq̄. sol aureus i. rutilus egit sub terras. i. exegit cõspectu suo hyemẽ. i. frigus & pluuias hyemis pulsam. i. exactam. & reclusit. id est aperuit luce æstiua. i. splẽdore æstiuali: ille. s. apes pagrant. i. puolant cõtinuo saltus & syluas & metũt. i. exugũt flores purpureos. i. purpurei coloris aut pulchros v purpura est: & ipse leues. i. agiles & veloces: libant id est degustant aut atiu

Qd' supest: vbi pulsam hyemem sol aureus egit
Sub terras: cœlumq; æstiua luce reclusit:
Illæ continuo saltus syluasq; peragrant:
Purpureosq; metunt flores: & flumina libant
Summa leues: hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem nidosq; fouent: hinc arte recentes
Excudũt cæras: & mella tenacia figunt.
Hinc vbi iam emissum caueis ad sydera cœli
Nare per æstatẽ liquidã suspexeris agmen
Obscuramq; trahi vento mirabere nubem:
Contemplator: aquas dulcis & frondea semper
Tecta petunt. huc tu iussos aspergere sapores.
Trita melisphylla: & cerinthæ ignobile gramen:

SERVIVS.

SER. ¶Pulsam hyemẽ: scd'm physicos q dicũt tpe quo hic hyems ẽ æstatẽ esse sub terris & vsa vice: cũ hic ęstas illic hyemẽ. Quod ẽt Lucre. exequit & trahit argumẽtũ putealẽ aquã quæ æstate frigidissima est: hyeme vero calidissima. Metunt flores: secant: vñ & messores dicti sunt. Sane mero meris pręteritũ facit messui. Hic ex floribus scilicet ex quibus primo mel: mox pullos efficiunt. Nescio qua dulcedine: quadam arcana ratione naturæ. Mella tenacia figunt quia cum inuersi sint faui: mel tamen inde non funditur. Vnde ait tenacia: quæ in resupinatis fauis coherẽt. Caueis: aluearib⁹. Aestatem liqdã p ver serenũ. Contemplator: p intuere: nã tps futuri pro pñti

Tinnitusq; cie & matris qua te cymbala circū.
Ipsæ consident medicatis sedibus: ipsæ
Intima more suo sese in cunabula condent.

...p pñti posuit ab imperati... mō. Aquas dulcis ,ppter hoc ...supra. Et tenuis fugiēs p gra... mina riuus. Trita melisphylla. Varro hāc hærbā apiastrū dicit in iii. li. operis rustici. Cerinthe ignobile. Vile vbiq; nascens. Matris cymbala: q̄ in eius tutela sunt: ideo q̄ similia sunt hemicyclis cœli qbus cingit̃ terra q̄ est mater deorū. More suo naturali rōne cuius cā non redit̃. Quis em̄ nouit cur æris sono redeāt in aluearia: licet ipse paulopost dicat. Crepitantiaq; æra secutæ. Dictæo cœli regē pauere sub antro. Sed & hoc poeticum est.

MAN. ¶Quod supereit: qd' restat docebimus. Vbi pulsam hyemē Alexāder aphrodiseus ,pblematum. Sectione sexta sic ait. Cur putealis aqua in hyeme calida est: in æstate aūt frigida. Respondendum quod contrarium semper fugit: vtpote sibi infestum contrarium. Cum ergo calidum & frigidū inuicem inter se contraria atq; corruptoria sint non dubium quin per æstatem calor aerem ambiat calidum: inq; terræ sinus atq; penetralia fuget frigus & ob hoc aquam frigefaciat. Per hyemem vero frigore dominante in aere calor porro in terræ penitissima diffugiēns aquam calefacit: nam id natura sanxit vt contraria in eodem loco ac per idem tēpus simul non manerent: hæc ille: tamen eadem fere Lucre. quoq; dixit quum ait: Frigidior cur in puteis æstate sit humor. Arescit quia terra calore &c. Ille continuo: hyeme apes condunt̃ ante fabas florentes non exeunt ad

Apiū labor. opera & labores: nullusq; quum per cœlum licuit ocio perit dies: primum itaq; fauos cōstituūt: ceram fingunt hoc est domos cellasq; faciunt deinde sobolem postea mella. Ply. li. xj. Et flumina libant: sine aqua inquit Colu. li. x. neq; faui neq; mella neq; pulli deniq; figurari queunt. Est igitur opus vt aqua sit apibus vicina. Hinc: e floribus & aquis. Dulcedine: dulcis enim est sobo les omnibus fere. Ceras. Celsus ait: vt inquit Colu. li. x. ex floribus ceras fieri: ex matutino rore mella quæ tanto meliorem qualitatem capiunt quanto iocundiore sit materia cæra confecta. Caueis: ab alueis. Aestatem liquidam: ver serenum: ait enim inferius. Ergo vbi ver nactæ sudum. Agmen examen. Quippe talis est apum natura vt pariter quæq; plæbs generetur cum regibus:

Apū reges. qui vbi euolandi vires adepti sunt consortia dedignantur vetustiorū: multoq; magis imperia. Itaq; duces procedunt cum sua iuuentute quæ vno aut altero die in ipso domicilij vestibulo glomerata consistens egressu suo proprie desiderium sedis ostendit &c. Colu. li. x. Contemplator: inspice aduerte. Mellisphilla. Ply. li. xx. sic ait. Apiastrū Hyginus quidem melisphillon appellat.

apiastrū. Melliphyllon. hæc ille: interpretatur autem vt aiunt alij melisses. i. apis Phillon folium: hærba enim est cuius folia mel sapiunt: idem vero Ply. li. xxj. scribit melisphillo siue meliterna si perungantur aluearia non fugient apes: nullo enim magis gaudent flore. Copia istius examina facillime continentur. Item præsentissimum est contra ictus earum vesperumq; & araneorum: item scorpionū &c.

Cerinthę Cerinthæ: hærba est folio candido incuruo cubitalis: capite concauo mellis succum habente florum eius auidissimæ sunt apes atq; etiam sinapis. Ply. li. xxj. c. xxiiij. Tinnitusq; ciere. Varro lib. iij. scribit quando noua examina volant iaciundo inter apes puluere & circūtinniendo ære perterritas quo voluerit perducet Mellarius: & Ply. li. xj. inquit de apibus. Gaudent plausu atq; tin-

Cymbala. nitu æris: eoq; conuocantur. Matris cymbala: instrumenta erant quibus vtebantur in sacris Cybeles deorum matris. Medicatis sedibus: solent enim mellarij locum aliquem oblinire apiastro: cæterisq; rebus quibus delectantur apes vt vbi considant vbi consederint afferunt aluum prope easdem illitam intus: & prope apposita fumo læui circundato cogunt eas intrare. Varro inquit libro. iij.

PRO. ¶Casiæ virides & olentia late Serpilla: casia hærbæ genus id quod hærbæ est odoratæ. Serpilla: item hærbæ genus: quod a serpendo serpillum cognominat̃. Trita mellisphylla: est hærba: quā plæriq; vocant mellilοton. Cærinthon: est flos luteus cuiusdam hærbæ: quæ copiosissima est in Euboca in qua oppositum est impositum. Tarentū lacedæmonij condiderunt duce Phalanto: q sunt dicti partheniadæ nati cū oppugnaret̃ Messene nō legitimo matrimonio.

☞ aut attingunt flumina summa. i. summitatē fluminū & ipsæ lætæ nescio qua dulcedine. i. delectatiōe naturali fouēt hinc: id est ex floribꝰ & flumine ,pgeniē. i. fœtū & nidos. i. fauos: & excudūt hinc arte. i. artificiose. recētes ceras: & figūt. i. affigunt aut fingūt. i. cōponūt mella tenacia hinc. i. deinde vbi suspexeris. i. suspiciēdo hoc est sursum inspiciēdo videris agmen. i. examen apiū agminatim volātiū: emissum caueis. s. alueis ad sydera cœli. i. in altū aera videris dico nare. s. remigio alarū: hoc est volare: qa sic aere vtit̃ volucris vt natās aqs: p æstatē liqdā. i. ver tepidū & serenū: & mirabere nubem obscurā trahi vēto. i. si tunc vbi emissæ sunt apes oborta fuerit tēpestas nubilosa aut mirabere nubē obscurā trahi vēto: cū non sit nubes: sed examē apiū emissarū: vt aūt scias quo cōsidāt: cōtēplator. i. respice & attēde: qa ipse petūt dulcis aquas & tecta frōdea. s. arbores. i. vmbrosas: asperge tu huc. i. ad hāc rē quā sponte petūt sapores iussos. s. a rei rusticæ p̄ceptoribus: videlicet melisphilla. i. apiastrū qd' apis foliū interptat̃ trita. i. cōtusa vt saporē melis quē cōtinēt edāt & gramē ignobile. i. vile quo ad aliosvsꝰ & vulgo nascēs: cerinthe: illius hærbæ: & cie. i. excita tinnitꝰ. i. crepitus peluiū & quate. i. concutere circū. i. p circuitū cymbala. i. instrumēta sonora mr̄is. s. deū ħ ē cybeles seu cybelis: ipę. s. apes excitæ aut ꝯsitę cōsidēt. i. sedē sibi capient sedibꝰ medicatis. i. dictis hærbis illitis & ipsę. i. spōte sua nō coacte cōdēt. i. recipiēt se suo more. s. naturali in intima cunabula. i. penitissimas cellas suas. Et ita docet quō reuocari possūt quoties serenitate euocant̃.

SERVIVS.

SER. Incessit. ¶Incessit: ingruit: inuasit. Alibi incessit muros ignes ad tecta volare: & incessit regibus figuratū est. Nam incessit reges dicimus. Trepidātia bello. Alacritate pugnādi: nō timore. Alibi exultantiaq; haurit Corda pauor pulsans. Morātis: tarde incedentis. Fractos: collisos. Trepidę coeūt Festinant inter se in aluearibus. Pēnisq; coruscāt: quēadmodum scuta milites cōmouēt. Vocant hostē ,puocāt. Ver nactæ sudū. Serenū post pluuias: vt p sudū rutilare vidēt. Cāposq; patētes. Aerē purū & liquidū non nubibus clausum & ita aer cāpus est apū: vt mare nauiū: hoīm solū. Ipse in qnto dicit. Subtrahiturq; solum. Glomerantur in orbem: more bellantum. Nō densior aere grādo: in alijs enim bellis vīcti tantum pereūt in certamine vero apum etiam victrices. Nā dicturus est. Animasq; in vulnere ponunt. Tantum glādis: erit nominatiuus hæc glans. Ingentes animos angusto in pectore versant. Statius. Maiori exiguo regnabat corpore virtꝰ. Homerus.

Sinaūt ad pugnam exierint (nam sæpe duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuoq; animos vulgi & trepidantia bello
Corda licet longe præsciscere: nāq; morantis
Martius ille æris rauci canor increpat: & vox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum.
Spiculaq; exacuunt rostris aptantq; lacertos:
Et circa regem atq; ipsa ad prætoria densæ
Miscentur: magnisq; vocant clamoribus hostem.
Ergo vbi ver nactæ sudum camposq; patentes

ASCENSIVS.

¶Sinaūt ad pugnā. Quia docuit apes euocari aliqn̄ serenitate: docet cōsequēter eas etiā ad pugnā excitari & excitatas modicare: vtputa iactu pulueris posse sedari. Ordo est. Sin. i. sed si. sup. apes exierint ad pugnam (nam ne id mireris) discordia incessit. i. irrepsit sæpe duobus regibus. s. apū magno motu. i. cū tumultu populi. s. præsciscere & prædiscere continuo animos vulgi. i. reliquarum apum quæ respectu regū vulgus. i. vilis populus sunt & corda trepidantia bello: lōge scilicet anteq̄ ineāt p̄lia. Nāq; ille. s. notissimus & iclytus canor: id est clangor. Martius. i. bellicꝰ æris. i. litui aut tubæ æreæ: rauci id est rauce sonātis: hoc est murmur & strepitus apum bellicum clāgorē imitās increpat. i. carpit & exprobrat cū crepitu quodam morātis. s. intra cellas aut aluearia sua non statim ,prucētis. (Est aūt actū plurali numeri: exponit quis sit canor dicens) & ,p. i. vox imitata. i. imitans & effingens sonitus tubarum fractos. i. raucitate canentis cum stupore

ASC. Ordo.

Erumpunt portis: concurritur æthere in alto:
Fit sonitus: magnũ mixtæ glomerantur in orbẽ
Præcipitesq; cadunt. non densior aere grando
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis
Ipsi per medias acies insignibus alis
Ingentes animos angusto in pectore versant:
Vsq; adeo obnixi nõ credere: dũ grauis aut hos
a Aut hos versa fuga victor dare terga subegit[a]:
Hi motus animorum atq; hæc certamina tãta
b Pulueris exigui iactu compressa quiescẽt.[b]

auditur. s. inter apes. tum ipse apes coeunt. i. congrediuntur & conuentũ faciunt inter se existẽtes trepide. i. festine cum tremore sicut in bello tumultuario homines solent: & corruscant. i. micant pennis. i. vibrãtibus alis: & exacuũt rostris spicula. i. aculeos suos & aptant suos lacertos ad insultus faciendos & recipiendos & miscent circa regem dense. & ad ipsa prætoria. s. vbi prætor. i. princeps belli & iudex locum habet: hoc est summa cura custodiunt regem & ductorem suum in quare vt dixi Poeta per apes docet quod hominibus faciendum est: quod q; peculiari quadam laude galli hactenus obseruent. & vocant. i. prouocantq; magnis clamoribus hostem aut singularis est pro plurali quia plus significat: aut multo significantius hostem. i. regẽ caput belli & discordie. q. d. vt ad sui regis custodiam feruent: ita in aduersarij perniciem ardẽt

μικρος μεν εην δεμας αλλα μαχητης. Pulueris exigui iactu: quia cum puluerem viderint sperant tempestatem futuram: quæ eis plurimum nocet.

¶ Incessit. inuasit. Aptantq; lacertos. perstat in methaphoris Circa regem. Mira apum circa regẽ obedientia: quum procedit totum examen circa eum conglobatur: cingit, protegit cerni non patitur. Plynius libro vndecimo. Prætoria. dicta quod ibi resideat prætor ad diffiniendum. Nactæ: inuenerunt. Ver. sudũ. i. siccum quasi sine hudo: vt ait festus. Pulueris exigui iactu. Varro lib. iij. sic ait. Quæ crebrius inter se pugnabunt aspergi eas oportet aq̃ mulsa quo facto non modo non desinunt pugna. sed etiã cõferciũt se lingentes &c.

PIERIVS.

a ¶ Victor dare terga coegit. In omnibus ijs codicibus ant. quos habere potuimus. Subegit, scriptũ obseruauimus pro coegit.
b ¶ Pulueris exigui iactu cõpressa quiscent. In Mediceo, & antiquis plerisq; codicibus, quiescunt, præsenti tempore legitur, vt præcepta hæc magis asseuerare videatur.

Ergo: quia. s. nonnunq; ad pugnam exire solent vbi ipse apes. scilicet nactæ supple sunt id est obtinuerunt: ver sudũ. id est seorsum ab vdo hoc est clarum & serenum & campos patentes: vbi scilicet æquo marte pugnent hoc est data oportunitate temporis & loci: ipse erumpunt. id est vi se emittunt portis (allusio ad ciuitates) & concurritur. id est concursus fit scilicet ab vtroq; exercitu: in alto ethere & sonitus scilicet pugnantium fit & ipse mixte glomerantur. id est conuoluuntur in magnum orbem. id est glomus: & cadunt præcipites. scilicet mutuis vulneribus interempte & amissis potissimum spiculis. grando non cadit aut nõ pluit densior aere quam scilicet apes. nec tantum id est tam multum glandis pluit de ilice concussa: quantum scilicet apium cadit ex tali conflictu (& est apta similitudo: nam corpuscula apum grãdinis & glandis fere instar sunt). Ipsi scilicet reges & primi ductores versant in angusto corpore ingẽtes animos (pulchrũ antitheton) obnixi. i. obnitentes & constituentes vsq; adeo. i. omnino non cedere dum. i. donec victor grauis. id est molestus & grauiter vrgens subegit aut hos. hoc est aut vnos aut alteros dare terga versa id est obuersa fuga. i. per fugam: hi scilicet immensi motus animorum atq; hæc tanta certamina scilicet apũ: quiescent. id est sedabuntur compressa iactu. id est per iniectiõem exigui pulueris. credunt enim aut grandinem aut imbrem decidere: & est itetum antitheton tanta. i. tam magna certamina & exigui pulueris &c. Antitheton autem vt sæpe admonui dicitur cõtra positum hoc est contrariorum positio quæ plurimum splendoris habet. vnde ab inanibus causidicis plus iusto affectari solet dicente Persio. Pedius quid? Crimina rasis librat in antithetis: doctas posuisse figuras Laudatur. Sane ex huiusmodi coloribus quibus hic sparsim vtitur poeta liquet in mediocri dicendi charactere etiam exornatiõibus esse locum dummodo non sint affectate nec penitus impertinentes sed ad continuam translationem pertinentes. Quales sunt quibus in hoc potissimum. iiij. li. vtitur Maro noster. Nam nisi metaphoricos loquatur non posset exhibere quod in fronte receperat admirãda tibi leuium spectacula rerum. Opus enim erat in apibus animalium vtiliũ facile minimis res regales immo plus quam heroicas fingere: vnde dicturus est: esse apibus partem diuine mẽtibus & haustus. Aetherios dixere. Vnde nunc reges apum describens reges hominum graphice depingit non minus arguta inuentione quam homerus qui in deorum factis humana perscribit. Artificiosius enim est in minimis animalium summos hominum describere quam in deis homines. Omnia itaq; belli inter reges gerendi officia prescribit. Nam animosi duces non sinunt se castris aut menibus includi: sed statim in hostem prodeunt: quod quia nõ fecerunt troiani eis vitio datur vt est in nono: vocatur eos nõ phryges: sed phrygias muliercularũ enim est includi vnde nũc dicit. Sin autem ad pugnam exierint & discordia magno motu: queras quomodo magno motu cum tantilla sint illis corpuscula? Nempe animorũ quia regibus incessit. Illud autem incessit videtur præsentis temporis. Nam dicitur incesso incessis cum dandi casu vt incessit mihi cupido &c: Animos vulgi. Id quoq; ductorum optimorum est. Vnde ante prælia committenda fere contionem habere inducuntur vt militum animos prenoscant. Trepidantia aut martio furore concussa aut spemq; metũq; inter dubia longe præscissere quia longe dicit: certum est non esse inchoatiuum verbum: non etim longa est inchoatio: sed pro principali ponit dicere etiam potuisset prædiscere. Martius. id est bellicus: aut quali mars suos accendere solet. Multum autem ad bellum posse clãgorem tubarum indicat illud quod in sexto eneid. de Miseno docet. Aere ciere viros: martemq; accendere cantu. Quia vero apes non vtuntur tubis apte dicit vox auditur fractos sonitus imitata tubarum. Vbi miram vim depingendi etiam qui pingi non potest sonitus habet vocabulum fractos: nam subraucum & bellicum sonantis tube sonitum aut militis clamorem tremulum & subaridum indicat. Coruscant pennis vt milites armis. Natura autem hoc omnibus animalibus dedit vt quibus maxime valent minentur anteq; prælium committant. Sic enim canes dentes feles vngues. Tauri & arietes cornua ostẽtant: vt milites hastas suas vibrant: quia vero apes pennis. quæ alarum sunt tibicines plurimum possunt. nam fractis illis & penitus inutiles sint. Nõ ab re eas explicant. spiculaq; exacuunt rostris &c. Et circa regem quippe cuius cura ipsis præcipua est. quia rege incolumi mens omnibus vna est. amisso rupere fidem tota itaq; reipub. salus in regis salute consistit. Ad ipsa prætoria. id est tabernacula & tentoria regis. Nam prætor is est quicunq; in castris ius dicit. siue rex. siue imperator. siue dux. siue consul alioqui sit. Vocant ergo fiduciam pre se ferunt. quod militibus faciendum est. eo quod multi possunt quia posse videntur. Apte etiam dicit hostem nõ hostes aut quia plus sæpe per singularem significamus. aut quia ad totum exercitum hostilem respicit: aut potissimum. quia ad alterius factionis regem. sicut enim in sui cuiq; regis incolumitate salus est. ita in alterius regis nece victoria. Ergo vbi ver nactæ sudum. Ideo serenitatem expectant. quia ventus officit volatui. nec consilio sed nature stimulis ad prælia impelluntur. Sudũ aũt dr̃ seorsum ab hudo aut sine hudo: vñ & Plautus. Quin tu in paludem is. exagitasq; arundinem. qui pertegamus villã dum sudum est. Irrumpunt portis. alludit ad portas castrorum: vnde nullus mihi tam inepte fuerit sciolus vt dicat inepte dictas portas de alueorum rimulis. Nam summo artificio res minimas vt maximas effert. Alludit etiam ad militum bellicosorũ animos qui non expectant donec educantur sed prorumpunt. Ipsi quippe qui magni quia reges. Ipsi enim emphasim habet. Obnixi. id est obnitentes. Possemus plura etiam in sequentem partem: immo in totum opus afferre sed breuitati studentes interdum monuisse contenti sumus multo plura quam a commentarijs afferantur esse ab diligente interprete afferenda. Nos autem ideo breuiores sumus quod culpamur a nonnullis nimis aperti & faciles esse: atq; vtinam id solum sit in nostris vitij: Multa autem argute dicuntur a commentarijs reliquis: e quibus non obscitabundus lector plura discere poterit: vt ex illo Seruiano quod dicturus est ad aliud vela traham: & terris festinem aduertere proram vbi illam (inquit) allegoriam respicit qua est vsus in principio Ades & primi lege littoris oram. Item Pelagoq; volans da vela patenti &c. Traximus quod modo diximus allusiones & metaphoras conuenienter esse continuas.

Antitheton

a Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos[a].
Deterior qui visus: eum ne prodigus obsit
Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis auro squalentibus ardens:
(Nam duo sunt genera) hic melior isignis & ore
Et rutilis clarus squamis: ille horridus alter
Desidia latamq; trahens inglorius aluum.
Vt binæ regũ facies: ita corpora plæbis.
Namq; aliæ turpes horrent: ceu puluere ab alto
b Quum venit: & terram sicco[b] spuit ore viator
Aridus: elucent aliæ: & fulgore coruscant
Ardentes auro: & paribus lita corpora guttis.
Hæc potior soboles: hinc cœli tempore [c]erto
Dulcia mella premes. nec tantum dulcia quãtũ
Et liquida: & durum bacchi domitura saporem.
At quũ incerta volant cœloq; examina ludunt:
Cõtemnuntq; fauos & frigida tecta relinquunt:
Instabilis animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas
Eripe: non illis quisq̃ cunctantibus altum
Ire iter aut castris audebit vellere signa.


PIERIVS.

a ¶ Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos. In antiquis plerisq; codicibus, ambo, per. o. legitur, quam synceram, & emaculatam lectionẽ Sosipater Carisius agnoscit, addita ẽt ratione quod hoc græcos sequuti dicimus, quia illi τους δυο. & τος αμφω dicunt, neq; respuit Terentius eundem hunc modum, vt in andria. Nem charine ambo opportune vos volo, quod vero in adelphis est, vsq; a pueris curaui ambos sedulo. Helenius acron in eadem fabula locum ex Salustij. l. iiij. historiarum citat. Inter me atq; lucullum prope inopia rursus ambos incessit. Verriumq; dicit errare. qui putat hos ambo, dici debere. Indifferenter autem locutos veteres ex multis auctorẽ exẽplis Carisius ostendit. b ¶ Cum venit & terram sicco spuit ore viator. In antiquis aliquot codicibus, & sicco terram spuit.

ASC. ¶ Verum vbi ductores acie &c. Docet duorꝶ regũ p̃stãtiorẽ ẽẽ eli gẽdũ: & signa quibꝰ is dignosci possit: deteriorẽ aũt occidendũ ne pdigꝰ obsit dicẽs. Verũ. i. sed vbi. i. postq̃ tu reuocaueris acie. i. a pugna p iactũ. s. pulueris: ambos ductores. i. principes belli: hoc est reges: dede neci. i. occide eũ q visus sup. fuerit aut q videbit. deterior. i. minꝰ bonꝰ ne ipse pdigus. i. dissipator rerꝶ & exercitus sui obsit. i. noceat reipu. sue & rei tue priuate: & sine. i. pmitte vt sup. melior. i. p̃stantior corꝶ regnet in aula vacua. s. ab hoste q iã occisus fuerit. Bene aũt dr̃ i aula que ppꝛie regia dr̃ licet pro atrio vulgo accipiat̃. Alter. s. regũ hoc est p̃stantior: erit ardẽs. i. coruscans & resplẽdẽs macul̃ sq̃lentibꝰ. i. splendẽtibꝰ more squamarꝶ i piscibꝰ: auro. i. colore fuluo (dico inqt alter: nã duo sunt gña. s. regũ) hic. s. de quo loquit̃ videlicet isignis. i. insignitꝰ & decoratꝰ ore. i. facie. Est aũt diastole. i. positio breuis p lõga iãbus p spondeo i q̃rto pede melior insignis &c. & clarꝰ sq̃mis rutilis. i. micãtibꝰ ĩ morẽ auri: ille alter. s. deterior: horridꝰ desidia. i. segnicie & ẽt ignauia torpẽs: & trahẽs sup. erit inglorꝰ: aluũ latã. i. obesam & oblongã. Vt. i. queadmodũ binæ sup. sunt facies. i. facture & forme corporꝶ regũ: ita sup. bina sunt corpa plebis. i. vulgi: hoc est reliquarꝶ apũ: nãq; alie. i. aliq̃ horrent existẽtes turpes: ceu. i. veluti quũ viator aridꝰ. s. desiccatiõe aut siti: venit ab alto puluere. i. postq̃ pmeauit terrã puluerulentã: & spuit ore sicco. i. per puluerẽ saliue cõcretum exiccato: terrã. i. puluerẽ cũ saliua vt dixi cõcretum: alie. s. apes elucent i. coruscant fulgore: ardentes. i. resplendentes auro. i. fulgore auri fulgorem imitante: & corpora sup. earꝶ lita sup. sunt: paribꝰ guttis. i. macul̃ q̃si guttatiꝰ sparsis: hꝰ. s. posterior soboles ẽ potior. i. potiꝰ eligẽda tu pmes. i. coges hic. i. ex hac posteriorꝶ sobole: certo tpe i. dispone cœli mella dulcia nec tm̃ dulcia quãtũ &. i. parit̃ liqda i. defecata: & domitura durũ saporẽ bacchi. i. acre vinũ faciendo mulsum: hoc est q quidẽ dulcia erũt sed tñ magis liqda & ad mulsum cõficiendũ vtilia. ¶ At quũ incerta volãt tangit tertiũ euolãdi modũ: nã nõ solũ euolãt dũ educunt̃ aut dũ ad pugnã excitant̃: sed ẽt ad ludũ inanẽ quẽ phibere monet dicens. At. i. sed quũ. i. qñ examina. s. apũ volant incerta. i. vagabunda sine certa rõne euolatꝰ & ludũt cœlo. i. in aere: & cõtẽnunt fauos & relinquũt tecta sua. s. figida: vtpote ab operatione cessantes: nã feruet opus redolentq; thymo fragrãtia mella: tu phibebis aĩos. s. apũ instabilis. i. vagos & inconstantes nec ad rẽ intẽtos sup. ab ludo inani: nec magnꝰ labor. i. & nõ magna difficultas est phibere. p co qd̃ ẽ phibẽdi: tu eripe. i. deme regibꝰ alas & sup. phibueris: qa qsq̃. s. de plebe: nõ audebit ire iter altũ. i. euolare per aera: aut vellere signa castris. i. egredi ad pugnã illis. s. regibus cunctantibus. i. immorantibus in tectis.

SER. ¶ Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos. Deterior q visus peior a malo dicit̃ deterior a meliore. Ne obsit pdigus nõ mella cõficiens. sed mella consumens ideo regem sol̃ p̃cipit occidendum: quia eo amisso suus dissipatur exercitus. Nam vt binæ regum facies ita corpora plæbis. Squalentibus: splendẽtibus. qd̃ a squammis venit: vt Squãmis auroq; trilicẽ. nã a squalore sordidũ significat: vt Squalẽtẽ barbã. Terrã sicco spuit ore: aut i terram: aut re vera terrã ppter puluerem. Paribꝰ lita corpa guttis: similibꝰ. i. aureis habẽtes distincta corpora. Nã lita illita distincta. Potior soboles: ad mella. s. pcreanda. Cœli tpe certo. Et cum oriuntur pelaides: & cũ occidũt i. verno tpe & autumno. Dulcia mella: nõ est superfluũ epithetõ. Nam ideo dicit dulcia: quia etiã sunt amara: vt corsicana sicut in bucolicis diximꝰ. Liquida. defæcata sine sordibus: nã quæ fluũt mala sunt. Durũ bacci domitura saporẽ: apta mulso. bñ aũt ait saporẽ qa maiores vina asperrima mellis dulcedine tẽperabant. Frigida tecta: mell evacua inoperosa: cõtra feruet opus. Terẽ. Nimirũ hi hoies frigent. Instabiles animos: dissuadens: inanem vagãdi licentiã. Quisq; subaudi militũ: aut quisq; de exercitu. Altũ iter: aut ludendo in altũ volare: aut in bella procedere. Deterior Squalẽs.

MAN. ¶ Prodigus cõsumptor: pdigere enim est ɔsumere: vt docet festus. vacua: altero. s. rege. Aula: ea atriũ dicit̃. aulizo a utem i aula habito. Alter erit maculis. Aristoteles lib. v. sicait. Ducũ apũ duo sunt genera. Alterum fuluũ quod p̃stãtius est: alterũ nigrũ magisq; varium. Magnitudo ẽs dupla q̃ cæteris nec vnus ĩ quoq; examine dux: sed plures. Ply. lib. xj. sic apium rex non vermiculus nascit̃ vt aliæ: sed statim penniger. Reges plures inchoant̃ nec desunt postea ex ijs soboles quũ adulta esse cœpit ɔcordi suffragio teterrimos necat ne distrahant agmina. Duo aũt gña eorꝶ melior niger variusq; omnibus forma semp ægregia: & duplo q̃ cæteris maior pennæ breuiores crura recta. ingressus celsior in fronte macula quodã diademate candicãs: multũ etiam nitore a vulgo differũt illudq; constat imperatorem aculeo nõ vti: si qs alam ei detrũcet nõ fugiet examẽ. Quũ pcessere se q̃q; pximã cupit esse & in officio cõspici gaudet: fessum humeris subleuãt: validius fatigatũ ex toto portant: vbicunq; ille consedit ibi cũctarum castra sunt: tũc offẽta faciunt priuata ac publica vna dependentes in domibus tẽplisue. Sedere in ore infantis Platonis: tũc etiã suauitatẽ illã predulcis eloquij portẽdentes. semp duce phẽso totũ tenet̃ agmẽ amisso dilabit̃: migrãtq; ad alios: esse vtiq; sine rege nõ possunt. Inuitæ aũt interimũt eos quũ plures fuere potiusq; nascentiũ domos dirimũt. Hꝰ Ply. Sq̃lẽtibꝰ: splẽdẽtibꝰ. Ardẽs: lucẽs. Melior isignis ore diastole ẽ. Ore: aspectu & forma. Facies: ẽ facies totius corpis forma dicta facies a factura corpis: vt ait Noniꝰ. Aliæ turpes horrẽt apes: sunt & rusticę syluestresq; horridę aspectu multo iracũdiores: sed ope ac labore p̃stãtes. vrbanarꝶ duo gña optie breues variæq; & in rotundinẽ ɔpactiles. Deteriores lõgę & qbꝰ silitudo vesparꝶ. Etiã deterrimę ex ijs pilosę i ponto sunt q̃dã albę q̃ bis i mẽse mella faciunt. Ply. li. xj. Lita. i. illita ac distincta sunt. Potior: melior. Mella pmes. mellis ɔficiẽdi tpa duo sunt: Ver atq; Autũnus: sed vernũ suauiꝰ candidiꝰ oĩno p̃stãtiꝰ autũnali ẽ: auctor Arist. lib. ix. de aĩalibꝰ. Sicuti aũt duo ɔficiendi tpa ita eximẽdi. Col. aũt li. x. scri. q̃ pacto solstitio vsq; ad ortũ cãiculę: q fere dies. xxx. sunt piter frumenta & faui demerunt̃: a cãicula fere post diẽ. l. arcturꝰ orit̃. Post arcturi exorrũ circa ęqnoctiũ librę fauorꝶ secũda est exẽptio. Var. vo li. iij. scri. eẽ tria tpa eximendorꝶ fauorꝶ de quibꝰ iferiꝰ dicã ibi. s. Duo tpa messis. liquida: pura: Durũ bacchi domitura saporẽ: Aristeus primꝰ oĩm mel miscuit vino suauitate p̃cipua. Fit aũt mulsum e musto cũ gnq; cõgijs austeri musti cõgio mellis & salis cyatho sufferue factis. Ply. li. xiiij. Ludo inani. i. ab ludo phibebis inani. tũc ei nõ mellificãdi gr̃a exeũt. Vellere signa: a militibꝰ sũpta metaphora illi ei digressuri euellũt signa. Quisq;. i. aliq̃ apũ. Nã vt scri. Ply. Si qs aiã regis detrũcet: nõ fugiet examen. Quisq; præterea & masculino & feminino generi iungitur Terentius in Eunucho quando quidem illarum neq; te quisq; nouit: vbi notandũ quisq; pro muliere dictum. Prodigꝰ Apium reges. Facies. Mulsum Quisq;.



Inuitent croceis halantes floribus horti:
Et custos furum atq; auium cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.
Ipse thymum pygnosq; ferens de montib⁹ altis
Tecta ferat late circum cui talia curæ.
Ipse labore manum duro terat: ipse feraces
Figat humo plantas: & amicos irriget imbres:
Atq; equidem extremo ni iam sub fine laborũ
Vela traham: & terris festinem aduertere prorã:
Forsitan & pinguis hortos quæ cura colendi
Ornaret: canerem: biferiq; rosaria Pæsti:
a Quoq; modo potis gauderent intyba riuis[a]:
Et virides apio ripæ, tortusq; per hærbam
b Cresceret ĩ ventrẽ cucumis: nec sero[b] comantem
Narcissum: aut flexi tacuissem vimen achanti:
Pallẽtesq; hederas: & amantis littora myrthos.

SERVIVS.

SER. ¶Inuitent croceis halantes floribus horti. Tã odoris optimi q; coloris: nõ em̃ dicit illic solum crocum esse debere. Hellespontiaci seruet tutela priapi. Nõ dicit priapũ illic esse debere: sed p̃cipit tales esse hortos: vt mereantur deum habere custodẽ. Hic autem priapus fuit de Lãpsaco ciuitate Hellesponti: de qua pulsus ꝓpter virilis membri magnitudinẽ post in numerum deorꝝ receptus: meruit numen esse hortorum. De hoc Hora. Nam fures dextra coercet: Obscœnoq; ruber porrectus ab inguine palus. Ast importunas volucres in vertice harundo Terret fixa. dicitur aũt præesse hortis propter eorũ fœcũditatem: nam cum alia terra semel creet aliquid, horti nunq̃ sine fructu sunt. Ipse. s. diligens rusticus & cultor agrorꝝ. Irriget: infundat. Imbres aquas. Iuuena. In tenuis plantas facili diffunditur haustu. Vela trahã: ꝓ traherem. Et terris festinem: aduertere proram: illam allegoriam respicit: q̃ est vsus in primo. Ades & primi lege littoris oram. Itẽ pelagoq; volans da vela patenti. Festinẽ: pro festinarem. Pinguis hortos

Pæstum fœcundos. Biferiq; rosaria pęsti: pęstum oppidum est calabrię in quo vno anno bis nascitur rosa.

cucumis Cresceret in ventrem cucumis: ĩ curuaturã ideo autem sic quia per hærbã. Nã rectus crescit si pẽderet: Sane hic cucumis huius cucumis declinaẽ: sicut agilis secũdũ idoneos. Nã neoterici huius cucumeris dixerũt sicut puluis pulueris. Nec sero comãtẽ narcissum. sero florẽ hñtem.

PRO. ¶Et custos furũ atq; auiũ falce saligna. Hellesponthiaci seruet tutela Priapi: in hellesponto est lampsacũ oppidum in quo priapus formosissim⁹ diciẽ esse: quẽ ciues eius colunt vt deum: is autem in horto ponitur: vt auibus formidini sit. Itemq; noctu furib⁹: qđ ĩterdiu custos vr̃ staẽ.

MAN. ¶Hellespontiaci priapi fabulãtur antiq filiũ Dionisij ac veneris priapum fuisse: ducti vero satis simili coniectura: q quivino indulgeant: sunt natura in venerẽ prõptiores. nõ solũ aũt in vrbium tẽplis: sed in agrestib⁹ quoq; locis tanq̃ vinearꝝ atq; hortorũ custos colitur: fructuũ furesca-

Priapus. stigans. huic deo sacra cũ ludo & risu fiebant. Diodo. li. v. priap⁹ itẽ port⁹ & vrbs ad mare hellespõti sita: nomẽ hñs a priapo q apud eos colebaẽ. Hinc ab iunioribus in deũ habit⁹ est. Nã Hesiodus priapũ nõ nouit. Str. li. xiij. Falce saligna Ply. li. xix. c. vij. sic ait hortosq; & foros tm̃ contra inuidentiũ fascinationes dicari vidimus in remedio saturnica signa: hec ille Cur autẽ falx saturno detur lib. ij. Geor. ostendimus & Colu. lib. xiij. de cultu hortorũ sic ait. Sed truncũ forte dolatum. Arboris antique numen venerare Thyphalli Terribilis membri medio q semp in horto Inguinibus puero p̃doni falce mineẽ Diodo. aũt scri. lib. v. q hũc deũ quidam Thyphallũ: alij thyphonẽ noiant. diciẽ aũt præesse hortis: vt ait Ser. ꝓpter eorꝝ fœcunditatẽ. Horti em̃ nũq; sine fru-

Thymũ ctu sunt. Thymũ hortis maxime: aluearia & apes cõueniunt: res

præcipui

PIERIVS.

a ¶Quoq; modo potis gauderẽt intyba riuis. In Lõg. versus ita legiẽ. Quoq; modo positis gauderẽt intyba fibris. q̃ q; fibris, superadditũ eadẽ m̃ manu, & atramẽto nõ dissimili. no. Marcell⁹ in libro de idiscretis gñib⁹, hoc citato versu, riuis, agnoscit. Hic ei loquiẽ de satiuo, nõ nescim⁹ v̾o alibi dictũ, & amaris intyba fibris. Sed ei priascianus, vbi potus p syncopã a potatus meli⁹ dici docet. Vergilij locum hunc citat. Quoq; mõ potis gauderẽt intuba fibris, velut illđ. Huc ip̃i potũ venient p prata iuuẽci. Qđ v̾o Ver. & Ply. intubũ gñe neutro ꝓtulere, lucilli⁹, & pomponi⁹ gñe masculino ponere maluerunt. Sed & illud nõ p̃teribo codices plerosq; ex antiquiorib⁹ legere intuba, p, u, & apđ Plyniũ ĩ vetustis cod. intubũ, passim haberi, & ita dubio ꝓcul scribendũ est apđ latinos, quum intubum, & Dioscoridis, & galeni, & aliorum quorundam auctorum attestatione, sit Romana dictio. Literam vero, y, nequaq̃ esse Romanam manifestum est. Verũ græcos, u, breue prę sertim ex dictiõibus nostris ea littera scribere instituisse. quare qui ιντιβομ apud græcos legerant, vtputa apud Galenum κικωϱιομ το ϱωμαιστι λεγομενομ ιντυβολαχανομ. Apud dioscoridẽ vero ϱωμαιοι ιντυβομ αγϱεστεμ, Et ita apud alios: nihil animaduertentes eam latinam esse dictionem græce scribere maluerunt, q̃ eam Romanæ scriptioni reddere. b ¶Nec sero comantem narcissum. Superius dictum est, crebro, vltima breui positum in Longobardico exemplari, ita etiam hoc loco, sero comantem, tam in eo q̃ etiam in Mediceo codice habetur. Nam & apud statium, sero memor thalami legas, & aduerte etiam apud Seruium legi debere, sero flores habentem. Hoc enim ille tantum dixit, non taciturus quidem, si sera pro sero figuratam elocutionem agnouisset.

ASCENSIVS.

¶Inuitẽt cro. &c. Admõuit subitos tumult⁹ atq; ianis lusus apũ ꝓhibẽdos nũc monet ad mellificationẽ eliciẽdos & croceis floribus inuitãdos factur⁹ digressiunculã de hortorꝝ cultu subiuncturusq; cuiusdã senis fecundã in ea re diligẽtiã. ¶Ordo est. Horti halãtes. i. fragrãtes & spirãtes florib⁹ croceis. i. aut reuera croci aut crocei coloris: inuitẽt. i. alliciãt & attrahãt apes ad se. & custos furũ atq; auiũ. s. importunarꝝ cũ falce saligna. i. q pingi solet cũ arũdine aut falce ex salice facta: hoc est priap⁹ cuius falx Saturno deẽ appositorie tutela. q. d. q custos ẽ & tutela priapi hellespõtiaci. i. ex hellesponto oriũdi & illic sũmopere culti. seruet. s. hortos: aut tales sint vt seruari mereanẽ. ip̃e s. diligẽs rustic⁹ ferẽs. s. ad aluearia: de altis mõtib⁹ thymũ. i. hęrbã illã apib⁹ gratissimã & pręcipue in montib⁹ natã qa dulcior est: & pinos. s. ad ceras ꝯficiendas & thymum ad mella. & is. s. cui talia. s. mella & cere: sunt cure: ferat late circũtecta. s. thymũ & pinos hoc est frondes pinorũ: ip̃e. s. rusticus apũ curator: terat manũ duro labore & ipse, figat. i. affigat humo: plantas feraces: & irriget. i. supfundat: imbres amicos. i. salubres. Atq; equidem. id est ego certe ni id est nisi ego traham iam vela. i. sim iuxta nauationis institute portũ: hoc est sub extremo fine laborꝝ: & nisi festinẽ aduertere terris. i. ad terrã ꝓrã. i. posteriorẽ nauis partẽ. qđ faciũt q ĩ statiõe nõ diu mãsuri sunt: vt enei. vj. Obuertũt pelago ꝓras: ego forsitan canerẽ & . i. simi' q̃ cura colendi. i. ĩ colendo: ornaret hortos pĩguis. i. fecũdos: & rosaria. i. rosarꝝ copiã aut plantaria: pesti. illi⁹ oppidi ĩ calabria biferi. i. bis quotãnis fruct⁹ ferẽtis: quoq; (due sunt voces). i. & q̃ mõ intyba gauderẽt. i. læta eẽnt riuis potis. i. absũptis & imbibitis: & quo mõ ripę virides gauderent apio. i. hærba illa viridi: & cucumis: hærba illa tort⁹. i. implicata p hærbã: cresceret in vẽtrẽ. i. lãtũ ventrẽ accipet: nec tacuissem. i. ẽt cecinissem: narcissũ. i. herbã illã eiusdẽ nois florẽ ferẽtẽ: comantẽ. i. frondẽtẽ aut florẽtẽ sero: id tarde & vimẽ achãti: illius fruticis spinosi: flexi. i. flexil' aut reuera flexi in hortis & hederas pallentes. i. albas: aut pallere facientes. & myrtos amantis littora. i. feliciter nascẽtes in littoribus quare in Veneris quæ nata in mari est dicuntur tutela.

p̃cipui q̃stus quum fauit. harꝝ ergo causa oportet serere thymum apiastrum rosam violas lilium cytisum fabã papauer casiam mellilotũ melisphyllũ cerinthẽ sinapim arbores. itẽ q ꝓxime seri cõuenit q̃ & euolantiũ examina inuitent. neq; longius abire patiãẽ: & genistas circũseri aluearis gratissimũ Ply. li. xxi. c. xxiiij. Thymũ: thymi duo gña. Candidũ radice lignosa in collib⁹ nascẽs: qđ & p̃ferẽ alterum nigrius florisq; nigri præcordijs medetur ex aceto cum melle. quæ potio datur & in alienatione

mentis

mentis ac melācolicis.Ply.li.xxi. Var.aūt li.iij.scri. Thymū aptissimū esse ad mellificiū.ppter hoc siculū mel ingt fert palmā q in thymū bonū & frequēs est.& Col. lib.x.ait q saporis pci= pui mella reddit thymus: Thymo deinde pxima Thymbra ser= pillumq & origanū.Pinosq ferēs: Ceras em ex oīm arbor satiuarumq floribus cōfingūt apes excepta Rumice & Clenopede:herbarum hæc genera.Ply.lib.xi. Atq equidē: excusat si cur de hortis nō scribat. Vela traham. a nautis ducta metaphora: q portui vi= cini aut littori vela cōtrahunt. Aduertere appropinquare. Biferi pesti: in Lucania pestū oppidū ab græcis posidonia appellatum a Dorensibus conditū: vt Ply.li.iij.& Soli.aiūt.Stra.itē lib.v.sic ait.Hoc vo tpe sinus ipse pestanus nūcupat: verū vrbs ipsa posidonia pestū vocat medio in sinu locata: vtq alij dicunt tanta ibi cœli indulgētia viget: q bis in anno fructus quosdā & rosas ipsas pducit: qd quidē hic qq Maro ostendit. In tyba: de is lib.i. Geor. Apio de hoc æglo.vi. Tortus cucumis: Crescūt cucumes q coguntur forma in Italia virides & q minimi in puinciis maximi & citrini aut nigri. si vas cū aqua subnciat a.iiii. digitor intervallo descendūt ante posterū diē at si oleū eodē mō sit in hamos curuant: quū magnitudinē excessere pepones vocant. Prouenīūt & mali cotonei effigie. quos Melopepones vocāt. nō pēdēt n humi rotundant Ply.li.xix. vtq etiā ex lib.xx.colligi pōt. Cucumeres torti dicunt pepones rotūdi: Melopepones melones Narcissum vide latius in Alexi. Sera p sero ac diu. Achāti videto in Palemone Hederas: diximus æglo.vij.

Pestu — Cucumeres. — Pepones

ASCENSIVS.

Asc. ¶Nāq sub œbalie&c. Vt paucis nos inuitet ad hortor culturam ostēdit quantū valeat p senē quēdā q in Italia sterilē locū alioqn cultu diligēti tā fertilē fecerat: vt ex eo sibi victū pararet variosq ornatus haberet: vn̄ dicit. Canerem quidē pdicta: nāq p qa ego

Memini memini.i. memoria repeto: me vidisse (Agretius dicit hūc locū esse mirabilē rarūq inuētu vbi memini apud idoneos cū verbo pteriti tpis cōstruat: cū totus sermo de pterito sit) .i. q viderim aliqn̄: sub altis turrib9 œbalie.i. tarētine vrbis calabrie ab œbalijs hoc est laconib9 extructe: in ea.s. pte qua Galesus fluui9 ille calabrie niger.i. cerule9 aut pfund9: humectat.i. irrigat: culta.s. arua: flauentia.s. ex flaua cerere hoc est segete: vidisse dico senē coryciū. i. cilicem hoc est ex corico cilicię oppido piratā tarētine cum alijs colonū effectum: cui.s. seni erant pauca iugera ruris relicti.i. deserti & ppter sterilitatē anemine occupati nec culti. Illa seges.i. terra nō erat opportuna.i. accōmoda & gratā iuuēcis .i. armētis nō pecori.s. gregario: nec erat cōmoda baccho.i. vitibus tn̄ ille pmēs.i. vi pserēs in dumis holus rarū.i. plātatile & pmēs alba lilia & verbenas.i. herbas qbus in sacris vti solebāt: circū.i. p circuitū holer & papauer vescū.i. imminutū & parue esce accōmodū: aut q vesci posset equabat animis: qa re ipa non potuit: opes.i. diuitias & facultates regū.i. ditissimor: & ipse reuertēs.i. rediens ex illo agro sterili: domū nocte sera.i. supma luce postq totā diē culture imptiuerat: onerabat mēsas.s. suas dapib9.i. escis: inēptis.i. nō emptis sed ex agro suo collectis: qa forte moretū aut alid placēte gen9 ex holerib9 & herbis cōfecerat. Ipse carpere.i. carpebat (Figura historijs apta q infinitiuū p idicatiuo ponim9) prim9 rosam vere.i. tpe verno: atq carpebat prim9 poma autūno.i. tpe autūnali: & cū hyems tristis rūperet etiā nūc.i. ipso pūcto tpis saxa frigore.i. gelu asprimo & frenaret cursus aqrū.i. cōstrigeret aqs currere solitas: glacie ille tondebat.i. metebat iā tū comā.i. recentē frōdē aut summitatē: achāti mollis.i. tenere & eo anno nate. icrepitās.i. cū crepitu exprobrās æstatē serā.i. tarde aduentātē: & zephyros vētos illos dulcis vernā tēpestatē afflare solitos & fauonios latine dictos morātis.i. tardētes venire & flare sua tēpestate.

Namq sub œbalie memini me turribus altis
Qua niger humectat flauentia culta Galesus
Corycium vidisse senem: cui pauca relicti
Iugera ruris erant: nec fertilis illa iuuencis
Nec pecori opportuna seges: nec commoda baccho:
[a] Hic[a] rarū tn̄ in dumis holus: albaq circum
Lilia verbenasq premens vescumq papauer:
Regum æquabat opes animis: seraq reuertēs
Nocte domū dapibus mēsas onerabat inēptis.
Primus vere rosam atq autūno carpere poma
[b] Et cum tristis hyems etiam nunc[b] frigore saxa
Rumperet: & glacie cursus frenaret aquarum:
Ille comam mollis iam tum tondebat achanti
Aestatē increpitans serā: zephyrosq morantis.

PIERIVS.

a ¶Hic rarum tamen in dumis olus. In Lōgobardico codice legere est, hinc, hoc est ex paucis illis iugeribus, quæ nec pabulo, nec segeti, nec vitibus etiam opportuna. In reliquis, hic.

b ¶Et cum tristis hyems etiam nunc. In codicibus nonnullis, etiam num, quæ dictio frequentissima apud Plinium, ex eo, quod Græci ετι και νυν dicunt.

SERVIVS.

SER. ¶Oebaliæ memini me turribus altis Oebalia ipsa est laconia: vnde de Castore & polluce ait Stati. Oebalidæ fratres: Galesus: fluuius Calabriæ: qui iuxta ciuitatem labitur Tarētinam in qua se hortos optimos vidisse commemorat. Oebaliæ autem turres ait quas cōdiderāt hi qui de œbalia venerāt. Nam vt etiam in tertiū ęneidos dicimus Lacōes diu bello attriti ab Atheniensibus & inopiā timentes virorum: pceperunt vt virgines cū quibuscūq concūberent: quo facto cū post victoriā iuuenes de icertis parētibus nati erubescerēt originē suam. nā & partheniatę. (Partheniatę.) i. de virginibus nati appellabantur duce pallanto. viij. ab Hercule nauigijs pfecti venerūt ad oppidum Calabrie qd Taras Neptuni filius condiderat: & id auctum habitauerunt. Coryciū vidisse senē: cilicē: Corycos em ciuitas est cilicie in qua antrum illud famosum pene ab oībus celebratum. (Coricos.) Et hic per transitū tangit historiam memoratā a Sue. Pompeius em victis pyratis cilicibus partim ibidem partim in gręcia: partim in Calabria agros dedit. vnde Luca. an melius fiēt pyrate magne coloni. Male autē quidam corycium proprium esse asserūt cum sit appellatiuum eius: qui more corycio hortos excoluit: quod etiam Ply. testimonio comprobatur. hic ordo est memini improprie vidisse corycium senem. (Memini) Dicimus autem memini videre. Teren. Memini videre quo equior sum pamphilo si se illam in somnis. Relicti: deserti: atq contempti. Quis enim agrum non sperneret nulli rei aptum non vitibus: aut frumentis vel pascuis? Rarum holus. id est plantatile. Vescumq papauer. Quo vescimur. Nam est aliud lethæum quo non vtimur. Nam vescas salicum frondes aliter dictum est. Regum equabat opes animis non potestate: quia regum more cibis non comparatis vtebatur. Frigore saxa. Vnus em̄ est vt diximus effectus caloris & frigoris. Glacie cursus frenaret aquarum: mira varietas. Nam supra ait concrescunt subite currenti flumine crustę. Aestatem increpitans seram: tarde venientem: cum ille eius iam carperet fructus.

PRO. ¶Oebalia: arx ab Oebalo dicitur in lacedemone hoc ipsum oppidum quod preterfluit. Galesus flumē: Pompeius quum oppugnaret piratas remigibus eorum promisit agros si vicisset eorum adiutorio. Quorum proditione victor tarentinorum agros veteranis diuisit. Et quicquid deterrimum fuit: remigibus dedit Cilices autem tunc exercuerūt piraticam. Est autem in Cilicia promontorium corycium: cilicem intelligi vult: hoc est remigem piratarum.

MAN. ¶Oebaliæ turribus. Tarenti intelligit: quod oppidum lacedemonij edificauerunt: duce phalanto: Appollinis oraculo: vt latius Stra. libro. vj. edocuit. Oebalus autem arguli filius laconię rex suo nomine prouinciam dixit: vt scri. di. Cretensis in Troiana hystoria. Galesus: is vt Liuius libro. v. secundo bel. punico dixit Calabrie flumen est Tarento proximum per quinq passuū milia. Niger ceruleus. Corycium senem. Cilicem intelligi vult: vt Probus inquit: hoc est remigem pyratarum. Pompeius enim quum oppugnaret pyratas. remigibus eorum promisit agros: si vicisset eorum auxilio quorum proditione victor Tarentinorum agros diuisit: est autem corycos Mela teste oppidum in cilicia supra quod specus est nomine Corycius. supra q dici possit eximius. Seges. id est terra. Baccho: vitibus. Rarum holus: quia rarum transponitur. Est autem holus (Holus.) vnaqueq hærba qua vescimur. vtq ait Varro ab hola holera dicta: ibi enim decoquebantur. Verbenas: videto in pharmakeutria ægloga. Vescumq papauer: De papauere latius in Alexi ægloga: latissime tamen libro primo Georgicorum ibi. Et cereale papauer. Vescum: id minutum significat teste Nonio: potest tamen hic etiam quo vescimur exponi: vescebantur enim papauere vt superius ostendimus. Opes animis: ait Seneca in animo non in patrimonio putemus esse diuitias. Animus est qui diuites facit. Carpere carpebat. Etiam nunc: hoc est adhuc dicitur item etiam num. (Etiānū.) Seram: tardius venientem cum ipse in hyeme rosas carperet & huiusmodi. Zephyrosq morantis libro. iij. Georgi. diximus zephyros in æstatis principio flare: ibi videlicet at vero zephyris quum leta vocantibus æstas.

ASC. ¶Ergo apibus &c. Ne p̄ter institutū diuagatus culpet' applicat q̄ de sene corycio elocutus est ad ꝓpositā materiā dicēs. Ergo q̄a scilicet diligēs fuerat hortorū cultor idē.s.senex corycius: abūdare.i.abūdabat primus apibus fetis.i.enixis partū atq; multo examine.i.fœtu educēdo: & ipse cogere.i.cogebat hoc est constipabat primus fauis pressis mella spumātia.s.expressura aut ex impetu & vehementi casu: pondus em̄ aquarū & p̄ceps casus spumā ꝓcreat: tilie sup.fuerant illi: atq; pinus huberrima sup.fuerat illi quotq;.i.& quot pomis arbos.i.arbor fertilis induerat.i. ornauerat & vestierat se i flore nouo.i. quot flores ꝓduxerat arbor: ip̄e senex tenebat totidē.s.poma matura in autūno: & ita nullus flos peritū deciderat. Ille.s.idē senex: distulit.i.transtulit & disposuit etiā vlmos seras.i.grādes & diutinas: in versum.i.ordinem & lineā ab qua directe vertat': & pirū edurā.i.valde durā: & spinos ferētes iā pruna hoc est iā fœcundos: Nā Seruius vult gn̄e masculino dici arborē spinū: putat' tm̄ voluisse dicere voce masculina sub vs.s.nō a, & distulit etiā platanū arborē ablatis ramalibus dictā ministrātē potātibus.s.sub ea vmbrā. Nā is p̄cipu' ei' arboris vsus: verū.i.sed ipse.i.ego q̄dē.i.certe exclusus.s.ab hmōi rerū executione iniq̄s.i. inæqualibus: hoc est nimis breuib' & angustis spacijs. i. metis aut vitæ aut carmīs aut alijs negocijs vrgētib' p̄tereo hæc atq; relinquo cōmemorāda.i.recēsenda post.s. hui' opis editionē aut ꝯsummationē: alijs.s.poetis & scriptorib'

Ordo,

Ergo apibus fœtis idem atq; examine multo
Primus abundare: & spumantia cogere pressis
Mella fauis: illi tilie atq; huberrima pinus:
Quotq; in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat: totidē autūno matura tenebat:
Ille etiam seras in versum distulit vlmos:
Eduramq; pirum: & spinos iam pruna ferentes.
a Iāq; ministrātem platanū potātibus vmbras.[a]
b Verū hæc ipse equidē spaciis exclusus[b] iniquis
c Prætereo atq; aliis post[c] cōmemoranda relinquo.

PIERIVS.

a ¶Iamq; ministrantē platanū potātibus vmbrā. Veteres oēs codi. vmbras, habēt numero multitudinis, forte vt spaciosius aliquid ostendat, quod memoria proditum plures olim turmas sub vna platano condi solitas: de hac autem Varro. Iucunda eius vmbra haud alia lætius operiente toros. Plyn.
b Platanus arbor nulli rei, nisi vmbræ vtilis. b¶ Spatijs discussus iniquis. Veteres om̄es codi. exclusus, habent, quod & Columellæ parodia confirmatur, discludere enim aliud significat.
c c¶ Atq; alijs post commemoranda relinquo. In codi. aliquot legas, post hæc memoranda, sed commemoranda, Longobardicus, & aliquot alij codices habent. Sunt qui post memoranda, legant, vt in Mediceo cod. habetur, quam lectionem videt' agnouisse Columella.

SE ¶Ergo apibus: ne sine causa hortos descripsisse videretur. Illi tilie atq; vberrima pinus: illi scilicet vberrima. Nam per naturā & tilie & pinus steriles esse dicūtur. Seras vlmos. Maiores quod nimiæ difficultatis est. In versum: in ordinem vt triplici pubes quam dardana versu impellunt. Distulit transtulit: nam permutauit præpositionem. Edurā pirum: eduram nimium duram validam. Et spinos iam pruna ferentes: prunorum arbor spin' vocatur gene. mascu. Nam sentes has spinas dicim'. Spatijs exclusus iniquis. Angustis, vt Spacioq; subit sergestus iniquo: & dicit se carminis breuitate constrictū hortos plenius non posse describere. Alijs post cōmemoranda relinquo. Gargiliū Martialē significat. Spi

MA ¶Fœtus: acsi diceret enixis. Abūdare: abundabat. Cogere: cogebat. Illi tilie.s.erant huberrimæ fœmina enim semen fert ac florem teste Ply. Sed de tilia latius li.j. Geor. ibi ceditur & tilia ante iugo læuis. Colu. autem li.x. c.iiij. scri. Tilias esse apibus nocentes. Verg. vero aliter sensisse videtur cum hic apposuerit cū ipsa pinu: cuius quidem floribus: vt cæterarum pomiferarum arborum vescantur apes & paulo inferius ait. Et pinguem tiliam scilicet pascuntur. Et Ply. libro.x. capi.xiij. scribit. q; sorbetur mel optimum: & minime fronde infectum e quercus: tilie: arundinum folijs. Seras: diutinas grādes ingentes. In versum in ordinem. Distulit: transtulit. Eduram: hoc loco robustā & per id grādem. Iam pruna ferentes: per id agelli optimum ingenium ostendit: cum in eo transpositi ingētes trunci: non solum plantulæ optimæ prouenirent: ac crescerent. Iniquis: angustis breuibus: hoc est carminis breuitate compulsus &c. Atq; alijs post commemoranda relinquo: id autē Columella executus est postea vnde ait ipse li.xj. Hortorum quoq; te cultus siluinæ docebo: atq; ea quæ quondam spacijs exclusus iniquis cum caneret lætas segetes: & munera bacchi: & te magna pales: necnon cœlestia mella. Vergi. nobis post se memoranda reliquit. Floruit autem Colu. senecæ tempore ipse namq; lib.iiij.c.iij. de vineis sic ait: his certe temporibus & Nomentana regio celeberrima fama est illustris: & præcipue quam possidet. Seneca vir excellentis ingenij atq; doctrinæ: cuius in prædijs vinearum iugera &c. columella.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Nūc age &c. Ingredit' ergo ad describēdas naturas apū & mores sane mirabiles dicens: Nunc age adhortādi est ad auditorem spectās aut etiā primā ꝑsonā respiciēs: expediā.i. paucis aperiā naturas quas iupiter ipse.s.q maximus est & p̄cipue pōt: addidit scilicet ad priores naturas: & ꝓ qua mercede.i.qd mercedis accepturæ ipsæ secutæ canoros sonitus curetū: illorū ppl'orū cretæ q Iouē in dicteo mōte alēdū susceperāt: & secutæ æra crepitātia id est cū crepitu sonātia dū a curetibus pulsabant' ne Saturn' vagitū iouis pciperet (habuerūt ergo iā tūc apes naturā sequēdi crepitū peluiū: sed addidit: Iuppiter vt sole cōes natos haberēt & vt sine ꝯcubitu ederēt fœtus) q; ergo ipsæ secutæ æra crepitātia: pauere regē cœli videlicet Iouē: sub antro dicteo.i.q in dicte mōte cretēsi abscōditus erat. Incipit ergo narrare naturas supadditas & mores apū dicens. Solę.s.apes habent natos cōis etiā a multis partos & genitos: & habēt tecta vrbis.i.habitationis cōsortia.i. cōia & ad cōem sortē ptinentia: & agitāt æuū sub magnis legib' q̄a sub legibus naturæ: & ipsæ

Ordo,

Nunc age naturas apibus: quas iuppiter ipse
Addidit expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus crepitantiaq; æra secutæ
Dicteo cœli regem pauere sub antro.
Solæ communis natos: consortia tecta
Vrbis habēt: magnisq; agitāt sub legibus æuum:
a Et[a] patriam solæ & certos nouere penates.
Venturæq; hyemis memores æstate laborem
Experiuntur: & in medium quæsita reponunt.
Namq; aliæ victu inuigilant: & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra septa domorum
b Narcissi lachrymā & lentum[b] de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina: dein de tenacis
Suspendunt cæras: aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus: aliæ purissima mella
Stipant: & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti.
Inq; vicem speculantur aquas: & nubila cœli.
Aut onera accipiunt venientū: aut agmine facto

SERVIVS.

SER ¶Natura apibus quas iuppiter ipse addidit: naturas ꝓ moribus posuit. Aut addedit significat: aut reuera addidit. Necesse em̄ ē eas etiā ante habuisse aliquos mores proprios. Pro qua mercede. Ordo est. Expediā naturas apū: q̄ canoros curetū sonitus crepitātiaq; æra secutæ. Dicteo cœli regem pauere sub antro: ꝓ qua mercede.i. gr̄a: vel labore. Solæ cōis na. Nā vt etiā Dona. dicit tragicū est: & vltra carmē Geor. si accipiamus ꝓ qua mercede exclamationē esse: vt sit ꝓ quanta hoc mercede fecerūt: vt.s. Iouem alerēt: quē Ops Saturni vxor curetibus coribātibus & ideis dactilis custodiēdū dedit in mōte cretæ Dicteo: ne eū Saturnus cōsumeret vt filios om̄es solebat. Qd' ideo fingit': q̄a Saturnus & vt diximus tēporū deus est: quæ in se reuoluunt' in æternū: tunc itaq; apes æris sonū secutæ Iouē melle aluisse dicunt' ꝓ qua re eis postea p̄stitit Iupiter vt haberēt liberos sine vllo cōcubitu. Solæ cōis natos. Plato in libris quos περὶ πολιτείας: id est de repu. scripsit dicit amori reipu. nihil esse præponēdum. Omnes præterea & vxores & liberos: ita nos tāq̄ Satur Co

solæ

cōmunes

Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent.

c Feruet opus:redolētq; thymo fragrantia c mella

PIERIVS.

a ¶Et patriam solæ & certos nouere penates. In codicibus aliquot legere est, a patriam solæ, & certos nouere penates: non enim, a, semper dolentis interiectio: sed admirationem interdum significat, scribi vero, a, sine adspiratione ex probo alibi notatum. In Longobardico non est, &, secundo loco legitur vero. Et patriam solæ certos no. pe. sed enim qui dictionē &, hinc auferunt, venustatem etiam omnem a versu auferūt.

b ¶Narcissi lachrymam, & lentum de cortice gluten. In codici. aliquot antiquis & præsertim in Longobardico, lectum, legitur: non lentum, plurimarum enim arborum cortices gluten exsudant, vt resinam & succinum, quibus vtuntur apes, in opere suo construendo ad firmitatem: sed & lentum placet, quod proprium est glutinis epitheton.

c c ¶Redolentq; thymo fragrantia mella. In Longobardico, flagrantia, scriptum est quod non probatur, ex grammaticorum distinctione.

❧cōmunes habere debere: vt castitas sit nō libido cōfusa. Qd̄ præceptum nullū animal dicitur præter apes seruare potuisse. Magnis agitant sub legibus. id est æternis nunq; mutabilibus: ijsdē enī legib⁹ semper vtunt̄: nec eas vt hoīes sepe cōmutant: Nouere penates. Charissimos habent: vt hic iter flumina nota. i. chara. Et in mediū quesita reponūt. Quesita & parta in cōe cōseruant: ipse alibi in mediū q̄rebant. Et victui inuigilant pro victui. Fœdere pacto. s. vt vicissim in aluearibus vel in agris laborēt. Narcissi lachrymā: humorē. Quod aūt narcissi lachrymā: allusit ad fabulam: quia vt dixim⁹ de puero q conuersus est in florē. Prima fauis ponunt fundamina. Græce προπολιμ vocant duriore cera q̄ vix ferro pōt frāgi quā colligunt de gummi arbor: & de rasis lapidibus. vn̄ paulo post dicet. Sæpe etiā duris errando in cotibus alas. Attriuere. Tenaces cæras: Mella retinentes. Adultos educūt fœtus: quos educando adultos faciunt. Cecidit custodia sorti Ex sorte. Nam aduerbium est: quod traxit a militia. Legimus enim Partibus equabat iustis aut sorte trahebat.

MAN. ¶Pro qua mercede: quia Iuppiter eis tales naturas addiderat. Curetes Curetum: Curetes vt Stra. docet li. x. dicti sunt quasi curatores: ij em̄ infantem Iouē curarunt: pulsantes cymbala & sistra: ne pariēs matris Saturn⁹. ter Rhea eiusq; vagitus a Saturno audiretur: qui quidē natos filios illico deuorabat: hæc ex illo. Curetū aūt sonitus apes secute mella intra Iouis ora inserebant: quo illi gratiā referrent nature eis ab ipso tradite. Macro. vero lib. j. sat. de Saturno inqt hūc aiūt filios suos solitū deuorare eosq; rursus euomere. per quod similiter significatur cū tp̄s esse: a quo vicibus cuncta gignantur. absumanturq; & eo denuo renascant̄. Eundē a filio pulsum: qd aliud est: q; senescētia: ab eis q post sunt nata depelli. Dictæo antro. Dicte vt Stra. scri. lib. x. in Creta mons est: vbi Iouis Dictæi templū Sole: ex cunctis aīalibus. s. Cōmunis natos: nihil em̄ nouere nisi cōmune: vt etiam Ply. scri. Consortia tecta: eiusdē sortis: sunt em̄ cōmunia oībus. Tm̄ vt ait Plyn. Regias imperatoribus futuris in vna parte aluei extruunt amplas: magnificas: separatas: tuburculo eminentes: Certos penates: id quidē quod ait Ply. lib. xxj. poeta hic asserit: Nā hostilia vicus alluitur pado huius inquilini pabulo circa deficiente imponūt nauibus aluearia: noctibus ad .v. milia passuū cōtrario amne subeunt egresse luce apes pasteq; ad naues quotidie remeant: mutantesq; locum donec pondere ipso pressis nauib⁹ plena aluearia intelligant̄: euectisq; eximunt̄ mella. Et in Hispania mulis prouehunt simili de causa. Nāq; alie victu quū agmen ad opera processit: aliæ flores aggerunt pedibus: aliæ aquā ore: guttasq; lanugine totius corporis: alie intus operantur: Ply. lib. xj. Narcissi lachrymā. colligūt etiā lachrymas arborum q glutinū pariunt: vt Ply. docet. Glutē: propolim intelligit de qua ibi superius collectūq; hæc ipsa ad munera gluten: Ceras: ex oīm arbor satorūq; floribus cōfingunt cæras: vt scri. Ply. Aristo. vero. lib. v. de aīalibus dicit eas cōstruere fauos e florib⁹. Cerā e lachryma arbor fingere. Mella ex rore aeris syderū exortu potissimū. Educunt: nutriunt: hic em̄ vetus sensus est poete: nā apes gallinarū modo incubāt: vt latius infra dicemus. Stipāt: cōponunt: densant. Liquido: mundo puro. distēdunt: implent. Nectare melle hoc loco. Sed quid ꝑprie dicit̄ videto æglo. v. Sorti: aduerbiū est hoc loco. Noīa em̄ per diuersos casus loco aduerbiorum ponuntur. per noīatiuum: vt sors pro sorte: recens pro recen ❧ter. per

Dicte.

Apes na tubus ve ... cōmu ... lis.

Sorti. Noīa ꝑ aduerbio.

❧sole scilicet inter animantia rationis experta nouere patriā ita vt ad eam redeant: & certos penates. id est lares apd̄ quos nascuntur: & ipse memores. i. prouide venture hyemis: experiuntur laborem estate (nō dicit hic q; sole id faciant: nā & formicis ea natura est) & reponūt quesita. i. parta & accumulata i mediū. i. in cōmune sicut cōmuniter laborant Nāq; alie. i. alique inuigilant victu (datiuus est). i. victui habendo: & exercent̄ agris. i. per agros in agrendo victu: federe pacto. s. inter eas vt nō sibi solis sed oīb⁹ victum quererent: pars. i. alie ponūt intra scepta domor. i. aluearior: lachrymā. i. rorē aut tenuē succū (sed lachrymā signāter dicit q; is flos ex puero lachrymāte prouenit) narcissi illius floris in quē puer flens cōuersus fingitur: & gluten. i. glutinū & viscū: lentum. i. fluidum aut liquidum de cortice scilicet sumptum vt durius sit appositorie prima fundamina. i. que res sint prima fundamenta: fauis quos primū construunt: deinde suspendunt ceras tenacis. i. pinguiores & firmius adherentes: aliæ educunt fœtus adultos appositorie spem gregis. id est in quibus est spes de conseruando grege alie stipant. id est cōdensant: mella purissima & distendunt. id est sic farciunt vt distendi cogātur: cellas. id est fauorum receptacula: nectare. id est melle. liquido. i. puro & pellucente. Sunt sup. alie quibus custodia ad portus. id est excubitie cecidit sorti. id est in sortem: & speculantur inuicem. id est vicissim aquas vt scilicet inde prognostica capiant: & nubila cœli: ne scilicet operarie exeant imminente imbre. Aut accipiunt onera venientum: quia nō eædem stipant: & colligunt mella: aut ipse facto agmine. id est manu conserta: arcent. id est amouent & abigunt: a præsepibus. id est aluearibus suis fucos (appositorie) pecus ignauum. id est nullius gnauitatis hoc est industriæ & laboris: nihil agens & aliena consumens. Sunt enim fuci vespe ignobiles non mellificantes: sed tamen melle vescentes. Opus. id est exercitatio omnium earum: feruet. id est cum feruore fit: & mella fragrantia. id est redolentia & molliter spirantia redolent thymo. id est trahūt odorem thymi vnde collecta sunt & apes paste.

❧ter. per genitiuum. militie pro in militia. per datiuum vt vesperi ruri: sorti Priscianus libro. xv. sorti pro sortem. Custodia: more enim castror: interdiu stationem ad portas seruant. Aquas id ait: quoniam prædiuinant ventos imbresq;: & tunc se continent tectis: vt ait Plynius. Accipiunt: quæ enim flores comparant ab alijs exonerantur: nouissimeq; a fessis: & iā emerite ab inchoatis: primos in opera expetunt: tardantes sine clementia puniunt neq; in opere tantum: sed in fœtu coadiuuant eas: multum ad calorem conferente turba. Fucos. Sunt fuci sine aculeo maiores apibus. Quum mella cœperint maturescere abigūt eos. Multe singulos aggresse trucidant. Nec id genus nisi vere conspicitur: fucus ademptis alis in alueum reiectus: ipse cæteris adimit. Nigri sunt fuci & lata aluo fures maximi inter apes. ita appellati quia furtim deuorant mella. Plynius libro. xj. Ignauum pecus: animal immune sine doctrina: inutile non aptum industriæ nā industrios gnauos dicimus: Præsepibus aluearibus: præsepia enim non tantum quibus iumenta: cæteraq; animalia pabulantur: sed omnia loca clausa & tuta: dicta præsepia: autor est Marcellus. Feruet: frequentatur.

Fuci.

Presepia

SER. SERVIVS.

¶Ac veluti lentis: Comparatio ad festinationem pertinens solā Cecropias. Athenienses a rege Cecrope Atticæ regionis: vbi optima mella nascuntur: Innatus. insitus. Vrget: ꝑmit. Grādeuis oppida cure. Sicut senes muros tuentur nec in bella ꝓrumpūt. Dedala te. ingeniosa: vt Dedala circe. Crocumq; rubentem. Sai. in historijs ait in qua crocū gignitur: genere neutro secundū artem vsus est: hic poetice masculino referens se ad puerū: qui ❧in hunc

Crocus. Crocum

Ac veluti lētis cyclopes fulmina massis

a Cum properant: alii taurinis follibus auras a

Accipiūt redduntq;: alii strindētia tingunt

b Aera lacu: gemit impositis incudibus ethna: b

Illic inter sese magna vi brachia tollūt

Innumerum: versantq; tenaci forcipe ferrum:

Non aliter (si parua licet componere magnis)

Cecropias innatus apes amor vrget habendi

ASC. ASCENSIVS.

¶Ac veluti lentis &c. Facit digressiunculā adducēdo silitudinem sumptā a cyclopibus q ministri vulcani cū eo in antro vulcani dicūtur Ioui arma & fulmina fabricare. qd̄ dicit poeta non maiori cū festinatione nec molimine ac ordine faciūt: atq; si parua licet cōponere magnis hoc est reddendo singula singulis apes ꝓ virili sua melleficio intendūt Nam sicut cyclopū alius flando massam calefacit: alius ferit imo plures feriunt in numeri. i. ❧sed īn

Munere quāq; suo: grandæuis oppida curæ
Et munire fauos: & dedala fingere tecta.
At fesse multa referunt se nocte minores
Crura thymo plenæ: pascūtur & arbuta passim
Et glaucas salices casiamq; crocumq; rubentem:
Et pinguem tiliam & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus vna quies operum: labor oībus vnus:
Mane ruūt portis: nusq̄ mora. rursus easdem
Vesper vbi e pastu tandē decedere campis
Admonuit: tum tecta petūt: tū corpora curant.
Fit sonitus mussantq; oras & limina circum.
Post vbi iam thalamis se cōposuere: siletur
In noctem: fessosq; sopor suus occupat artus.
Nec vero a stabulis pluuia impēdēte recedunt
Longius: aut credūt cœlo aduētantibus euris
Sed circum tutæ sub mœnibus vrbis aquantur:
Excursusq; breues tentant: & sæpe lapillos
Vt cymbe instabiles fluctu iactante saburrā
Tollunt: sese per inania nubila librant.

PIERIVS.

a ¶Cū ꝓperant alij taurinis follib⁹ auras accipiūt. In Lon. totū hoc desideratur, alij taurinis follibus auras, q̄ lectio nimis detruncata esset. b ¶Gemit impositis incudibus ætna. In Longobardico, in Medi. & aliquot alijs codicibus antiquissimis non, ætna: sed, antrum, habetur.

secūdū proportionē musicā quā Pythagoras ex ictibus inuenisse dicit᷑ alius extinguit & suo quisq; muneri intētissimus est: ita & apū suū queq; munus summa cū diligētia summoq; conamine nō sine ordie deplet. ¶Ordo. Ordo verboꝝ talis est. Ac veluti.i. quemadmodū quū.i. qn̄ cyclopes.i. ꝑpīi illi olim ī Sicilia vnū oculū habere reperti properāt.i. ꝓperanter fabricant: massis lentis.i. mitigatis & mulcēdo letificatis: fulmina.s. Iouis: alij.i. quidam eoꝝ accipiunt & reddūt auras.i. flatus & reflatus follib⁹ taurinis.i. corio taurino munitis & circunseptis: Alij tingūt.i. extingunt era.i. queuis metalla stridētia.i. q̄ stridorē emittunt & crepitum dum extinguunt᷑ lacu.i. aq̄ cenosa aut reuera lacu cū naturalis fit huiusmodi fabricatio ætna: mons ille Siciliȩ perpetuo ardore æstuans (vn̄ ꝓpter sulphur & ceterā materiā fulminis cuius illic copia est datus est fabulȩ locus vt fulmina Iouis illic fabricare dicant᷑) gemit.i. fatiscit aut resonat quasi gemitū referēs: illi.s. cyclopes: tollūt.i. erigūt inter sese in numerū.i. scd'm ordinem & cōcentū musicū qui ex ꝓportione & apta vicissitudine resultat brachia.s. sua magna vi.i. molimine ingēti: & versant ferrum.s. qd' cudunt: forcipe.i. instrumēto (quā tenelliā quidā vocant. ab eo aut qd' foruū.i. calidū capiat nomē sumpsit) quo calida capi possunt nō aliter.i. cōsimiliter (si licet cōponere.i. cōferre & cōparare parua: quāte sunt apes magnis quāti sunt cyclopes Cōtra in Buco. Sic paruis cōponere magna solebā) amor habendi.s. mel aut mellis & fauoꝝ: innatus.i. ꝯnaturalis & ita nō vitiosus vt est sæpe in hoībus vrget.i. impellit & instigat: apes cecropias.i. atticas q̄ in hymeto mōte attice regionis vbi optimi mellis copia est nate dicunt᷑: aut cecropias quasi palladias & dedalias i. subtiles & operosas in cōtexendis fauis: vrget dico quāq;.i. quālibet apiū: suo.i. proprio munere: qd'.s. ei sorti cecidit. Oppida.i. aluearia operta in q̄bus sunt varia domicilia sunt cure.i. ad curā deputata grandeuis.i. ꝓuectioribus apibus: & munire.s. cōtra frigus: calorē & fures fauos: & fingere.i. ꝯponere: tecta dedala.i. subtilia q̄si a dedalo fabricata eēnt: at.i. sed minores.i. iuniores fesse.s. ex onere & labore: referunt.s. alis suis: se hoc est seipsas cū melle suo: referūt aūt domū: multa nocte.i. cū iā plurima ꝑs noctis trāsacta sit cōputādo noctē respectu aliaꝝ volucrū q̄ an̄ vesperū cōsidunt ad cōcubitū: referūt dico se plene crura.i. habētes crura plena.i. onusta aut onerata: thymo.i. melle ex thymo collecto aut flore ei⁹: &.s. apes pascunt᷑.i. depabulant᷑ passim.i. in plurimis passibus & locis: &.i. etiā arbuta.i. frōdes aut flores arbutoꝝ: & salices glaucas.i. glauci hoc est viridis ac cerulei coloris: hoc est flores salicū: vn̄ in Buco. hybleis apibus florē depasta salicti: & pascūtur casiā herbā illā odoriferā aut florē ei⁹ & crocū rubentū.s. filo floꝝ & tiliā.s. arborē: pinguē.s. in frōde viscosa: & hyacinthos.s. flores ferrugineos.i. ceruleos ac subnigri admixto rubro coloris. Vna q̄es operū.i. ab operatione est oib⁹.i. oēs simul q̄escūt labor est oībus vnus.i. eodē tpe. Ipse ruunt.i. celeriter excurrūt mane portis (Alludit semp ad hoīes gnauos) nusq̄.i. in nulla parte est mora. rursus vbi.i. postq̄ vesper.i. stella vespertina admonuit easdē.s. apes decedere tandē.i. post multā morā: cāpis e pastu. tū.i. tūc. petunt.i. repetūt tecta.i. domos suas: & curāt.i. moliter tractant ac reficiūt corpa.s. sua: sonitus fit & mussant.i. obstrepūt circū oras & limina.s. regni sui q̄si hostē terrētes: post.i. postea vbi ipse cōposuere se thalamis.i. cubilibus: silet᷑.s. ab oībus: in noctē.i. ad cōticinium noctis perficiendū: & suus.i. ꝓprius & cōueniēs sopor.i. ꝓfundior somnus aut dormitio occupat.i. sopit art⁹ fessos.s. ex labore diurno. Nec vero.i. & certe nō recedūt lōgius a stabulis.i. aluearibus suis: pluuia impēdente.i. imminēte q̄ quasi in nubibus pēdeat aut nō credūt.i. nō ꝯmittūt sup. se: aut nō credūt.i. cōfidūt cœlo.i. sereno aeri (vn̄ ad Palinurū in fine quinti. heu nimiū cœlo cōfise sereno) & hoc euris.i. ventis illis pluuiā afflare solitis aduentantibus.i. ingruētibus: sed ipse aquant᷑.i. potant᷑ tute.i. ꝓtecte a pluuia & vēto: circū.i. in circuitu: sub mœnib⁹ vrbis tute.i. defendentis & tutātis eas a pluuia & vēto. (Nā tutū ꝯmuniter dicitur & quod defendit vt locus: & qd' defensum est vt homo) & tentant.i. attentant & cū anxietate faciunt excursus breues & tollunt.i. asportāt sæpe lapillos quibus.s. cōtra impetum ventoꝝ ſe rantur: vt cymbe.i. nauiculæ instabiles. id est mobiles & vento agitabiles

in hunc florē dicit᷑ esse ꝯuersus. Ferrugineos hyacithos. Ferruginei.i. nigri coloris. Tūc corpora curant.i. se reficiūt: vt Fessiq; & equos corpora curāt. Sane curare corpus si de hoibus dicimus & cibo & lauacro intelligimus: aut alterutro. Si de apibus tm̄ cibo accipimus. Sopor suus: ipsis aptus. Aut credunt cœlo.s. suos volatus. Sub mœnibus vrbis aquantur: aquam hauriūt ex vicino. Instabiles: fluctuantes. ¶Cyclopes: Brōtes. Steropes: & Pyragmon: Cyclopes insignes fuere: hos artificiosos fuisse constat: quos Vulcano ignis deo attributos. sub eo Iouis ꝯficere fulmina Volūt de q̄bus lati⁹ Maro ipse li. viij. meminit: Brontesq; steropesq; & Nudus mēbra Pyragmō. Brōtes aūt tonitruus dici pōt: nā brōte tonitruū significat. Steropes v'o fulgur interpretari valet: Astrope em̄ corruscatio dr̄: pyragmō dr̄ quasi ignita incus: Pyr nāq; ignis est: Acmō incus. videto etiā de Cyclopib⁹ li. j. Geor. circa finē. Follibus instrumēta sunt folles ex corio. q̄bus excitādo igni vtuntur fabri ferrarij. Reddūtq;: quū em̄ folles eleuant᷑ aerē ꝯcipiunt: quū vero premunt᷑: emittūt eundē. Aetna de hoc monte videto lib. j. Geor. Circa finē Diodorus scri. lib. vj. ꝙ asserūt nōnulli meat⁹ esse subterraneos ab ęthna ad æolias insulas: sub æolijs aūt cyclopes esse Vulcani ministros poetæ fabulant᷑. In numeꝝ: in ordinē & rationē. Forcipe Forceps dr̄ ꝙ foruū i. candēs capiat ferrū: fornū em̄ calidū significat: inde forn⁹ & fornax Marcellus scribit: Cecropias apes. cecrops edificāde vrbis Athenarū initiū dedit: vt Stra. docet lib. ix. Licet nō oēs id asserūt. Euthronius aūt scripsit: apes Ericthonij tēporibus in monte Hymeto primū natas: vt inq̄t Col. lib. x. ca. ij. Et Ply. li. xj. scri. in Hymeto atticæ mōte mel optimū esse vti in Hybla Siciliæ. Dedala ingeniosa. Dedalos em̄ ingeniosus dr̄: dædalo orno vario. Fingere: ꝯponere. Minores: iuniores. Nā adolescētiores ad opa exeunt seniores intus operant᷑: aliæ em̄ struunt: aliæ suggerūt: aliȩ cibū cōparant: ex eo qd' allatū est. Neq; em̄ separatim vescunt᷑: ne inequalitas operis aut cibi fiat & tpis Ply. lib. xj. Crura thymo plene q̄ flores cōportant: prioribus pedibus fœmina onerant: propter id natura scabra pedes priores rostro totoq; honustæ remeāt sarcina pandate: Ply. Glaucas salices. glaucus color viridis ceruleus dicit᷑: vt Gellius ostēdit lib. ij. ca. xxvj. Tiliā. de hac lati⁹ paulo superius: & etiā lib. ij. Geor. Hyacinthos: de hyacintho videto æglo. iij. Ferrugineos: ferrugineū colorē ferri sifem esse volunt. Verūtamen ferrugineus color cæruleus est. Marcellus autor etiā hunc locū afferēs. Mane ruūt: Noctu quies in matutinum: donec vna excitet oēs gemino aut triplici bombo: vt buccino aliquo. Tūc vniuerse peruolant. si dies mitis futurus est Ply. Vesper videto lib. j. Geor. Fit sonitus: Quū inuesperascit: in alueos strepūt minus ac minus donec vna circūuolet: eodē quo excitauit bōbo seu quietē capere imperās: & hoc castroꝝ more: tūc repēte oēs cōticescunt: Ply. Vrbis.i. Apiarij. Lapillos. tollūt: Gerule secundos flatus captāt: Si cooriat᷑ ꝓcella apphensis pedisculo lapillis selibrant: quidā in hūeros imponi tradūt iuxta v'o terrā volāt: Ply. Cymbe nauiculæ. Saburrā arenā. grauē terrā & onus quo naues stabiles fiunt. Vn̄ Ply. li. xvj. ca. lxvj. scri. cxx. modios lentis ꝑ saburra fuisse naui: qua Obeliscus in vaticano circo statut⁹ ex egypto Caij principis iussu adductus est. De abiete aūt hui⁹ nauis diximus lib. ij. Geor. circa principiū vbi est scriptū. ca. lv. ꝑ. ca. lvj.

agitabiles & fluctuātes: ƀ est minima nauigia tollūt saburrā. arenā & grauē terrā fluctu iactāte. i. huc illuc ipellēte eas: vñ sub uerterent̄ nisi pōdere saburre stabilirent̄: & apes sup. librāt. i. eqs alis firmant & stabiliūt sese his. s. lapillis: p nubila inania. i. p aerē nubilosum & vētosum.

SERVIVS.

SER. Cōcubitu indulgent. p cōcubitui datiuus est. Nā indulgeo illi dicimus. Nec corpa segnes in venerē soluunt. i. in libidinē nō resoluunt̄. Persi. Ille in venerē putris est. nixib⁹: partib⁹ Vñ & enixa dicim⁹. regna refigūt. i. figūt. Sub fasce. sub onere vt iniusto sub fasce viā. d. c. Tātus amor florū. supra de eqs Tātus amor laudū tāte est victoria cure. At gen⁹ immortale manet. s. p successionē. Domus familia vt Da. ppriam tymbre domū. nec ppli pthorū aut medus hydaspes. Fluui⁹ medie. De his aūt gētibus Sal. dicit̄ adeo illis ingenita est sanctitas regis nois: quas gētes tñ apes dicit amore circa regē supare. Ver. Regē obseruāt. Venerant̄: alias obseruare est callide aduertere Terē. Obserues filiū qd agat: qd

Obseruo cū illo cōsiliȷ captet. Cōstructaq; mella diripuere ipse: qn etiā ipe animā colligēdo melli impēdere cōsueuerunt. vt Vltroq; aiam sub fasce dederunt. Stipantq; frequentes q̄si quodā satellitio ambiūt. Attollūt humeris: etate. s. fessum: Pulchrāq; petūt p vulnera mortē: Gloriosam mortē qppe q̄ p rege suscipit̄ Traxit aūt hoc de celtiberoꝝ more: q vt in Sal. legimus se regibus deuouent & post eos vitam refutant.

PRO. ¶Præterea. r. n. s. egypt⁹. & . i. Lydia media nationes in Asia Aut Medus Hydaspes: flumē. Iudeę: Sed Virgili. mediæ dixit flumē hydaspē: qd medi duce Alexandro per eum regem Indorum: & ipsa indiam subegerint.

MAN. ¶Nixibus: partub⁹ conatib⁹ Ipse natos: apes gallinaꝝ mō incubāt. id qd exclusum est primum v̄micul⁹ vr̄ cādidus iacēs trāsuersus adherensq;. ita vt pascere videat̄: Rex statim mellei coloris:

Apū rex vt electo flore ex oī copia factus neq; v̄micul⁹. sed statim pēniger Quirites ac si diceret: ciues & nobiles apud Regē: est em̄ ab vrbibus sūpta metaphora: Sufficiūt: suggerūt: subministrāt. Aulasq; & cęrea regna refigūt: nō pfigūt exponat̄: sed iterū figunt. ait em̄ Pli. li. xi. c. x. Ruētes ceras fulciūt pilarū instar interi⁹ a solo fornicatis. vt sit adit⁹ ad sartiendū At triuere: colligendo inde rorē. Fasce: onere: Septima æstas. Aristoteles li. v. de histo. aialiū scri. vitā apiū annos sex. Nōnullas etiā septē posse cōplere. Regē non sic

ægyptȷ. egyptus egyptȷ ciuilē & mitē vitā degūt. Nā rege cōstituto multitudinē trifariā diuisert: & alios qdē milites alios agricolas alios sacerdotes vocauerūt: & alios sacrorum curatores alios eoꝝ q̄ ad hoiem ptinent alios q̄ ad bellū: alios q̄ ad pacem & terrā: & artes spectāt: ex qbus regi puētus afferebant̄. Sacerdotes philosophiā & astronomiā exercebāt: & cū Regibus diuersabant̄. Stra. li. xvȷ.

Lydia. Lydia: Ea cum Phrygia & Casia & Misia iungitur. Quapropter earum regionum loca difficulter distingui possunt: cū inter sese coeantur: Lydia autē & Mœonia eadem est. Sardis vrbs quidem magna



Illum adeo placuisse apibus mirabere morem:
a Quod nec cōcubitu[a] indulgēt: nec corpa segnes
In venerem soluunt. aut fœtus nixibus edunt.
b Verum ipsæ e foliis natos[b] & suauibus hærbis
Ore legunt. ipsæ regem paruosq; quirites
c Sufficiunt. aulasq; & cerea regna refigunt.[c]
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere: vltroq; animam sub fasce dedere.
Tantus amor florū & generandi gloria mellis.
d Ergo ipsas q̄uis angusti[d] terminus æui
Excipiat (neq; enim plus septima dicitur æstas)
At genus imortale manet. multosq; per annos
Stat fortuna domus: & aui numerantur auorū.
Præterea regem non sic ægyptus: & ingens
e Lydia[e]: nec populi pthorū: aut medus hydaspes
Obseruant. rege incolumi mens oībus vna est:
Amisso rupere fidem: constructaq; mella
Diripuere: ipsæ & crates soluere fauorem.
Ille operū custos illum admirantur: & omnes
Circūstant fremitu denso stipantq; frequentes:
Et sæpe attollunt humeris: & corpora bello
Obiectant: pulchrāq; petūt per vulnera mortē

PIERIVS.

a ¶Quod nec cōcubitu indulgent. In Ro. cod. & aliquot alȷs, neq;. Obseruandū vero est, cōcubitu, casu tertio p abiectionē litteræ vltimæ positū vt alias sæpe, teq; aspectu ne subtrahe nostro, quē casum neq;. M. Tul. aspernat⁹ est, vt eo loco, qb⁹ subito impetu, ac latrocinio parricidarū resistat. Preterea Cęsar in hmōi oībus. i. litterā cēsuit abȷciendā, domina tuq;, ac b ornatu, & ita reliqua esse & scribenda, & pferēda. b ¶Verū ipsæ folȷs natos, & suauibus hærbis. In cod. aliquot mutato nūero legas, ipsæ natos folȷs. In Ro. vero ipsæ e folȷs, nō in c uenuste. c ¶Et cerea regna refigūt. Quid sit refigere nulli puto nō innotuisse, q legerit in Virgiliano carmine, fixit leges p̄cio, atq; refixit. Quare placet qd in Ro. cod. in Medi & quibusdā alȷs anti. exēp. feringūt, legit̄: est em̄ superi⁹, & dædala fingere tecta: quare fortasse, & Seruȷ codex corrigēdus. Aduertendū etiā ex loco desumptū argumentū, qd in Lōgo. exēplari sic habet, aluoꝝ & cerea regna: qd in vulgati, cerea tecta, d legit̄. d ¶Ergo ipsas q̄uis augustus termin⁹ æui. In Ro. cod. in Med. & alȷs oib⁹ codi. quotquot habere potui, vno cōsensu, angusti termin⁹ æui, legit̄. Res em̄ quæ terminat̄ aut angusta, aut lata est. e ¶Et ingens lydia. In Ro. cod. ludia, vt cūba murta, corulus, & similia.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Illū adeo &c. psequit̄ reliquā apū naturā quā pxime ad humana instituta accedētē immo in multis excellentē vt in eo q sine cōcubitu pcreant & regē inuiolata fide semp obseruāt. Ordo est. Tu

Ordo. mirabere. i. mirari poteris & qlibet alius: illū morē quē dicturus est placuisse adeo. i. oīno apibus videlicet q nec indulgēt. i. incūbunt concubitu. i. coitui (Nota est regula qua p̄cipit̄ dtīm nō debere maiorem esse gtō. vñ a gtō anuis & senatuis legitimus dtīs est anui & senatui a gtō aūt anus & senatus: anu & senatu: vñ hic cōcubitu in dandi casu positum volūt: quā formationē Serui⁹ legitimā censet negans obliquos singulares in q̄rta excedere posse noīatiuum peralē. Verum in multis locis vbi dtīm in u formatum interpretes dicūt posse ablatiuus cēseri. vt si hoc loco subaudiatur natis: q nec indulgēt natis cōcubitu. i. per cōcubitū: & illic curruq; volans dat lora secūdo vt subaudiat̄ equis: sic & volans scdo curru dat equis lora: & parce metu p abstine a metu: verum etiā in hoc quarto manifeste dtīm in u reperimus) nec ipse apes segnes. i. torpētes & pigritātes (nā ocia si tollas periere cupidinis artes: seu arcus) soluūt corpora in venerē. i. luxuriā & coitū & q haud. i. nō edūt. i. in lucē pducunt fœtus. s. suos: nixibus. i. partubus & corporū molimine verū ipse legūt. i. colligunt ore natos. i. semen natoꝝ vñ nascant̄ & incubando forment̄ apes e folȷs & hærbis suauib⁹ tam gustu q odoratu. Ipse. s. apes (dicit̄ aūt per emphasim. q. d. nō alieno labore adiute nec aliena autoritate frete: sed vt dicūt per se & proprȷs viribus) sufficiūt. i. sufficiēter faciūt & cōstituunt ac pcreāt regē qui nō nascit̄ vermicul⁹ sed statim penniger & paruos quirites. i. ciues: quales erāt Quirites. i. Romani sub Quirino. i. Romulo qui sibi regem cōstituerunt & refigunt. i. dilētius figunt aulas. i. regias suas & regna cerea. i. in cera cōstituta & quibus mœnia sunt fere cerea: hoc est ex cera facta aut ea munita Apes attriuere etiam sępe alas in duris cotib⁹. i. saxis: & rupibus: & dedere vltro. i. non ab externo sed vi propria impulse: animā. id est vitam sub fasce. i. onere mellis & pabuli qd afferunt: tantus. i. tam magnus (vt scilicet moriantur vltro: aut acclamatio est) amor florum est sup. apibus & tanta gloria. i. cupido glorię mellis generandi. i. quam obtinere sperant in generando melle. Loquitur vt dixi fere ex affectione hominum qui glorię cupidissimi sunt. Ergo. id est quia intantum student proli procreande & regno augendo & ditando: q̄uis terminus angusti. id est breuis & paruo spatio contenti eui: excipiat. id est comprehendat: ipsas scilicet apes: enim pro quia. quia septima æstas ducitur. id est degitur apibus neq; plus. i. & non amplius: at genus

¶at genus.i.pgenies & ppagatio:manet immortale.i.imppetuū & aui auorū numerantur.i.inter apes sil' supstites qd' in hoib⁹ qbus lōgissima est vita raro cōtingit.Præterea ægyptus & igēs lydia nec ppli parthorū aut medusve.p vel hydaspes.i.indus vt sit fluuius p accolis.(Legi in vetusto codice hydaspesue:nā medus nō est hydaspes nisi qa ex india ad medos ptingit:si tñ velimus poetā sentire hydaspē eē medie quoq fluuiū legat sine particula ve,vt nō sit hypmether sic)aut hydaspes medus.i. ad medos vsq ptingēs nō obseruāt.i.venerantur:& custodiūt sic regem vt.s.apes.Nā rege incolumi.i.q̄diu rex est incolumis & sanus: mēs eit oibus vna.i.sil' viuēdi rēpub.augēdi & regi obsequēdi: sed rupere fidē.i.fœdus & cōcordiā rege sup.amisso:& diripuere mella cōstructa.s.sub rege & ipse q.s.collegerāt:soluere.e.dissipauere crates.i.cōtextus fauorū.Ille.s.rex sup.est custos.i. ꝯseruator nō opa:sed autoritate & venerantur illū.s.regē:& oēs circūstāt illū.i.ad illius obsequiū satellitiū pbēt:dēso fremitu.s.indignante si qsq vim inferat aut diligētius se obsequatur & ipsæ frequētes.i. cōdēsæ stipāt.i.arte sepiūt regē:& ipsæ attollūt.i.erigūt & portāt sæpe regē humeris:& obiectāt.i.frequēter obijciūt bello.i.periculis bellicis:corpora.s.sua p rege: & petūt pulchrā.i.gloriosam mortē p vulnera:suscepta.s.p rege:quā laudē Seruius celtiberis cōcedit nec qsq gallis iuste abstulerit.Si qs aūt hæc oia penitiorib⁹ oculis inspicere velit dixerit(qm̄ res romana ad monarchiā iā tūc redacta erat:ipseq maro Augusto volēti rerū administra-

※magna Lydorū:caput fuit.Stra.lib.xiij.Parthorū: de parthis videto in Tityro.Medus Media teste Ply.li.vj.ab ortu parthiæ iūgitur:tu vō latius videto li.ij.Geor.Hydaspes:is fluuius est amplissimus:& ad nauigādi vsum aptissim⁹ i india:vt scribūt Diony.& Stra.li.xv.& Ptole.li.vij.Poeta tñ Medū appellat:& id ppter eius amplitudinē.Obseruāt:custodiūt:hinc ait rege incolumi mēs oibus vna.Et superius ait.Et circa regē dēsæ miscentur &c. Ply.itē li.xj.inqt.Mira apū circa regē obediētia quū pcedit totū agmē circa eū cōglobatur:cingit ptegit cerni nō patitur.Asconi⁹ vō li.ij.verrinarū exponit obseruāt hoc loco p venerantur:sed cōuenit etiā custodiūt:vt patuit Crates:vñ dicantur Crates videto lib. j.Geor.nā hic cōuenit.Attollūt humeris fessum regem humeris subleuāt validius fatigatū ex toto portāt:se q̄q pximā illi cupit esse & in officio cōspici gaudet:Ply.pulchrā mortē:vt illud pulchrūq mori succurrit in armis.Ply.aūt scribit q aculeū apib⁹ natura dedit vētri insertū ad vnū ictū hoc infixo qdā eas stati emori putāt:aliqui nō nisi intantum adacto vt intestinum sæpe assequatur: sed fucos postea esse nec mella nec fauos facere velut castratis viribus.

tionē derelinqre psuaserat nihil melius q̄ vt respub.ab vno regatur:dūmō is princeps bon⁹ sit)poetā inuitare romanos ad augusti obseruationē:cū etiā apes doceāt optimū eē reip.statū:vbi vnus sit rex hoc est monarcha seu solus princeps.

His quidam signis atq hæc exempla secuti:
Esse apibus partem diuinæ mentis & haustus
Aethereos dixere:deum namq ire per omnes
Terrasq tractusq maris cœlumq profundum
Hinc pecudes:armenta:viros.genus oē ferarum
a Quēq sibi tenuis nascentem arcessere[a] vitas.
Scilicet huc reddi deinde:ac resoluta referri
Omnia:nec morti esse locum.sed viua volare
b Syderis in numerum:atq alto succedere[b] cœlo.

PIERIVS.

a ¶Quēq sibi tenues nascētem arcessere vitas.In codicibus aliquot anti.accersere,habetur.Terē.Scaurus vtcūq scribatur,siue accerso,siue arcesso,ad eandē significationē ptinere putat vt alibi dictū. b ¶Syderis in numerū,atq alto succedere cœlo.In Roma.alto se condere cœlo,p succedere.

ASCENSIVS.

ASC. ¶His qdā signis &c.Quia q̃ de apibus dixit beluinā naturā superare videntur maioraq q̄ vt apibus cōueniāt cū sint rōnis expertes:ex secta pythagorica innuit eūdē esse spm in apib⁹ atq hoibus:cū spūs imortalis de corpore in corpus migret:& ex homine in pecus atq ediuerso:præterea ois aios vbicunq sint esse participes diuinæ mētis: accipereq infusionē eius q in oibus ē dei:cū tñ inter phos magna sit q̄stio an deus sit in vniuerso ipm inanimās:an extrinsecus ipsum gubernans:nā vt de fide loquar manifestū est simplicissimū esse deū & añ cūcta creata oia tñ cum vbiq sit cōseruare:sed poeta cēset oim vitā dependere a deo ab ipso originē habere & ad ipsum tēdere:nullāq aīam interire qd' quātū ad fidē spectet erroneū est Nā spūs pecorū cum ipsis extinguitur.

Ordo, ¶Ordo est. Quidā.s.phi aut rerū indagatores his signis.i. propter hæc signa.aut inducti.sup.his signis pdictis:& secuti.i. considerantes hæc exempla id est argumenta in approbationem & declarationem rei dixere partem id est participationem:diuinæ mentis id est magnæ animæ mundi & haustus æthereos id est spiritus ex æthere haustos & sumptos esse apibus:namq supple dixere deum ire id est extendi per omnes terras & tractus maris & cœlum profundum id est aerem qui procul est a fundo & dixere pecudes id est animalia gregaria & armenta & viros id est homines & omne genus ferarum quēq id est quemlibet horum (masculinum enim præponderat)nascentem id est dum nascitur arcessere id est accire & attrahere sibi:hinc id est ex deo aut spiritu diuino per omnia diffuso:animas tenuis id est spiritus vitales & subtiles:quibus etiam secundum organi dispositionem in disquirendo vti possit(secundum mentem videlicet pythagorę quæ nimirum erronea est:sed poetam interpretari non est errorem approbare:cum & ipse varias sectas secutus:nunc hoc nunc illud sequatur)Scilicet id est scire licet quomodo id dixerint qa dixere omnia reddi deinde huc id est in deum & principia sua: (quia vnumquodq compositum probatur ex eo in quod resoluitur:si ergo animus omnis cœlos petit inde sumptus videtur) & omnia resoluta:non dicit mortua aut interempta: sed resoluta per animæ a corpore separationem : referri huc scilicet in deū & æthera:nec locum esse morti id est interitui aut annihilationi spirituum:sed omnia scilicet vitalia volare viua aut sed omnia viua id est principia viuendi hoc est omnis spiritus vitales volare in numerum syderis.i.inter cōparia sydera aut in ordinē syderum:atq succedere alto cœlo.i.ad altū cœlum:pp̄ter differentiam pfundi cœli iam nūc p aere positi cum tñ alti & profundi respectu diuersarū vna sit appellatio:vnde elatū dicitur altū & procul a fundo profundum.

SERVIVS.

SE. ¶His qdā signis atq hæc exempla secuti esse api : partē diuinæ mētis.Sane locū hūc plenius est executus in sexto quē hoc loco breuiter colligit:vt pbet etiam apes partem habere diuinitatis. Nāq oia aīalia ex quattuor elemētis & diuino spū cōstare manifestū est.Trahūt em̄ a terra carnē:ab aqua humorē:ab aere anhelitū:ab igne feruorē:a diuino spū ingeniū qd' qa est in apibus sicut etiā i hoibus:nāq metuūt: cupiūtq dolētq gaudētq.Quæ pbantur ex his q̄ faciūt: dimicant em̄ colligūt flores: puidēt pluuias.Fateamur necesse est etiam apes partem habere diuinitatis. Vt aūt hoc exēplis.i.rebus similibus cōprobaret.Lucretiū secutus est q dicit ea q̄ p se pbare nō possumus a similibus cōprobāda.Ventūq docet esse corporalē nō q eū tenere vel cernere possimus:sed q eius sitis aq̄ effectus est:quā corporalē esse manifestū est.Haustus ethereos:diuinos spūs. Deū nāq ire p oēs Terrasq tractusq maris.Ipse i sexto.Cœlū ac terras cāposq liquētes Spūs intus alit.Luca.Iuppiter est quodcūq vides : quocūq moueris. Hinc.i.ex deo:ex diuino em̄ spū sumūt oia cū nasci ceperint vitā Cæterū corpus ex quattuor elemētis est vt diximus supra. Scilicet huc reddi sine dubio etiā cūcta dissolui incipiūt & redire rursus in originē suā necesse est.Nec esse locū morti.i.pditioni.Nil em̄ est qd' perire funditus possit cū sit τοπαυ.i.oē in qd' redeūt vniuersa resoluta.Res aūt hæc q̄ mors vocatur nō est mors: quippe q̄ nihil perire facit:sed resolutio:Vnde mors a plærisq interitus dicta est quasi interueniēs & mixtarū rerum cōnexionē resoluens.Lucretius.Nam continuo hoc mors est illius quod fuit ante connexio.

¶Haust⁹ æthereos:diuinos spūs.Deū nāq ire p oēs.De⁹ vt etiā Fabius inqt li.vij.spūs est oibus partibus immixtus.At Tulli⁹ li.j.Tuscula.ait.Certe & deum ipsum:& diuinum animum:corpore liberatum cogitatione complecti non possumus.Lactanti⁹ vero li.j.sic.Deus est mēs q̄dā soluta libera & segregata ab oi cōcretione mortali omnia sentiens & omnia mouens.Videto etiā plura æglo.iij.ibi.Ab Ioue principium musæ Iouis omnia plena cœlūq profundū.i.aera:qd' latius declaratū est æglo.iiij.vbi est hoc idē carmen.Hinc pecudes.Deus:q prima causa est:& vocatur(vt Macro.ait li.j.de somnio)vnus omniū:quæq sunt q̄q esse videntur princeps & origo est.Hinc pecudes.Ordo est.Dixere hinc.i.adeo pecudes armēta viros & cætera arcessere sibi tenues vitas.Tenues vitas.i.spiritus & animas.Hippocrates em̄ Macrobio teste li.j.de somnio dixit aīam spiritū esse tenuē p corpus omne dispersum.Epicurus vero speciem ex igne & aere & spiritu mixtam . Scilicet huc reddi deinde:animæ de cœlo in terras meare & de terris in cœlum remeare creduntur : vt etiam Macro.inqt

Mors

Deus

cro.inquit:& Manilius li.iiij.An dubiũ est habitare deũ sub pectore nostro.In cœlumq; redire aĩas:cœloq; venire.Nec morti esse locũ:Sunt q discessum animi a corpe putant esse mortẽ:vnũ q illud erat insitũ priscis illis:quos castos appellat:Enni⁹ esse in morte sensum.Neq; excessu vitæ:sic deleri:hoĩem:vt funditꝰ interiret.Ipsam eñ mortẽ quãdã quasi migrationẽ cõmutationẽq; vite

vite credebãt.Quæ in claris viris & fœminis:dux in cœlũ solet esse in ceteris humi retineret:& pmaneret tñ.Ex hac opinione Romulus in cœlo cũ dijs agit æuũ & Hercules & hmõi.Cice.autor lib.j.Tusculanarũ.Syderis in numerũ:in ordinẽ & rõnẽ:vel inter sydera.Dr aũt sydus autore Macrobio: id qđ in aliquod signum stellarũ pluriũ cõpositione formaꝰ vt aries taur⁹: perseus vel corona. Signum

a Si quando sedem augustam[a] :seruataq; mella
b Thesauris[b] relines:pri⁹ haustus [c] sparsus aquarũ
c Ore foue:fumosq; manu prætende sequaces.
Bis grauidos cogunt fœtus:duo tpa messis
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias:& oceani spretos pede reppulit amnes
Aut eadem sydus fugiens:vbi piscis aquosi
Tristior hybernas cœlo descendit in vndas.
d Illis ira modum supra[d] est.læsæq; venenum
Morsibus inspirant & spicula cæca relinquunt
e Affixa[e] in venis:animasq; in vulnere ponũt.

SERVIVS.

Ser. ¶Si quando sedẽ augustam .i.aluearia. Et proprie augustũ est tectum augurio consecratũ. Abusiue.Augustũ nobile quasi maiestatis plenũ. Thesauris.i.repositionibus.acsi diceret apothecis Haustus sparsus aquarũ p spargens participiũ est p participio Ore foue:ipsos haustus.s.& dicit spargendo aquã imitabere pluuiam . Fumos ptende sequaces: Fumũ etiã profer.s.cum his reb⁹ territæ hinc discesserint impune possis mella colligere alij legũt. Ore faue . Vt sit tace. etiã ipse in quinto Ore fauete omes. Horat. Fauete linguis.Sequaces fumos Quippe apũ persecutores:vt maleæq; sequacibus vndis.Bis grauidos cogũt fœtus.i.gemina est fœcunditas mellis. Duo tẽpora messis:Fructus.Iuuena.Verã deprendere messem si libet.Taygete simul os: Taygete vna ex pleyadibus septẽ. Vt aũt etiã supra diximus. Bis mel præcipit colligendũ oriẽtib⁹ pleiadibus.i.verno tpe: & cũ occidunt autumnali.s.tpe. Oceani spreto pede reppulit amnes.Home.est παροκεα νης ροαωρ.Amnes aũt bene ait: Quia in morẽ fluminis fluẽta reditura prumpunꝰ. Aut eadẽ sydus: australẽ piscem significat: Quia aquarũ vndã ore suscepit: Vñ & aquosi addidit: Tunc eñ piscis hic oriꝰ quo tẽpore pleiades occidunt. Nã ideo ait fugiẽs Tristior:vel pter occasum vel propter ppinquam iam hyemis asperitatem.Illis ira modum supra est.Excedunt in irascendo modum: nam cum suo irascuntur interitu.Spicula cæca:Breuia quæ latere possunt in vulnere ponunt non in suo sed a se illato.Et amphibologicos dictum est:vt alibi.Cum turni iniuria matrem admonuit quam inferebat scilicet non quam patiebatur. Item Salustius:iniuria validiorum scilicet quam inferebant validiores.

PIERIVS.

a ¶Si quando sedem augustam.In Longobardico:&in alijs aliquot codi.legere est angustam:sed enim Seruius, augustam, agnoscit,& nobilem interpretatur. b ¶Thesauris. In Romano codice.Thensauris,de quo dictum in alexi. c ¶Prius haustus sparsus aquarum ore foue.In Romano codice haustu legitur:& in Longobardico priusita fuisse videtur:quia,s,littera alieno est atramento illita . In eodem legitur: ora foue, quod agnoscitur a Seruio,q̃q; haustus accusatiuo casu videatur approbare. d ¶Illis ira modum supra est.In antiquis.aliquot codicibus,modum super est,legitur:sed supra castior lectio. e ¶Affixæ venis animasq; in vulnere ponunt. In perueteri cod.legi, Adfixa venis: quippe spicula, syllabæ enim locus in tritimemeri communis est, vt pectoribus inhiãs, & similia.In Oblongo tamen cod.adnixæ. Præterea in Romano cod.& aliquot alijs legere est.In volnera, quarto casu numero multitudinis,quod nescio qd efficacius habet. Seruius vulnere ablatiuo casu omnino legit.In hanc sententiã Plini⁹ aculeo infixo,aliqui eas mori putãt aliq nõ nisi ita infixo,vt intestini pars adhæserit:sed fucos postea esse,nec mellificare.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Si qñ &c.Ostensa apum natura reddit poeta ad eãr curã & custodiam quæ huius operis principalis est institutio dicẽs . Si tu relines.i.eximes qñ.i.aliqñ:thesauris.i.expositorijs:b est aluearibus sedem augustã.i.quasi augurio cõsecratam regalẽ aut angustam & mella seruata.s.ab apibus tu sparsus.i.spargẽs aut sparsus haustus.i.habẽs haust⁹ aquarum sparsos.s.thesauros.ore.s.in spargendo haustus acceptos : & prætende.i.ante te extẽde manu fumos sequaces .i. persecutores: apum vnde.s.apes enecanꝰ : aut qui se cõtinuo subsequunꝰ: sensus ergo est priusq; eximes mella insperges ore haustus aquarũ vt apes verentes pluuiã se cõtineãt intra aluearia: deinde prætende fumos qbus alique necenꝰ:vt illis suffocatis mella diripias:non enim ablato melle superuiuere oẽs permittunꝰ.nam hyeme inedia intereunt. Apes aũt cogunt. i.congregant ac stipant bis scilicet quot annis:hoc est in vere & autumno:fœtus grauidos.i.mella ponderosa & abundantia : & duo sup.sunt tempora messis.i. colligendi aut eximendi mellis: videlicet simul.i.continuo postq; taygete pleyas.i.vna de pleyadibus ex pleyone& atlante genita & in stellam versa ostẽdit terris os honestum.i.pulchrum nec pudibundum vt conserorris quę mortali nupta se abscondit aut honestum .i. pulchrum propter letitiam : vnde Statius in achilleide:o quantum gaudia forme adijciunt : læti enim videntur pulchriores tristibus vnde statim sequiꝰ. Tristior hybernas &c. hoc est ad nonas maias quando vergilie oriuntur :& quum ipsa reppulit pede.id est conculauit amnes oceani.id est marisfluctus e quibus oriri videtur:spretos cum scilicet ortum magis diligat: Aut sup.tunc tẽpus messis est vbi eadem scilicet taygete fugiens sydus piscis aquosi.id est aquas dum oritur inducentis : descẽdit existens tristior:descendit dico cœlo in vndas hybernas.i.quas a vulgo eo tempore occupare putatur. Docet quare occidebãt aut iterum redit ad naturam earum describendam dicens.Ira est illis supra modum:& ipse lesæ.id est offense:aut lesę ab apibus inimicis:inspirant morsibus venenum . id est vim inflandi : & relinquunt:spicula.id est aculeos:ceca.id est breuia & exilia quæ latere possunt affixa in venis scilicet inimicarum:& ponunt animas id est vitas in vulnere:quia exempto aculeo sæpe necãtur : & ita debent apes langui de reddi fumo sequaci.

PRO ¶Taygete:Vergiliarum ostendit sidus synedochicos vna ex his hoc nomine appellatur.Et qua totum austrũ significatur pleiades:quoniam cum hac Iuppiter concubuit in monte:qui ex euẽtu taygetos dicitur.

MAN. ¶Augustam:Seruius legit augusta per u in antiquis vero angusta legi per n scilicet vtrunq; tamen conuenit tunc enim angusta est quum melle repleta fuerit. Vnde Columella scribit lib.x.semipleni faui differẽdi sunt:sed etiam liquore completi:& superpositis cæris tanq̃; operculis obliti demetantur:quod etiam lib. xij.capi.ij.latius reperit . De augusto autem loco video Festum. Relines eximes:rades:nam duobus ferramentis in eximẽdo melle opus est:altero enim faui succiduntur altero eraduntur de quorum figura legito Columellã libro.x.ca.xv. Thesauris: repositorijs. Thesaurizo enim significat colloco:repono. Prius haustus. Ordo est:prius ore foue id est contine haustus aquarum Sparsus pro spargens in alueos scilicet atq; apes:sic enim fugient pluuiã putantes:fugient & fumis sequentibus. Bis grauidos cogunt fœtus:inquit bis cogunt:stipant conficiunt mella apes bis etiã eximuntur.De hoc autem latius supra videto:ibi scilicet Mella præmes.Messis.id est vindemię & mellationis. Taygete pleias.id est ex Pleione & Athlãte genita.est enim vna septem Pleiadum de quibus late libro.j.Georgi.ibi pleiadasq; hyadas:exoriuntur autem vergiliæ nonis Maijs mane:vt scribit Columella libro.xij. vbi dixit: Tertio Kaꝰ.Iunias ventosa tẽpestas:ait his diebus oportere castrare alueos si sunt pleni atq; operculati faui aliter differẽda mellario . Honestum . pulchrum Pede reppulit: quum enim oriuntur

oriuntur pleiades videnturꝰ e mari exire cum aliter sit. Aut eadem:ordo est.aut vbi eadem Taygete:fugiens sydus aquosi piscis &c. Vergiliæ autem incipiunt occidere solis exortu .xiij. & xij.Kal.Nouembris vt scribit Columella libro.xij.Sydus aquosi piscis.De pisce qui Notius dicitur intelligit:is enim inter hyemalem & antarcticum circulum media regione collocatus . spectare ad exortum videtur inter Capricornum & aquarium : ore excipiens aquam quæ profunditur ab aquario Exoritur autem cum piscibus : author est Hyginus . Varro vero libro tertio sic ait . Eximendorum fauorum primum putant esse tempus Vergiliarum exortum . secundum æstate exacta anteq; totus exoriretur arcturus . Tertium post vergiliarum occasum &c. Spicula relinquunt : hoc latius dictum est iamiam ibi scilicet pulchramq; petunt per vulnera mortem.

Thesaurizo.

a Sin duram metues[a] hyemem: parcesq; futuro
Contusosq; animos: & res miserabere fractas:
b Aut suffice[b] thymo: Cerasq; recidere inanes
c Quis dubitet? nam sæpe fauos ignotus adedit[c]
Stellio: lucifugis congesta cubilia blaptis
Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus:
Aut asper crabro imparibus se miscuit armis:
d Aut dirum[d] tineæ genus: aut inuisa mineruæ
e Laxos in foribus[e] suspendit aranea casses
Quo magis exhaustæ fuerint hoc acrius oẽs
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas.
Complebũtq; foros: & floribus horrea texent.

SERVIUS.

SER. ¶Res miserabere fractas. i. afflictas. Suffire thymo: subfumigare: vt exinde inimica illis aĩalia fugiant. Cerasq; recidere inanes Sine melle. Et sane hoc dicit si nihil habuerint in aluearibus: vel te tollẽte: vel exedẽtibus prauis aĩalibus apibus minutatim incisam cærã ministra. Stelliones ꝗ & cætera thymi fumo ab eis repelle. Ignotus Stellio: ignobilis vel ex improuiso veniẽs. Adedit cõsumpsit. Lucifugis bla. per noctẽ vagantibus. Immunisq; a labore. s. vẽtri tñ indulgẽs. Imparibus ar. inæquali cõsilio. Nã apes laborãt: iste cõsumit alibi. Et querere cõscius arma. i. ꝯsiliũ Inuisa mi. la. in f. s. a. c. Araneã inuisam Mineruæ. ideo dicit ꝙ ab ea in hoc animal puella lyda cõmutata est cũ deã lanificio, puocasset inferior. Sane Verg. qdem cõfundit. Tñ sciendum maiores aĩal ipm masculi. gene. appellasse hic araneus. Retia vero quę faciunt fœminino genere.

Araneus Aranea.

PRO. ¶Inuisa mineruæ. L. i. s. f. aranea Mars deuicta Thracia dr̃ Mineruę donasse regiã puellã: ex captiuis noĩe Arachnẽ: q̃ subtilitate opis lanificij negauit cedere Mineuæ ob hoc in araneam cõuersa est & græce αραχνη vocatur.

MAN. ¶Sin duram metues hyemẽ. Est in eximẽdis fauis necessaria dispensatio: qm̃ inopia cibi despe rant: moriunturq; aut effugiũt. Cõtra copia ignauiã affert. Qui sũt diligẽtiores ex verna vindemia duodecimã partem apibus relinquunt: æstiua aũt mellatione decimam partẽ Thasio Dionysio relinq placet: si pleni fuerint aluei si minus, p rara portione aut inanes oĩno nõ attingi. In mellatione vero q̃ fine vindemię & Vergiliar; occasu Idibus Nouẽbris fere includit: relinqui ex ea duas partes apibus ratio persuadet: & semper eas partes fauor; q̃ habeant Erythacẽ: quã alij Sandaracam alij Cerinthũ vocãt hic erit apũ dũ operant̃ cibus: q sæpe inuenit̃ in fauor; inanitatib⁹ sepositꝰ: & ipse amari saporis sed plenus humoris cib⁹. gignit̃ aũt rore verno & arbor; succo gũmi modo. Hęc oĩa Ply. lib. xj. in var rone aũt lib. iij. Rythacẽ legit̃. Aut suffire thymo: Col. li. x. admonet vsq; in autũni æqnoctiũ. x. quoq; die aluos aperiendas esse & fumigandas: quod cũ sit molestũ examinib⁹ saluberrimũ tñ esse cõuenit. Suffitas deinde æstuãtis apes refrigerare oportet cõspersis vacuis partibus aluor; & recẽtissimi rigoris aqua infusa: Præterea vt tineæ si apparuerint euertantur: papilionesq; eruantur q plærunq; inter aluos morantes apibus exitio sunt. Nam & cæras erodunt & stercore suo vermes ꝓgenerant: quos aluor; tineas appellamus. Ergo vergiliar; occasu primo statim cõueniet aperire aluos & purgare quicqd immũdi est diligẽtiusq; curare: qm̃ per tẽpora hyemis nõ expedit mouere aut tepefacere vasa: hæc Col. Var. etiã lib. iij. sic ait verno tpe & æstiuo fere ter in mense mellarius inspicere debet fumigans leniter & a spurcitijs purgare aluũ & vermiculos ejcere Cærasq; recidere inanes. ꝙ pro vel exponẽdum est ꝓpter aut præcedens Hyginius scripsit ari stomachũ existimasse succurrendũ laborantibus hoc modo: primũ vt oẽs vitiosi faui tollantur: & cibus ex integro recens ponatur deinde vt fumigent̃. Col. lib. x. Vbi etiã dicit vacuas cærarũ partes cõputrescere & vitijs paulatim serpẽtibus corpto melle ipsas quoq; interire. Ignotus: vñ em̃ venerit nõ apparet. Vel potius ignotus: qa ✠in aluis

erythace

PIERIUS.

a ¶Sin duram metues hyemem. In codici. aliquot, metuẽs, legitur: participij forma, cui duo supponantur verba, parcesq; futuro, contusosq; animos, & res miserabere fractas, tum ea fuerint peragenda, quæ subiungit, suffire, thymo, cerasq; recidere. Quo vero pacto hæc accipiatur a Prisciano viderint alij. Quandoquidem (ait ille) parcesq; futuro pro parce, & miserabile pro miserator indicatiuis, pro imperatiuis positis exponi debere. mihi quidem non displicet, metues parces, & miserabere, vna continuatione eodem modo & tempore legi. Sane vero in codice Longobardico, mirabere, prius legebatur, mox, se, syllaba secunda superaddita est, quod reliqui habent codices. b ¶Aut suffire thymo. In codici. aliquot anti. at, non, aut, legitur: &, subferre, pro suffire, omnino id corrupte sed enim at, periti plerique viri non expungunt quæ lectio etiã codicis est Medicei. c ¶Nam sæpe fauos ignotus adedit stellio. In Romano codice adhesit, corrupte (vt mea fert opinio) legitur. Nã de his loquitur, quæ de pascendo mel exhauriunt aduertendum vero codices omnes legere subsequentem versum per creticum pedem primo loco, stellio, & lucifugis congesta cubilia blattis. d ¶Aut durum tineæ genus. Sunt codices admodum veteres in quibus legatur. Aut dirum tineæ genus: sed durum magis placet, vt abrodendi vim, quę tinearum propria est, indicet: quis, dirum, non reiecerim omnino sum epitheton, & ijs præcipue omnibus aptum quæ damnũ inferant. Sane quidem in Mediceo codice durum, prius scriptum fuit, mox parte primæ vocalis abrasa, dirum, factũ est. e ¶In foribus laxos suspendit aranea casses. Antiqua oĩa exemplaria, quæ versauimus, hoc numero legunt. Laxos in forib⁹ suspendit aranea casses, superior quidem numerus elegãtior: sed hic alter pressiori stilo, cuiusmodi in didascalico requiritur argumento, magis accommodatus, & ita Nonius Marcellus legisse videtur in libro de discretis generibus, vbi araneã fœminino genere positam a Virgilio ait. Quam Plautus nõ semel virili genere appellarit.

ASCENSIVS.

Deprendere. Rescire. Quia ergo naute in ipso facto audaciæ scilicet qua audent cœlo turbido mare ingredi: a tempestatibus opprimuntur aptissime dicuntur deprendi. Proteus tegit se intus id est in ipso antro medio obice: id est obiectione vasti: id est valde ampli saxi. Nympha scilicet cyrene: collocat hic id est hoc loco dicto: iuuenem scilicet aristeum in latebris auersum a lumine id est ab ea parte qua saxum obiectū erat lumini: & ipsa resistit procul nebulis existens obscura hoc est sepsit se & filium nebulis ne a proteo videantur sicut æneid. j. Venus æneam: cum achate nebulis obduxit. Syrius id est stella ardens in ore canis rapidus id est raptim æstuans: ardebat id est ardenter splendebat cœlo id est per cœlum torrens id est inurens: indos id est populos indiæ: sitientis scilicet ex æstu & ariditate: cum sint subsolani & sol igneus id est ardens & rutilans vt ignis: hauserat id est expleuerat: medium orbem id est dimidium cursus sui diurni: hoc est iam transactus erat meridies: quo sol est in medio cœli: hærbæ arebant id est desiccabantur: & radij scilicet solares coquebant id est more eorum quæ coquuntur ebulliebant: flumina caua id est profunda exgaustis aquis caua apparentia: & tepefacta ad limum id est vsq; ad fundum: & faucibus siccis: id est aqua destitutis tunc dico: quum id est quando proteus ibat e fluctibus petens antra consueta gens humida: id est genus animalium hoc est piscium humidorum: ponti vasti id est ampli id est in ponto versari soliti exultans dispersit late circum eum rorem amarum: id est marinum qui amarus est. Phocæ id est vituli marini in quibus profundissimus est sopor: sternunt se somno id est propter somnum quo opprimuntur: in littore: quia tam in terris q̄ in aquis degunt. Ipse scilicet proteus consedit id est locum sedendi cœpit medius scilicet inter pecora sua scopulo id est lapide extante in aquis & recenset id est enumerat & ad sensum redigit aut renouat: numerum scilicet pecorum sibi commissorum: velut custos stabuli id est qui curam habet numerandorum pecorum supple resenset numerum eorū. olim: id est quouis tempore in montibus id est in ijs locis vbi pecus per totam æstatem in montibus contineri solet: tunc dico recenset: vbi id est quando vesper reducit e pastu ad tecta id est stabula vitulos & vbi agni auditi scilicet a lupis: acuunt id est acriori fame irritant lupos: halatibus scilicet suis: hoc est sic sedit proteus ad numerandos vitulos marinos & reliquum pecus sibi neptuno commissum: vt pastores in montibus sedent ad numerandos vitulos & agnos suos. Cuius scilicet ꝓtei: quoniam facultas id est facilitas capiendi & oportunitas est oblata aristæo: ipse supple aristæus vix passus senem componere membra defessa: ruit supple in eum clamore magno. (In qua re seruatur decorum ætatis: iuuenes enim auidiores sunt in principio rerum gerendarum: & ideo prius dixit aristæum iuuenem dicens. Hic iuuenem in latebris &c.) & occupat manicis id est manuum vinculis: iacentem scilicet protea. Ille scilicet proteus non immemor: immo q̄ maxime memor: suæ artis: qua scilicet elabi solebat contra id est ex aduerso obnitendo transformat id est transfigurat sese: in omnia miracula rerum id est in omnes formas mirandas & horrēdas de quibus prius dictum est: sup. & in ignem & feram horribilem & in fluuiū liquētē. i. fluidū: nō q̄ talis esset: sed q̄a talis apparebat.

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Verum vbi nulla fugam &c. Ostēdit quomodo proteus constantia & pertinaci oppressione aristæi victus in formam humanam redijt & edocuit cur dij passi sint apes eius interijsse: qd' euenisse dicit ob mortem eurydices coniugis orphei quam dum aristæus opprimere volens persequeretur a serpente morsam & extinctam ad inferos descendisse docet & ab orpheo frustra repetitam: quam rem late exequitur poeta: nam in eam finē operis in quo galli laudes continebantur conuertit.

Reperire. Reperit est hic præsentis nam in præterito solet p, duplici scribi & primā ꝓducere.

Fido confido. Cōfidens & cōfidētia in malā partē accipi solent: fiducia in bonam: confidimus aūt alijs: fidimus in nobis.

Ordo. Ordo est. Verum. i. sed vbi. i. postq̄ nulla fallacia. s. protei: reperit. i. inuenit & obtinet: fugā. i. fugiēdi facultatē: ipse aristæus victus, redit in sese. i. seipsum: atq; ipse locutꝰ. i. loquens tandem ore hominis. i. humano: inquit o confidentissime & maximā cōfidētiā habēs. ita vt nullis mōstris deterrearis quo minus inceptū peragas: nā quis pro quisnam iussit te adire nostras



[a] Verum vbi nulla fugā reperit fallacia[a]: victus
[b] In sese redit: atq; hominis tandem[b] ore locutus.
Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos? quidve hic petis? inqt: at ille
[c] Scis Proteu[c]: scis ipse. neq; est te fallere cuiq̄
Sed tu desine velle. deum præcepta secuti
[d] Venimus huc[d] lapsis quæsitum oracula rebus.
[e] Tantum[e] effatus: ad hæc vates vi deniq; multa
Ardentis oculos intorsit lumine glauco:
Et grauiter frendens: sic fatis ora resoluit.
Non te nullius exercent numinis iræ

SERVIVS.

SER. ¶ Verum vbi nulla fugam reperit fallacia: victus In sese redit: atq; hominis: ore humana. s. voce.

Nam. Nam quis te iuuenum confidentissime: quisnam: hodie eñ nam, particula postponitur: antea præponebatur. Terentius in Phor. Nam quę est anus a fratre egressa meo. Scis proteu: vocatiuus græcus vt orpheu. Neq; est te fallere cuiq̄: alij quicq̄ legūt: hoc autem dicit cum omnia noueris desine aduentus mei causam velle cognoscere. Deum p̄cepta secuti propter matrē. Grauiter frendens cum ingenti tumultu. Non te nullius exercent numinis iræ: non humilis: sed magni. Magna luis commissa tibi: id est magnorū scelerum est ista persolutio. Et alij ita distinguunt: vt sit a te cōmissa alij. Tibi has. m. o. non humile autē numen dicit Tisiphonē id est mortis vltricem: nam ideo

Tisiphone. Tisiphone dicta est quasi cui cura sit τισιφονου . id est mortis vltio. Haud quaq̄ ob meritum. i. non tales quales mœreris: nā eiꝰ vxoris cā mortis fuisti: inferret autē digna supplicia: nisi fata ꝓhiberēt quibus fauentibus ira numinum maiora infert licet maiora non possit

Magna luis cõmissa: tibi has miserabilis orpheus
Haud quaquam ob meritũ pœnas (ni fata resistant)
Suscitat: & rapta grauiter pro coniuge sæuit.
Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta nõ vidit in hærba.
f At chorus æqualis dryadum clamore supremos[f]
Implerunt montes: flerunt rhodopeiæ arces.
g Altaque pangæa: [g] & rhœsi mauortia tellus:
h Atque getæ atque hebrus & attias orythyia[h].
Ipse caua solans ægrum testudine amorem
Te dulcis coniux: te solo in littore secum.
i Te veniente die te decedente[i] canebat.

non possit. Moritura puella ... nõ vidit quippe moritura. Seruantẽ.i.tenentẽ: vt tãtas ser... abat filia sedes. At chorus æqualis dryadũ. Et eurydice quoque dryas: ...bono cõpendio eius pertermisit interitum. Supremos implerunt montes summos: vt pluris supreme iup. Flerũt rhodopeiæ arces. Rhodope mons est thraciæ sicut Pangæa. Rhœsi: mauortia tellus quã postea Rhœsus tenuit: & est prolepsis ex persona poetæ. Quo enim tempore Orpheus fuit: Rhœsus necdũ regnabat in Thracia. Hebrus: fluuius Thraciæ gelidissimus. Attias orythyia. atheniensis nympha quã boreas in suum matrimoniũ rapuit. ipse orpheus Caua t. Periphrasis citharæ: cuius vsus reptus est hoc mõ cũ regrediens Nilus in suos meatus, varia in terris reliquisset aialia relicta etiã testudo est quæ cum putrefacta esset: & nerui eius remansissent extenti intra coriũ percussa a mercurio sonitum dedit. ex cuius imitatione cythara est composita. Aegrum amorẽ Mœstrum deceptum. Solo in littore deserto. in quo sine vxore morabatur.

PRO. ¶ Altaque pangæa & rhœsi mauortia tellus Pangeus mõs est & Rhodope thraciæ. Rhœsi tellus thracia: quæ prius dicta est Aria ab areo rege patre Thracis & Edoniæ: a quo thracia dicta est: & quondã gens est edime: Latine autem interpretatur ansa. matria siue mauortia Mauors autem dicitur magna vertens deus.

MANCINELLVS.

MAN. ¶ Nã quis: pro quisnã. Est cuique. pro datur cuique. Velle. s. fallere. Glauco cæruleo viridi vt latius lib. iij. Geor. probauimus Frendẽs dentibus insonans fatis oraculis sunt enim fata quæ dij fantur de quibus latius supra. Luis per i nõ per e in antiquis legitur. Luis ergo i. purgas: vt ibi. Post mihi nõ similis pœna cõmissa luetis. Luo enim a luce dicitur: vt scri. Varro haud quaquã ob meritũ non secundum meritum maiores enim meritus esses Sæuit. ordo est & pro rapta coniuge sæuit grauiter pro sæuiret ni fata resistant. Pangæa

Pigæus. pangæus thraciæ mons est teste Ply. lib. iiij. componitur autem a pan quod est totum: & gæa terra. Rhœsi tellus Thraciæ partem possedit Rhœsus: vbi m. rs oim deus vt Mela scribit Getæ de his superius. Hebrus video æglo. x. Attias orythya. i. atheniensis nam vt Eusebius scribit Erichthonij Vulcani filij filiam Orythiã Boreas Aristei filius Thrax rapuit quem fabula ventum fingit latius etiam Ouidius libro sexto metamor. scribit in fi. scilicet Hebrus & us atque & breues pro longis more suo: per Diastolem. Atthias: atthis regio in qua erant atthenæ: secundum thabet aspiratum. inde atthias patronymicum. i. Atheniensis. Testudine. i. cheli. Te dulcis cõiux Epanalepsis est. i. replicatio: seu anaphora. i. relatio vel repetitio.

RI. ¶ Nam. Quis: id est quisnam: & est anastrophe in qua præpositio postponitur. vt Transtra per & remos. Confidentissime magna enim est confidentia audere accedere ad Proteum: id est ad difficultatem veri inueniendi. Scis proteu: sola enim veritas

PIERIVS.

a ¶ Verũ vbi nulla fugã reperit fallacia. In aliquot ant. cod. pellacia, scriptũ ẽ. In Med. vtrunque &, pellatia, & fallacia, notatũ ẽ. b ¶ Atque hoĩs tandẽ ore locutus. Nimirũ, est quod in codic. aliquot antiquis post, Tandẽ, habet, ĩportune inculcatum est, quũ huius suppositi, quod ẽ, locutus, verbũ, inquit, tertio sit versu collocatũ. c ¶ Scis proteu scis ipse. Sũt antiq cod. manu scripti, in quibus legitur, proteus, vocatiuo casu. Atticorum idiomate. ω πρωτευ. Sed, proteu. κοινως. receptũ ẽ latinis. d ¶ Deũ præcepta secuti venimus huc lapsis quæsitũ oracula rebus. In Ro. & aliquot alijs codic. antiquioribus, nõ huc sed hinc, legitur: mẽbraque ita disposita sunt, vt deũ præcepta secuti venimus, continenter legatur, mox hypodiastole signata. Hinc lapsis quæsitũ oracula rebus, subiungatur, quãuis i Oblõgo, lassis, legatur, & i aliquot alijs, labsis, p characteristicõ pñtis. Erat et i Mediceo prius, hic, scriptũ aliena inde manu factũ, huc, altera lectiõe abrasa. e ¶ Tãtũ effatur ad hæc vates. Quod i Lõg. legitur, tantus ad hoc fatus vates. In memoriã mihi adduxit Terẽ. Scaurũ super hoc solicitũ fuisse, quo pacto, effatus, scribendũ eẽt, vbi semiuocales ait geminare, iõque effatus, nõ, exfatus, vel ecfatus dicẽdũ. Sane crediderim aliquid huiusmõi fuisse prius i eo cod. Vñ Longob. exscribebatur, dataque inde ansam reliquis subuertẽdi. f ¶ At chorus æqualis dryadũ clamore supremos ĩplerũt mõtes. In Ro. cod. & aliquot alijs, Supremo, legitur, vt clamoris magnitudo declaretur Sed enim, supremos, quippe montes, Serui. agnoscit, vt illud. pro supreme Iuppiter. g ¶ Altaque pangæa & Rhœsi mauortia tellus. In cod. aliquot antiquis, panchai, legitur, vt sit alta tellus panchai, & mauortia tellus Rhœsi. Sed enim παγγαιον, ẽ mõtis nomẽ, casta igitur lectio, pangæa, pãchaia enim pertinet ad arabiã de qua lib. ij. Geor. Totaque thuriferis pãchaia pĩguis harenis h ¶ Atque getæ, atque hebrus, atque actias orithya. Hic quoque versus i cod. oibus antiquis, quos versare potuimus, eodẽ mõ habet, quo superior ille, atque ephyre, atque opis, & asia deiopea: ita ei legitur atque getæ atque hebrus & actias orithyia. nulla i tritimemeri collisione facta, cuius pedes ita discludi debent, atque getæ. atque hebrus & actias orithyia. si cui tñ atque, illud ter repetitum magis placeat, quod ita versus scriptus sit i Val. probi cod. malitque in pentimemeri potius breuem pro longa positam, vt locus ille communis est, non laboro. Orithyiam vero quadrisyllabam esse dictionẽ, ea dimensione, qua pœonicũ quartum a maiori circũscribimus duabus medijs syllabis per diphthongum notatis. Indicant homeri versus. μαιρα και ωρειθυια. & alibi. δυ πλοκαμος ταμαθεια και ωρειθυια. i ¶ Te veniente die, te decedente canebat. In Mediceo, & aliquot alijs antiquis, discedẽte, habetur. Sed enim, decedente receptum est.

... nostras domos. quod ve petis hic. i. in nr̃is domibus: At. i. sed ille. s. Aristeus sup. inquit aut mdit o proteu tu scis ipse inquã. i. tu per te nullo docẽte cum sis vates & tam pñtium quam futurorum: scis: scis s. quid petã neque cuique est sup. permissum aut datum fallere te aut neque est. i. contingit te fallere quocunque. i. in quouis aut cuique. i. cuiuis est fallere te: sed tu desine velle. s. causam aduentus mei ex me cognoscere. scilicet. s. oia per te noscas. Aut tu desine velle supp. fallere me tot monstris & elusionibus hoc est sicut nec falli potes a quoquam ita nec fallere debes quemquam. (Sed quæ res si oia nouit proteus quo mõ non nouit aduentũ aristei & se in vincula ab eo cõnciẽdũ: aut quo mõ deus vinci potuit? Verũ scies quod prius diximus protea diuinandi potestatẽ a se nõ habere: vnde dictum est Quippe ita neptuno visum nec semper diuinandi furore rapi: sed tunc tantũ cũ ira percitus eo quod vinculis detẽtus supra se rapiebatur quo circa vt propheticũ furorẽ cõcipiat cõsuluit mater quæ eius mores nouit ipsum in vincula contraherẽ & adoriri potuit aũt aristeus & quia iuuenis & ille senex. & quia deorum quoque stirpe creatus: & quia vt dictũ est postquam ambrosia perfusus erat habilis membris venit vigor) nos secuti præcepta deũ. id est deorum & potissimũ matris venimus. i. accessimus huc. i. in hunc locũ vbi nũc sumus quesitum. i. ad inquirendũ rebus lapsis. i. deperditis: oracula. id est deorum consilia & responsa per quæ remedium obtineamus. Tantum. id est dumtaxat hoc effatus supple est aristeus (aptum est autem diuinationibus verbũ effatus) vates. scilicet proteus intorsit denique. id est tandem ad hæc. scilicet effata & verba aristei: quia. s. audiuerat deos id velle: intorsit dico multa vi. i. violentia oculos: ardẽtis ex cõmotione animi, lumine glauco i. ceruleo: & frendens grauiter. i. cũ ingenti tumultu: resoluit ora fatis. s. dicẽdis. i. oraculis pronunciandis. i. incepit effari oracula diuũ: tu luis. i. persoluendo purgas magna commissa (sic Mancinellus alij lues legunt vt sit magna lues est cõmissa tibi) orpheus miserabilis. i. dignus miseratione suscitat. i. excitat & procurat tibi continuo ita vt vna pena se data altera exoriatur (hoc enim est suscitare penas) has penas. s. quas dedisti. & dabis ni. i. nisi fata resistãt. i. aliter disponãt haud quaquam. i. nullo pacto ob. i. secundum meritũ quia maiores longe meruisti: & sæuit grauiter pro coniuge. s. eurydice rapta. s. ab inferis postquam ipse retrospexerat (Ego malim dicere eam restrictionem ni fata resistãt respicere ad verbũ suscitat sicut dixi quod orpheus eas penas semper excitaret nisi fata resistãt quam sicut Mancinellus vult vt sit ordo sæuit pro sæuiret nisi fata resistant: quia reuera sæuit: sed si fata obsistant nec quicquam & frustra quia nocere non posset sed potius placari cogeretur) Ostendit cur sæuiat pro coniuge rapta dicens. Illa. scilicet cõiunx orphei eurydice: quidem. i. certe dũ fugeret. i. præcipitanter sine cõsideratione per flumina te insequentem. scilicet vt opprimas eã ipsa

¶ ipsa puella.i.adhuc iuuencula ꝯiunx orphei moritura.i.ꝑperās ad mortē ꝗuis nesciret: nō vidit in alta herba ante pedes.s. suos cum oculos in terre torqueat: hydrū.i.serpētē aquatilē imanē.i.valde magnū & seuū seruantē.i.defendentē ne qs accedat ripas.i.margines fluminū. At.i.sed chor⁹ dryadū: nympharꝫ arborꝫ: equalis.i.coeuus hoc ē nymphe coeue eurydices: implerūt clamore.i.hululatu ob mortē eurydices: mōtes supmos.i. altissimos arces.i.summitates.rhodopeie.i.rhodopes mōtis thracie fleuerunt: & pāgea alta.i.mons thracie fleuerūt (declinaꝶ aūt hic pāge⁹ & plura sr hæc pangea sicut ismarus taygetus dindim⁹ gargar⁹. & alia multa) & tellus mauortia.i. in q̄ mars potissimū dn̄aꝶ: & quam postea rhesus habitauit & tenuit in thracia vbi mars gradiuus dr̄ (qd̄ vocabulū neqꝫ grecū neqꝫ latinū ē. Est ergo vt Seruius dicit ꝓlepsis ex persona poete nā quo tpe nymphe euridices mortem fleuerunt rhesus nondū natus erat qui postea ad bellum troianum venisse dicitur non autem est eiusmodi vitiosa sicut si ex persona loquentium esset) tellus ergo mauortia vn̄.s. mars oriundus dicitur rhesi illius regis qui postea eam partem thracie tenuit supple fleuit. Atqꝫ getæ.i.vicini thracie populi atqꝫ hebrus fluuius thracie & orythia nympha illa attias.i. attica

※ veritas seipsam nouit nec a quocūqꝫ decipitur. Ardētes oculos lumine glauco ardentes: splendētes: ingenii em̄ acumen indicat splendor in oculis idē notat color glaucus in pupillis. hic est qꝫ pallas quæ dea sabine habetur γλαυκῶπις cognomineꝶ: est aūt glaucus color quem latini veteres cesium dixerūt: vnde cesiam glancopiam appellarunt: dicitur autem cesia teste Nigi. de colore Cœli quasi cælia. Orpheus: fabula nota est Orpheum vxorem habuisse Euri: quę dum Ari. fugeret p loca hærbis: floribusqꝫ ornata: latentem serpentem calcauit. cui⁹ venenato morsu extincta ad inferos descendit: est autem Eurydice humana anima quæ dicitur Eurydice id est altum iudicium habens. ꝓpterea qꝫ rōnalis est. hæc nubit Orpheo cū corpori cōiungiꝶ & amatur ab Aristeo.i.ab optimo: illi aūt corpis voluptatib⁹ irretit. id em̄ sunt flores hærbe q̄ terræ sunt pulchritudo optimū qd̄ est. p illa fugit atqꝫ a serpente.i.a peccato quod inter illas voluptates latet interimitur: & ad inferos demergitur: sed conceditur Orpheo vt illam sono citharæ.i.actionum compositione quo maxima harmonia est: vnde virtus exoritur ab inferis reuocet.i.a vitijs liberet sed ea lege ne respiciat.i.ne in vitia relabatur: nam relapsa habitum facit.

seu atheniensis in thraciam a borea rapta: sup. fleuerunt. (Est autem patronymicum a patria deductum attias sicut medea colchis dicitur. & troiane mulieres iliades. Mancinellus sentit scribendum athis quod tortellius negat (Ipse scilicet orpheus: solans: amorem egrum. id est misere affligentem: testudine caua.i.cheli: aut cithara in morem testudinis facta aut ex testudinis imitatione inuenta: o dulcis coniunx scilicet eurydice canebat te: canebat in quam te in littore: id est vbi ipse solus quia sine te erat & ita canebat secum canebat dico te die veniente & canebat te die decedente id est occcidente sole.

SERVIVS

SER. Tænar⁹. ¶ Tænarias: etiam fauces Tænarus. Laconiæ promontorium ē circa finem Maleæ: vbi inferorꝫ dicitur esse descensus. Manesqꝫ adijt regemqꝫ tremendum. Hæc omnia ad laudem pertinent citharæ: qua fretus ista superauit. Nesciaqꝫ humanis præcibus mā suescere corda. Ad exitum futuræ rei respexit non ad principiū nām primo meruit Euridicen. Erebi de sedib⁹ imis. De interioribus tenebris inferorum. Implexæ: inuolutæ: implicitæ ἐμπεπλεγμέναι. Ixionei vento rota de est cum & dicit cum vēto suo rota constitit id est cum causa volubilitatis quieuit.

PRO. ¶ Tænarias etiam fauces. Tænarios est laconię littus: in quo specus est: per quem Hercules existimatur descendisse ad inferos & Orpheus.

MAN. ¶ Tænarias: etiā fauces. Tænarus in laconica ꝓmontorium aduersum aphryicæ: ripa erecta est sacram Neptunni ædem cōstructam continens in luco propinquaqꝫ spelunca est per quam cerberum ab inferis superius reductum ab Hercu. fabulę canūt. Soli. scri. & Stra. libro. viij. Fauces:

Erebus angustos aditus Erebi: dicūt erebum esse terræ profundissimum & absconditum locū: seu inferorū profunditatem atqꝫ recessum erebenos autem græce: latine obscurū significat. Cocyti: videto librū. iiij. Georgi. Styx: latius supra. Tartara iā diximus Eumenides de ijs libro. j. Georgi. Cerberus: is dicitur quasi creoboros id est carnem edens. nam Creas caro est Boros dens de hoc Seneca in Hercule furēte ait: post hæc auari ditis apparet domus: hic sæuus vmbras territat stygi⁹ canis: q ter na vasto capita cōcutiēs sono: regnū tuetur sordidū tabo caput lābunt colubræ: viperis horrent iubæ. Lōgiusqꝫ torta silat cauda draco par ira formę &c.

※ Inhians:

a Tænarias etiam fauces[a] alta ostia Ditis
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus: manesqꝫ adiit regemqꝫ tremendum
Nesciaqꝫ humanis precibus māsuescere corda.
b At cantu[b] commotæ erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues: simulachraqꝫ luce carentū:
c Quam multa in foliis[c] auium se milia condunt
Vesp vbi: aut hibern⁹ agit de mōtib⁹ hymber.
Matres: atqꝫ viri defunctaqꝫ corpora vita
Magnanimū heroū: pueri īnuptæqꝫ puellæ:
Impositiqꝫ rogis iuuenes ante ora parentem
Quos circum limus niger: & deformis arundo
d Cocyti: tardaqꝫ palus inamabilis[d] vnda
e Alligat[e]: & nouies Styx interfusa coercet.
Quin ipsæ stupuere domus: atqꝫ intima Leti
f Tartara: cæruleosqꝫ iplexæ[f] crinibus angues
g Eumenides: tenuitqꝫ ihians[g] tria Cerberus ora:
h Atqꝫ Ixionæi vento[h] rota constitit orbis.

PIERIVS.

a ¶ Tænarias ēt fauces. In ant. aliquot, modo falces mō valles inueni, q̄ cōsulto ꝑtereo, quū oino, fauces, scribendū videaꝶ. b ¶ At cantu cōmotæ herebi de sedibus imis vmbræ. In codi. nōnullis antiquiorib⁹, cantū, legas, nempe qd̄, at cōiunctionē, vel eo modo per, t, scriptam ꝑpositionem esse crediderit. Sed enim, cantu, lectio castior habeꝶ. In mediceo, &, copulatiua erat prius, inde, at factū. c ¶ Quam multa in syluis auium se millia condunt. In antiquis omnibus exemplaribus, quæ versauimus. In folijs, non in syluis legitur, & milia, vnico. l. tam hic, qꝫ in veterum monumentis sæpe legiꝶ. Sūt qui substantiuum, mille, & adiectiuū scriptione distinguāt. Præterea In Romano codice tres versus superhabundant, ex Aeneidos sexto huc iportūe trāsfati, qd̄qꝫ magis indigneris, corruptissime scripti. d ¶ Tardaqꝫ palus inamabilis vnda. Sunt codic. in qbus, innabilis, legaꝶ. Sed em̄ ꝓbationes oēs inamabilis, legunt. Et Alus gellius eandem hāc lectionem, agnoscit, dū dicit vergiliū stygiam paludem inamabilē dixisse κατὰ στέρησιν amoris. Sicut illaudatū, κατὰ τὴν ἐπαίνου στέρησιν. Sed em̄ de hoc dictū loco suo. e ¶ Alligat & nouies. In cod. aliquot manu scriptis, Atligat i alijs, adligat obserues, quā antiquam non esse scriptionē. ex eo possumus ꝯiectare (Neqꝫ em̄ hic antiqtatē itelligo vel ennii, vł Pacuuij

※ temporibus

ASCENSIVS.

¶ Tænarias &c. Prosequitur materiam inceptam ostendens quo modo orpheus ad inferos descēdens coniugem recuperauerat ea lege vt non retrospiceret. quam retrospiciēdo tamen amiserat: quā rē satis modulate Boetius quoqꝫ concinit in de consolatione philosophica: nec difficilis excogitatu est allegoria: si animaduerterimus quid in sanctis litteris sit retrospicere & quid canis reuersus ad vomitū & quid vxor loth cum retrospiceret in salis statuam versa: & id genus alia. Nam si eurydicen animam rationalem dixerim⁹ orpheo. id est carni nuptam & ab aristeo. id est ratione cum in hærbis. id est delitijs ageret insecutam & a serpente. id est peccatis occisam: & modulis ac lachrimis mariti cōfitentis & contriti. s. ad superos. i. in gratie statum reductam ea lege vt non retrospiciat. id est recidat in peccatum: quia tūc essent nouissima peiora prioribus: forte nimis christiani videremur ijs qui negent ethnicos intellexisse animam nostram etiā carni nuptam ab ea in vitia allici & a ratiōe retrahi: & quæ dixi alia. Sed ordinem prosequamur qui talis est. Orpheus ingressus etiam fauces tenarias. i. tenari ꝓmontorij in laconia vnde descensus dicitur ad inferos appositorie: ostia. id est ianuas: alta: id est profundas: ditis: id est plutonis & lucū: i. syluam inceduam hoc est quæ nunqꝫ ceditur nec amputatur: caligantem. id est tenebricantem formidine nigra. i. nigredine formidolosa. adijt & manes. i. aias apud inferos manentes: vnde secūdū veterum theologiā ad nos manāt & regē tremendū, ꝙppe quem nullius miserescit: videlicet plutonē: & corda nescia mansuescere hūanis ꝑcibus. At. i. sed ꝗuis. s. nequeāt flecti præcibus: vmbre tenues quia non corpora sed simulachra corporum defunctorum

...un ferũ: hoc est anime cõ ... cantu. s. orphico ibant de ... sedibus erebi. i. caliginis in ... is: & simulachra. i. effigies ... hoim carẽtũ luce. i. vita idẽt ... ã multa: q̃ milia auiũ ... condunt se in sylvis vbi vesper ... noer hybernus. i. long⁹ & continuus agit. i. impellit eas de montibus in syluas: simulachra ... videlicet matres. i. fœmię at q̃ viri & corpora magnanimũ ... magnanimorum heroũ. i. pri... virorum, defuncta vita. id est munere vitæ. & pueri & puellę innuptę & iuuenes impo... rogis. i. ignibus & pyris incẽsis ante ora parentũ. i. oẽ genus hoium cuiuscũq̃ ętatis sexus aut conditionis fuerint circum quos lim⁹ nger & arundo deformis cocyti id est illius paludis: infernalis & palus innabilis. i. p quã nare nemo potest: vnda tarda. i. propter tardationẽ vnde q̃ immoratur & immergit natare conantes: frequentior tñ & vt puto verior lectio est inamabilis. i. non amabilis: qa nullam cãm cur amet habet: est enim tristis & obscœna: alligat. i. detinet: & stix. i. palus illa tristitię infernalis interfusa nouies. i. per nouẽ circulos (q̃ res sexto eneid. ad vnguẽ ptractanda est) coercet. i. ɔstrigit ne exeãt qn. i. qn imo ipse dom⁹. s. ifernales stupuere. s. ob cãtũ orphei. atq̃ tartara. i. tenebrarum loca intima. i. pfundissima: læti. i. mortis sup. obstupuere: & eumenides. i. furię infernales imple xæ crinibus angues cerul eos. i. habẽtes angues ceruleos implicitos in capillis supple stupuere: & cerber⁹: canis ille infernalis triceps significans vt dixi triplicem plutonis potestatem: celestium terrestrium & infernorum tenuit id est continuit a latratu tria ora: atq̃ rota orbis Ixionei. i. circumuolutionis aut circũferẽtię quã apud iferos voluit Ixiõ vt dr̃. vj. enei. ɔstitit vẽto. i. stetit cũ vẽto nõ opus est itelligere cũ qa ponit̃ i v̾bo ɔstitit. Idẽ em̃ est ɔsto tibi & sto tecum hoc est oẽs pene & oĩa tormenta inferorum cessauerunt ad cantũ orphei ita vt nec aditum nec egressum prohiberet cerberus eurydice. vt in sequentibus latius dicam.

tẽpibus. Sed q̃ circa octaui augusti tpa vigebat) qd̃ Terẽ. Scaur⁹ ãtiq̃s, pelligo, nõ piego. Colligo, ñ cõlligo: alligo, nõ adligo, dixisse asserit, huiusq̃ ̦pnũciatiõis exẽp. alibi ex vergilio desumit. Quare alligat, geminato, ll, scribere deberem⁹.

f ¶ Cæruleosq̃ implexæ crinibus angues. In cod. Longob. & aliquot aliis, amplexæ, legitur. In Oblongo. & altero admodũ cariosõ, implexæ. In Ro. innexæ, quę ptuleris, nõ laboro.

g ¶ Tenuitq̃ inhians tria cerberus ora. In antiquioribus aliq̃t codi. legi, tenuit inhians. nulla interposita pticula copulatiua. Nam & locus semignariæ cõis est, siquis syllabæ timeat & Iniæ concinnitas ipsum quodammodo hiatum represẽtat cui, si, q̃, illud iserueris, fauces ̦ppemodum videberis obstruxisse. Non præteribo etiam, Tenuitq̃ minans, alicubi legi, sed id inemendate.

h ¶ Atq̃ ixionei vento rota constitit orbis. In codicibus aliquot. cantu rota, legitur. Sed agnoscit, vento, Seruius.

Inhians: intentus concupiscens. Tenuit clausit: vt illud intentiq̃ ora tenebant: pro claudebant. pro nec est aliter exponendum quod & hic locus indicat. Ixionei orbis: videto li. iii. Georgi. Vento: quo quidem moueri solebat: cum vento ergo restitit.

CHRI. Tenarus ¶ Tenarus: in laconica regione promontorium est circa finem malei montis: in quo quia hiatus est: & ex eo agẽte spiritu murmura audiuntur inferorum dixere fauces. Consistit: restitit: nõ mota est iãq̃ pedem maxima cõmiseratio q̃ veluti nauis quæ multas euaserit tẽpestates in portu perierit: & est pathos ab eo quod est præter spem.

SERVIVS.

¶ Quum subita incautum demẽtia cœpit amantem: Epitheton amantis est. Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes: participiũ sine verbi origie nõ enim facit ignoscor sicut nec triumphor regnor. Eru dicẽq̃ suam iã: alij legunt iam luce sub ipsa. Victusq̃ animi. sic hoc loco dixit. vt o præstans animi iuuenis. Respexit: ibi omnis Effusus labor atq̃ imitis rupta tyranni fœdera &c. Nam respiciendo commisit in legem sibi datã. Terq̃ fragor auditus auernis: quasi exultarent vmbræ reditu Eurydices. Luca. dicit in orpheo strepitum factũ redeunte Eurydice: ob hoc quia gaudent a luce relictam euridicem iterum sperãtes orphea manes. Iterum crudelia retro fata vocant Ouidius. Bis rapitur vixitq̃ semel. Natãtia. i. in mortem reducta. Inualidas. p. in vmbræ tenuitatẽ redactas. Heu. n. t. quia supra dixit euridicenq̃ suã iam. s. d. p diuersa. Præterea: postea. vt quisq̃ numen iunonis adorat. Pręterea. Nec portitor orci amplius obiectam passus transire paludem mysticum est dicitur enim bis eandem vmbram euocari non licere.

¶ Pone post. Sub ipsa luce prope superas auras. Proserpina hãc plutoni tribuerunt: quoniã terrena vis omnis atq̃ natura. Diti patri dedicata est. qui dictus est apud græcos Pluton: quia & recidunt omnia in terras: & oriantur e terris proserpina autem est ea quæ græce persephone nominatur: quam frugum semen esse volunt absconditamq̃ quæri a matre fingunt: vt ait Cicero in libro de. n. de. Varro tamẽ inquit: quod Epicharmus Ennij lunam ... quoq̃ appellat ... sub terris: nã hæc vt serpens mõ in dexterã modo infini-

Iamq̃ pedem referens. casus euaserat omnes:
Redditaq̃ Eurydice: superas veniebat ad auras
Pone sequẽs (nãq̃ hanc dederat ̦pserpina legẽ)
a Quum subita [a] incautũ dementia cepit amantẽ
Ignoscenda quidẽ: scirent si ignoscere manes:
Restitit. eurydicenq̃ suam iam luce sub ipsa
Immemor heu victusq̃ animi respexit: ibi oĩs
Effusus labor: atq̃ immitis rupta tyranni
b Fœdera: terq̃ fragor stagnis auditus auernis [b].
Illa quis & me inqt miseram & te pdidit orpheu
Quis tantus furor: en iterum crudelia retro.
Fata vocant: conditq̃ natantia lumina somnus:
Iamq̃ vale: feror ingenti circundata nocte:
Inualidasq̃ tibi tendens heu non tua palmas.
Dixit. & ex oculis subito ceu fumus in auras
Commixtus tenuis fugit in diuersa. neq̃ illum
Prensantem nequicq̃ vmbras & multa volẽtem
Dicere præterea vidit. nec portitor orci
Amplius obiectam passus trãsire paludẽ.
c Quid faceret: quo se erepta bis [c] coniuge ferret?
d Quo [d] fletu manes: quo numina voce moueret?
Illa quidem stigia nabat iam frigida cymba.

PIERIVS.

a ¶ Cũ subita incautũ demẽtia cœpit amãtẽ. In Ro. cod. & i aliquot aliis subito, legit̃, qd̾ quidẽ aduerbiũ eo loco nõ displicet.

b ¶ Terq̃ fragor stagnis audit⁹ auernis. In Ro. cod. legitur. Terq̃ fragor stagni est auditus auerni, cæterum in eo literæ omnino aliquot superfluæ. In Medi. auernis, erat, nunc s, vltima litera abrasa est, vt cum Seruio sentiret lectio.

c ¶ Quid faceret quo se rapta bis cõiuge ferret. Nõnulli veteres cod. legunt. Quo se bis rapta cõiuge, vt euitarent vocẽ in continuatione sermonis, quæ communis est: cum, Raptabis a Rapto raptes, sed monosyllabum, bis, plerisyllabicis illis dictionibus iteriectum, modulatius videtur adsonare.

d ¶ Quo fletu manes. Qui numina voce moueret. In Romano codice.

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Iamq̃ pedem referens &c. Docet Proteus quomodo Orpheus threicia fretus cythara fidibusq̃ canonis coniugem eduxerat ex inferorum carcere: & quomodo eam iterum amisit contra legem datam per impatientiam amoris retrospiciendo dicẽs. Iamq̃. i.

Ordo. & iam orpheus sup. aut Euridice sed potius orpheus referens pedẽ scilicet ab inferis euaserat omes casus. i. difficultates: quia & canẽ placauerat & cum plutone & cum proserpina: plutonis coniuge ad quem de fœmina magis spectabat: pactus fuerat: & Euridice coniunx. scilicet eius reddita: scilicet ei. veniebat ad auras superas sequens scilicet maritũ: pone: id est prope sed post eum namq̃ proserpina: quæ est inferorum regina cereris filia quam pluto rapuerat: dederat hanc legem vt scilicet post maritum rediret nec ab eo respiceret: veniebat dico iã ad auras supas: quũ subita dementia cœpit. id est inuasit ac vicit amantem incautũ: atq̃ ideo incautũ qa amantem. sunt em̃ amantes ceci & amentes fere. demẽtia dico ignoscenda. i. vt dicũt cõdonanda & remittenda quidẽ. i. certe: qa nõ per prauitatẽ sed per vim amoris legem trãsgressus ẽ. si manes scirẽt ignoscere. i. veniã dare dementia aũt erat: quia restitit. i. immoratus ẽ & ipse immemor (heu condolẽtis est) & victus animi. i. habens animum victum (genitiu⁹ apd̾ Vergilium fere ponitur vbi i patiente est intrinseca actio. vt præstans animi q sibi aium pstat: victus animi q animũ suũ sibi vicit: maturus eui: qui sibi euum maturat: infelix animi qui animum sibi infelicem facit) vict⁹ ergo animi quia ipm p impatiẽtiam amoris vicit: respexit suam s. amantissimam coniugẽ euridicen:

dicen: iã sub ipsa luce.i. vbi iam lucem intrasset cum coniuge si eam non respexisset: nã nõ debebat retrospicere donec ad lucẽ peruenissent (in qua quid aliud innuitur: ꝙ quia vanum est ante lucem surgere.) Sane ſm Seruium duplex est distinctio: nam alii legunt Eurydicenq́ suã iam quasi quæ prius non fuisse eius sed inferorum quam lectionem videtur approbare ipsa Euridice vbi dicit. Iamq́ vale: feror ingenti circũdata nocte inualidasq́ tibi tendens heu non tua palmas: quasi dicat: iam tua eram sed modo nõ sum tua. Alii ponunt particulam iam cum sequentibus: videlicet iam luce sub ipsa. Ibi.i. in ea re aut in eo loco vbi coniugem respexit omnis labor effusus supple est.i. frustratus & perditus: & fœdera.i. pacta immitis tyranni.s. plutonis rupta.i. irrita facta sunt & fragor.s. vocum acclamantium auditus est ter in stagnis auernis.i. infernalibus quia gaudebant manes Euridicen redire vt iterum orphea audirent. (Gaudẽt autem reuera ex sola inuidia multos dãnari: cum tamen non verum gaudium sed incrementum dolorũ inde habeant.) Illa.s. euridice sentiens se trahi ad inferna inquit: o Orpheu quis perdidit me miseram & te quis inquam tãtus furor? q.d. non amantis sed amentis & furentis id esse: en crudelia fata vocant me iterum retro.i. retrorsum: & somnus.s. mortis: cõdit.i. sopit lumina natantia.i. oculos stygio humore sopitos aut madentes. Iamq́.i. & iam aut posthac vale quod discedentis est ego feror.i. auferor abs te circundata ingenti nocte.i. caligine: tẽdens tibi.i. ad te: heu non tua.i. non amplius tui iuris aut in potestate tua palmas.i. manus inualidas.i. in vmbrarum tenuitatẽ redactas: & ob id resistere nequeuntes: dixit.s. euridice & fugit subito ex oculis in auras ceu fumus tenuis commixtus.s. aeri fugit in diuersa id est diuersas partes aeris: ita vt nihil fumi amplius appareat neq́ vidit praeterea id est præter ea (vt dicunt) vicem: hoc est postea: illum scilicet orphea prensantem id est captantẽ: sed non capientem: prensantem ergo id est frequenter prendere conantem ne quicq̃ id est frustra vmbras id est coniugem quæ iam in vmbras diffusa erat: & volentem dicere multa: nec portitor orci id est inferni scilicet charon passus est supple orphea trãsire amplius paludem scilicet stygem obiectam id est interpositam & regionem viuorum ac mortuorum separantem. Quod Seruius dicit mysticum esse id est arcanum sumptum ex superstitione potius ꝙ ex religione prisca qua dicitur bis eandem vmbram euocari non licere. Quasi non Eurydicen sed vmbram eiꝰ euocarit orpheus carminibus & incãtationibus sacris. Sane euocandarum vmbrarum mentio fit etiam in libris regnorum vbi iussu Saulis euocata est vmbra samuelis: de qua quid theologi nostri censeant apud eos & præsertim diuum Augustinum videndum est. Quid faceret (aporesim orphei recitat) hoc est qd putat eum tunc facere debuisse: vel dubitat tũc orpheus quid faceret: & quo ferret se coniuge bis erepta id est vi amissa semel a serpente & semel ab inferis: quo fletu moueret id est qua miseratione afficeret manes id est inferos: & qua voce moueret numina scilicet supera: quidem id est certe illa scilicet propter quam hec dicebat nabat iam frigida id est mortua & exanguis: cymba stygia id est qua traducebatur ꝑ stygẽ paludem: de qua. vj. æneі. plenius dicendum erit.

codi. legere est, Quos fletu manis ꝗ numina voce moueret. Nam illi amplius adeundi non erant, a ꝗbus diutissimæ conditionis leges acceperat. Quamq́ non displiceat, quo fletu & qua voce.

in sinistram partem late mouetur: serpere vero & proserpere idem dicebat: de hac etiam plura li. j. Georgi. Auernis stagnis: in Auerno maiores nostri Homerica defunctorum vaticinia fuisse fabulis edidere. Hanc enim locorum partem plutoni dicatam opinabantur placatisq́ prius per sacrificia diis manibus illuc intrabant: aderant enim qui talibus exponendis ductores essent locorum fructus percipientes. Fons vero ibi fluuialibus scatẽs aquis excurrit in mare: ab eius visu abstinebant omnes stygias opinantes esse aquas eo in loco constructum erat oraculum ex aquarũq́ feruore vicinarũ phlegetontem esse coniecturã factitabant: & ex acherusia: hæc & plura Stra. li. v. videto etiam li. iij. Georg. Præterea postea. Portitor orchi.i. charon. Vergi. li. vj. ænei. Portitor has horrendus aquas & flumina seruat Terribili squalore charon &c. postea inquit. Ipse ratẽ conto subigit velisq́ ministrat: & ferruginea subuectat corpora cymba. Orci: videto li. j. Geor.

¶Reddita quasi reddita. Demẽtia nã vis amoris demẽtia est: incautũ: nihil tã ꝓpriũ amãti: vñ pueris eqparant: & ꝓpterea Proper. Quicũq́ ille fuit puerũ qui pinxit amorem. Nõne putas miras hunc habuisse manus? Is primũ vidit sine sensu viuere amãtes. Et leuibus curis magna perire bona. Ignoscenda: nam si cognosceremus quam misere cupiant amantes visere rem amatã: & ꝙ vehemens sit hæc perturbatio in hac re iudicaremꝰ illis huiuscemodi erratum condonandum. Sed manes propter illorum crudelitatem nullam nouerunt humanitatẽ. Immitis: vnde nulla esset commiseratio speranda. Illa quis & me inquit miseram: & te per. oratio vehementer pathetica. Nã & suũ vehemẽter exprimit dolorem. Demonstrat enim eo deuenisse amantes: vt culpa illius qui nihil minus ꝙ hoc voluisset infœlicissimo ac æterno dissidio separentur. Heu non tua. q.d. quod vtrũq́ miserrimum accidit.

Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Rupe sub aeria deserti ad strymonis vndam
a Fleuisse.[a] & gelidis hæc euoluisse sub antris[b]
b Mulcentem tygres & agentem carmine quercus.
c Qualis populea mœrens philomela[c] sub vmbra
Amissos queritur fœtus: quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem: ramoq́ sedens miserabile carmen
Integrat & mœstis late loca questubus implet.
d Nulla venus: nulliq́[d] animum flexere hymenæi.
Solus hyperboreas glacies tanaimq́ niualem
Aruaq́ riphæis nunq̃ viduata pruinis
Lustrabat: raptam eurydicen: atq́ irrita ditis
e Dona querens: spretæ[e] ciconũ quo munere mr̃es
f Inter sacra deum nocturniq́[f] orgia bacchi
Discerptũ late iuuenẽ sparsere per agros.
Tũ quoq́ (marmorea caput a ceruice reuulsum
Gurgite quum medio portans œagrius hebrus
Volueret) eurydicen vox ipsa: & frigida lingua

ASC. ASCENSIVS.

¶Septem illum. Docet quæ deinceps egit orpheus vt iustam ĩ se censeret animaduersionẽ aristeus qui tot malorũ caput erat.
Ordo. Ordo est. Perhibent scilicet poete aut historiographi: illum scilicet orpha fleuisse septem menses totos id est integros ex ordine id est sine intermissione sub rupe aeria id est alta ad id est iuxta vndã id est fluentum aut lacum strimonis illius fluuij thraciæ: deserti scilicet ab hominibꝰ cum latas paludes faciat: quas grues habitant: vnde dictũ est. Strimoniæq́ grues &c. & perhibẽt eum euoluisse hæc scilicet ꝗ de eurydice dicta sunt sub gelidis antris eum dico mulcentem carmine id est dulcedine cantus tygres id est ferocissima animalia & quercus id est rigidissimas arbores: quam fabulam Hora. in arte sic explicat. Syluestres homines sacer interpresq́ deorum Cædibꝰ & victu fœdo deterruit orpheus Dictus ob hoc lenire tygres rabidosq́ leones. Perhibẽt dico fleuisse talem qualis philomela auis illa dulciter querula. (vnde licet species pro genere.i. ea pro quauis aue ponatur: tamen videtur quidam delectus esse cum ea ob iniuriam illatam potissimum

SERVIVS.

¶Ex ordine: sine intermissione. Deserti stry. asperi inculti. Strymon autem est fluuius Thraciæ circa quem ad extinguendum amoris calorẽ morabatur. Hæc euoluisse: talia qualia commemorat. Philomela pro quauis aue: nam speciem pro genere posuit. Flet no. Iugi nocte: cõtinuo fletu. Tanaim niualem fluuium scythiæ. Nunq́. v. p. semper niuibꝰ plena. Spretæ. c. q. m. m. nuptiali. s. cicones autem sunt thraces mulieres quę ab orpheo spretæ discerpsere eum per liberi sacra simulata. Marmorea caput a cer. r. i. pulchra sane alludit ad id quod dicit Ouid. quia cũ caput eius delatũ ad ripas serpẽs mordere voluisset: est conuersus in lapidem. Oeagrius hebrus. Oeagrius fluuius est pater orphei: de quo hebrus nascitur vnde eũ appellauit œagrium.
¶Spretæ ciconum quo munere matres. Cicones natio Thraciæ: qua oppidum est Ismaros. Et faciles venerare napeas. Napeæ sunt nymphæ.
¶Oeagrius: refert Dio. sicu. bacchum insidias Lycurgi thracensium regis admonitu theropis viri thracis vitasse: ac paulo post victor lycurgũ regno spoliasse. illudq́

Ah miseram eurydicen anima fugiente vocabat:
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.

PIERIVS.

a ¶Septē illū totos phibēt ex ordine mēses. Rupe sub aeria deserti ad strimonis vndā Fleuisse. In Ro.codi. legere est, fleuisse sibi, q̄ppe solitariū deserti ad strimonis vndā: nō amp. ad manis, Deosue inferos exorādos, nō ad cōtrahendas feras, & supuolātes aues: nō ad agrestiū hoim fœra corda mitiganda, moresq; cōponēdos, expoñdoq;. Sed sibi, sed ad calamitatis suæ lamētationē, sed ad inferor. duriciē incusandā, Flesse sibi, vt tāti doloris lenimētū aliquot inueniret musarū bñficio, cū qbus ortas ait Hesio. ... b ¶Et gelidis hæc euoluisse sub antris. In Roma.codi. & aliquot aliis, sub astris, legit. Astra nimirū gelida appellat Septētrionalia: sequit em, Solus hyperboreas glacies tanaimq; niualē. Aruaq; ripheis nunq̄ viduata pruinis Lustrabat. Quæ oia loca in septētriōes deflexa sunt. c ¶Qualis populea mœrēs philomela sub vmbra. Philomelā Seruius p aue qualibet positā ait. Sed cur nō pprie de Luscinia intelligamus: cui a lugubri cantu nomē inditū: eadēq; flet noctē: nisi ea de cā dictū a Seruio qsq; opinet: qa nōnulli volunt ex duabus sororibus procnem in lusciniā, Philomelā in Hirundinē esse cōuersam, vt eo loco habet. Et manibus procne pectus signata cruētis, qd etiā tradit Varro. d ¶Nulla venus nulliq; aim flexere hymenei. In Ro.codi. in Medi. & aliquot aliis anti. legere est, Nulla venus nōvlli aim. e ¶Spretæ cicōnū quo munere matres. Aliquot antiq codi. spreto, legūt, vt sit, spretus ab orpheo nuptiis. Seruius mauult, spretæ matres. f ¶Nocturnaq; orgia bacchi. In cod. aliquot anti. nocturniq; legitur per hypallagen: q̄uis nōnulli ex peritioribus, nocturna, receperint: qua lectione nulla fiet collisio in, nocturnaq; orgia. Sane vero in Medi. nocturni, scriptū est.

...iadeq; bñficii memor thero... moriens: Oeagrū... a quo & fluuii denoiatus ē... ēdē religt. Ex Oeagro āt nat⁹ Orpheus dicit Oeagrū fuisse ... atlātis ex alcione vna ... atlantis: de Orpheo ... alio loco diximus: eadem ... q; fuit & eiusdē nois poeta in ... adia: & alius crotoniās q cū Pisistrato atheniēsiū tyrāno vixit: sunt q etiā sex orpheos nominēt: hūc autē quē pcio habemus ... Lybiā & ægyptū pagrasse & Trimegisti Mercurii doctrinā imbibisse. Quāq; teste Cice. Aristo. docet Orpheū poetā nūq̄ fuisse: & hoc orphicū carmen Pythagorei ferūt cuiusdā fuisse Cercōis.

¶Strimonis li.j. Geor. diximus. Mulcētē ti. p id sua eloquētia feros hoies & rapaces reuocasse in māsuetudinē & humanitatē orphea intelligim⁹. Et agē.c. quercus: per id obstinatæ opinionis hoies intelligi⁹, q non nisi p elo quētiæ vires queūt a sua ptinacia remoueri. Philomela: luscinia hoc loco: alibi hirūdo: vt latius supra ostēdimus. Philon āit amās dr̄. Mela vero mala poma seu oues miserabile carmē integrat. Ply. lib. x. scribit q̄ luscinia diebus ac noctibus cōtinuis qndecim garrulus sine intermissu cātus: densante se frōdiū germine in qua vna aue pfecta musicę scīa modulatus edit sonus: & nūc cōtinuo spū trahit in lōgū: nūc variet in flexo: nūc distinguit cōcluso: copulat intorto: pmittit reuocat. Plura tn̄ ibidē leges mirāda qdē hymenæi: nulla coniugia: vide to li.iij. Geor. Hyp boreas li.iij. Geor. latius videas. Tanaim: tanais fluuius europā ab asia disiungit, atq; ambor. fines vtrinq; plabēs: in Boreā versus p sauromaras in scythiā vsq; atq; in mœotidis paludē ptēdit: orit āut ex indiæ mōtibus. Diony. scri. & Stra. li.vij. & li. ix. Ripheis. Vide li.j. Geor. Ciconū matres circa hebrū thraciæ fluuiū Cicones habitāt teste Mela. horū mulieres teste quoq; Oui. li. xj. met. Orpheū eo q fœmineū amorē in puerorum venerē trāstulisset: & pptērea eas sperneret furialiter laniarūt: post v° lyrā & caput eius in hebrum iecerūt. Orgia bacchi: in Rodope thraciæ mōte orpheus sonare cātareq; solitus erat: & ibi sacra liberi pr̄is Orpheo primū initiāte celebrabant: vt scri. Mela. Orgia bacchi. Stra. li. x. sic ait: plurimi igit græcorū totū cerimoniale negociū qd orgia vocāt bacchanaleq; & coricū & sacror. mysteria libero patri attribuerunt & Apollini & Hecatæ & musis & Cereri propter hæc Strabonis verba optime Ser. dixisse videt li.iiij. æneī. vbi ait: orgia apud grecos sacra oia ※dicuntur ※dicunt sicut apud latinos Cerimoniæ. Sed iā abusiue sacra liberi patris orgia vocant: pterea orge ira dr̄. Orgao: cōcito: cōcupio. Orgiazo: orgia celebro orgizomæ irascor. Oeagrius hebrus œagros vir siue fluuius orphei pater vt ipse in argonauticis ait. Dio. itē li.v. asserit orpheū œagri filiū & doctrina & melodia ac poesi excessisse oēs quor. extet memoria: de hebro superius patuit. Ser. āūt ait: ex œagro fluuio natum hebrum. Oeagros

¶potissimū qrāt mœrēs. i. tristata sub vmbra ... rit a pore ... quas ... fecerat ... voce ... ... cum ... amisso ... arator durus ... matrē quo cibū afferret detraxit nido implumes. s. priusq; volare scirent: at. i. sed illa. s. philomela flet noctē. i. totā & sedēs ramo vbi nidus ablatus est integrat. i. sæpe repetit & ex integro canit carmē miserabile & implet loca vicina: late q̄stibus. i. q̄relis: mœstis. i. mœstitiā indicantibus: & nulla venus. i. appetitus coeūdi & nulli hymenei. i. noue nuptię flexere aim. s. philomelæ & etiā orphei: & orpheus solus lustrabat. i. circuibat solus glacies hyperboreas. i. q fere sunt circa mōtes hypboreos sup quos. s. boreas flat & tanaim fluuiū europā ab asia dirimētē niualē. i. niuib⁹ tectū: & arua nūq̄ viduata. i. priuata: pruinis. i. gelu cōcreto: ripheis. i. in ripheis mōtibus existētibus q̄rēs. i. cōquerēs Eurydicen raptā: atq; dona ditis q donauerat vt in lucē rediret si non respexerit eā irrita. i. frustrata p respectionē quo munere. i. quo officio q̄rēdi cū orpheus vitupera ret: mr̄es ciconū pplor. thraciæ spretæ. s. ab orpheo q nequiens aim ad nouos amores applicare fœminas detestatus: fingit ad amores puerorum se trāstulisse: sparsere iuuenē. s. orpheū adhuc iuuenē & ita amabilē: p agros discerptū late inter sacra deū. i. deor. & orgia. i. festa a cōcitatis celebrari solita bacchi nocturni. i. noctu coli soliti: quū. i. qn̄ hebrus eagrius. i. ex eagro pr̄e orphei nascens: aut ab orpheo eagrio dictus eagrius portās caput. s. orphei reuulsum. s. per mulieres: a ceruice marmorea. i. cādida & tereti: volueret ipm medio gurgite. i. fluminehebri vox ipsa & lingua frigida. i. mori būda vocabat quoq;. i. etiā: tū. i. tnuc. Eurydicen vocabat dico aīa fugiente sub vmbras. s. p indignationē eo q violēta esset mors: ripæ referebant. i. resonabant toto flumine Euridicen. i. nomen eius ab eo morien te sæpe repetitum.

SERVIVS.

SER. ¶Hæc pteus. Subaudi dixit. At n.c. deest territa est qd ex sequētibus dat intelligi. Pacē. p. pacē bñficiū & beniuolentiā. Faciles em̄ exorabiles nymphas: & ad ignoscēdū paratas. Sane sciendū easdē esse Napeas q̄ & dryades sunt. Nā supra ait. At chor⁹ equalis dryadū. Intacta cer. i. indomita & dicit ita aialiū sacrificiū esse faciēdū vt non tm̄ occi dant hostiæ. sed cædant. Orphi drūs gręcus est. Lethęq; papauera. i. aggrestia. Placatā. c. v. v. c. hypallage p veneratā placabis. Præcepta facessit. i. facit & est frequētatiuū p principali: aut certe ideo facessit: qa plures hostias immolauit ... res em̄ hæc ex ipro... venit: vt apes ex bobus erū perent ... pcepta cyrenes tm̄ ad ... numina ptinebāt. Nota ... sane q̄ ex hoc euētu illa ars ※inuenta

Hæc proteus & se iactu dedit æquor in altum:
Quaq; dedit spumantem vndā sub vertice torsit.
At non Cyrene: namq; vltro affata timentem.
Nate licet tristis animo deponere curas:
Hæc oīs morbi causa: hinc miserabile nymphæ
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis
Exitium misere apibus: tu munera supplex
Tende petens pacē: & faciles venerare napæas
Namq; dabunt veniam votis: irasq; remittent.
Sed modus orādo qui sit prius ordine dicam.
a Quattuor eximios[a] pstanti corpore tauros
Qui tibi nunc viridis depascūt summa lycæi
b Delige[b]: & intacta totidem ceruice iuuencas.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Hæc pteus & c. Enarratis q̄ cōpulsus erat enarrare a diuino spiritu pteus sese in vndas deiecit tāq; q iuuenē cōfidentē abs quo iniuriā passus erat ignoratione remedii punire vellet cū causam malor. edocuisset: quocirca artificiose pstructū est a poeta vt cyrene cœpta nebulis adesset oiaq; intelligeret: q intelligens nymphas placādas & sciēs quo sacrificio apū instaurādarū modū inuenit: qa ex vitulis mactatis & in nonū diē derelictis subortæ sūt. Ordo est. Hæc pteus sup. dixit quaq;. i. & qua: & dedit se iactu: id est impetu magno in altū eq̄r & torsit sub vertice aut capitis: qa se pcipitē dedit aut sub vertice. i. reuolutione aquarū vndā spumātē sup: in eā parte qua dedit se i altū. At. i. sed cyrene nō. s. dedit se in altū: hoc est nō aufugit licet Ordo.

q

Quattuor iis aras alta ad delubra dearum
Constitue:& sacrum iugulis demitte cruorem
Corporaq; ipsa boum frondoso desere luco.
Post vbi nona suos aurora ostẽderit ortus
c Inferias Orphi[c] lethæa papauera mittes:
Et nigram mactabis ouem:lucumq; reuises
Placatam eurydicen vitula venerabere cæsa.
Haud mora:continuo matris præcepta facessit
Ad delubra venit:monstratas excitat aras.
Quattuor eximios pstanti corpore tauros
Ducit:& intacta totidem ceruice iuuencas.
Post vbi nona suos aurora iduxerat ortus
Inferias orphi mittit lucumq; reuisit:
Hic vero subitum ac dictu mirabile monstrum
Aspiciunt:liquefacta boum per viscera toto
¶Vnde: aquas mintij: fluuij declarauit, & littus non solum maris verum & fluminis dici posse. Accipite: audite. Neptūnus: mare ipsum transeat in arua mea. Pastos: consumptos. Barbara: silua dicitur barbara & syrtes loca esse affricæ fines ægyptū versus periculosissima a σειριυ dicta quod est trahere. Est enim inæqualitas maris & terræ magna & in vno loco profundissima in alio vero satis vadosa spirāteq; vento cumulus harenæ qui supra mare fuerat in profundissimas residet valles & q deprimebatur mox sup aquas aggerit & sunt syrtes maiores & minores & spacio passuū ducentorū quinquagita miliū separant. Minor a chartagine trecētis milib⁹ passuum distat & totidē ambitus: maior vero quadringētis. xxv. milibus passuū. Ser. vero vbicūq; harenosa in mari sunt loca syrtes asserit vocitari. Barbara aspera inculta & altera syrtis. i. tota harenosa. Dicūt hoīes portenta nasci tumēte mari. Nigro: turbato & procelloso. Agat. h. faciat hæc portenta. Neptūnus a nando. Fuscū. c. terram nigram. Dicantur mea rura videantur esse quoddam mare turbidum. Minus: si minus damus o Neptūne tuis altaribus q̄ debeam⁹ fac tu o Battare q fontes tui spargant per arua mea vt videantur mare retro currētibus vndis. Sināt e. id est faciant q semper sint in meis agris errores: id est inundationes fontium.

Emanent subito sicca tellure paludes.
Et metat hinc miles spicas vbi legimus olim:
Occupet arguti grylli caua garrula rana:
Tristius hoc rursum dicat mea fistula carmen.
Præcipitent altis fumantes mōtibus hymbres.
Et late teneant diffusos gurgite campos.
Quis dn̄is infesta minātes stagna relinquant.
Vnde elapsa meos agros peruenerit vnda
Piscetur nostris in finibus aduena arator:
Aduena ciuili: qui semper crimine creuit.
O male deuoti pratorum crimina agelli
Tuq; inimica tui semper discordia ciuis
Exul ego indemnatus egens mea rura reliqui
Miles vt accipiat funesti præmia belli.
Hinc ego de tumulo mea rura nouissima visam.

ASCENSIVS.

ASC. Ordo. ¶Emanent subito. Prosequitur institutum ponendo imprecationes dirissimas etiam contra nature cursum dicens. Paludes. i. aquæ palustres emanent subito tellure sicca. i. vbi nunc terra sicca & arida arationi apta & miles. s. arrius metat. s. fœnum hinc. i. ab hac parte agri: vbi nos collegimus olim spicas. i. fruges maturas rana garrula occupet caua. i. concauitatem & antra caua grylli arguti. i. vbi stabat prius gryllus argutus. Mea fistula dicat rursum hoc carmen tristius. Hymbres fumantes. i. nebulosi & ob id pestiferi præcipitent se supple aut præcipites decidant altis montibus & teneant late campos diffusos gurgite. i. impetu aquarū: quis. i. quibus campis minantes. s. milites agrorum occupatores & incubatores: vt arrius & reliqui: relinquāt dominis. i. proprijs possessoribus stagna infesta dominis. vnde id est e quibus stagnis: vnda elapsa id est effluens peruenerit agros meos id est venerit per agros meos. Arator aduena id est peregrinus & extern⁹ piscetur in nostris finibus: aduena inquit qui semper creuit crimine ciuili id est bello intestino quod per ciuium crimen orit. O crimina agelli deuoti male id est multum & cum summo malo: & tu o discordia semper inimica tui ciuis: vnde in tityro. En quo discordia ciues perduxit miseros. Ego exul indēnatus. i. non condemnatus propter crimen: sed tamen non indemnis: reliqui mea rura egens id est existens egenus in terra aliena vt miles scilicet barbarus accipiat præmia belli funesti id est qd' funeris causa est aut detestandi quia ciuilis. Ego visam hinc id est ab hoc loco de tumulo id est colliculo vbi erat sepulchrum ocni bianoris

mea

Hinc ibo

Hinc ibo in siluas: obstabũt iam mihi colles:
Obstabunt montes: campos nec adire licebit:
Dulcia rura valete & lydia dulcior illis:
Et casti fontes: & fœlix nomen agelli.
Tardius ah miseræ descendite monte capellæ:
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuq; resiste pater: & prima nouissima nobis
Intueor campos: longum manet hostis in illis.
Rura valete iterum: tuq; optima lydia salue:
Siue eris: & si non mecum morieris: vtrũq;.
Extremum carmen reuocemus battare auena.

DOMITIVS.

¶Caua: cõcauitatẽ. Gryllus. i. sit rana in eo loco vbi stabãt gryl‑ DOMI.
li. Minãtes. i. milites q minãtes nobis terreanꝫ talib⁹ hymbrib⁹: & cogãꝫ relinq̃re meos agros. Belli inter. M. Anto. & Aug. Tumulo: tumulũ hũc in buc. Ver. optime declarauit cũ inqt. Iãq; sepulchrũ incipit apparere bianoris: hic em̃ bianor amnis tusci & Mãthus Thyresiæ fili⁹ fuit a qua mãtua denoĩata est: huius sororẽ Lydiã fuisse dixere a qua & denoĩari potuit amica Vergilij: pr̃ Vergilij dicebaꝫ Vergilius rusacus.

Dulcia amara prius fient: & molia dura.
Candida nigra oculi cernent: & dextera læua.
Migrabunt casus aliena in corpora rerum:
Quã tua de nostris emigret cura medulis.
Gaudia semper enim tua me meminisse licebit.
Inuideo vobis agri: formosaq; prata:
Hoc formosa: magis mea q; formosa puella
Est vobis: tacite vestri suspirat amorem.
Vos nunc illa videt: vobis mea lydia ludit.
Vos nunc alloquitur: vobis arridet ocellis.
Et mea summissa meditatur carmina voce.
Cantat & interea: mihi quæ cantauit in aurem.
Inuideo vobis agri. discetis amare.
O fortunati nimium multumq; beati:
In quibus illa pedis niuei vestigia ponet:
Aut roseis digitis viridem decerpserit vuam:
Dulci nãq; tumet nondum viticula baccho.
Aut inter varios veneris stipendia flores
Membra reclinarit: teneràq; illæserit hærbam.
Et secreta meos furtim narrabit amores.
Gaudebunt syluæ gaudebunt mollia prata:
Et gelidi fontes: auiumq; silentia fient.
Tardabunt riui. labentes currite lymphæ.
Dum mea iucundas exponat cura querelas:
Inuideo vobis agri mea gaudia habetis.
Et vobis nũc est: mea quæ fuit ante voluptas.
Hei male tabescunt morientia mẽbra dolore:
Et calor infuso decepit frigore mortis.
Quod mea nõ mecũ domina est: non vlla puella
Doctior in terris fuit ac formosior: ac si
Fabula non vana est tauro ioue digna vel auro
Iuppiter auertas: auro mea digna puella est:

☞ mea rura nouissima id est extremos fines eorum aut visam nouissima: id est nouissime aut nouissimo de tumulo mea rura: & ibo hinc in siluas & colles obstabunt: id est contra stabunt dũ in siluas abire volam: & montes obstabunt: nec licebit adire cãpos id est loca plana & campestria: & ita quia non dabitur aufugiendi locus neq; per plana neq; per aspera: dulcia rura valete: & o lydia scilicet amica rustica: dulcior illis scilicet aruis meis & fontes casti puri id est & lympidi ac sacri & nomen agelli fœlix id est beatum a multis prædicatum: aut fœlix ꝓ fœlicis agelli. Ah misere capelle descendite tardius montibus quia non carpetis iterum pabula mollia: nota id est assueta vobis quasi dicat vt primum descenderitis insidetis in manus militũ qui vos absument. Et tu pater scilicet rusacemaro: resiste scilicet militibus: & ego intueor id est inspicio (pro quo quidam intuor dicũt) nouissima: id est vltimo loco: campos prima id est primũ: hoc est præcipue: nobis scilicet debitos: hostis manet in illis longum: id est per longum tempus: sic enim fere de tempore dicitur longum sicut de loco longe: vt in Buco. Et longum formose vale: vale inquit iola. Rura valete iterũ tuq; optima lydia salue vtrũq; id est vtroq; modo siue eris mecum scilicet vsq; ad mortẽ (sed in re læta noluit meminisse mortis propter omen malum euitandum) siue non morieris mecum scilicet non eris mecum vsq; ad mortem: quam in dissidio nominat quasi innuat longum velle viuere secum: & paruifacere eius mortem si cum alio fuerit. Battare reuocemus id est repetamus auena carmen extremum: id est de re amatoria de qua extremo loco dicturus sum.

ASCENSIVS.

¶Dulcia amara prius &c. Ordo est. Dulcia fient prius amara & mollia fiẽt prius dura: & oculi cernẽt prius cãdida nigra. s. effecta aut vt nigra: & cernẽt dextera. i. q̃ dextera sunt læua. i. sinistra: casus. i. euẽta fortuita migrabũt prius in aliena corpora rerũ. i. oĩa prius in cõtrariũ & p̄ter naturã eueniẽt: q; cura tua. i. de te suscepta (staret snĩa si diceret tui: sed versus nõ patiꝫ) emigret. i. trãsferaꝫ de nr̃is medullis: licebit em̃ me meminisse semp tua gaudia: & ideo. O agri & formosa prata ego inuideo vobis: hoc. i. eo aut tãto magis: q; mea formosa puella est vobis. i. apud vos: & q; ipsa tacite suspiret. i. suspirio indicet amorẽ vr̃i. i. quẽ de vobis habet: qa dulcis amor pr̃iæ est: illa videt nũc vos & mea lydia ludit nũc vobis quasi ad delectationẽ vestrã cũ ego absim. Ipsa alloquiꝫ nũc vos & arridet sup. vobis: nũc ocellis. i. oculis p lasciuiã cõtractis: & meditaꝫ. i. exercet & cãtat voce summissa carmina mea. i. a me vel de me cõposita: & cãtat interea ea q̃ cãtauit mihi in aurẽ quasi secreta & nõ ꝓdẽda: qa celari vult sua furta ven⁹ O agri ego iuideo vobis qa discetis amare. s. a lydia q̃ amores canit & amatoria carmĩa. O agri fortũati & btĩ nimiũ: in qb⁹ illa. s. tã formosa puella: ponet vestigia niuei pedis: aut in qbus decerpserit digitis roseis. i. rubicũdulis & odoriferis: vuã viridẽ. i. adhuc immaturã. Nã vitecula (quasi a ntõ vites: qd' si legaꝫ vt in multis viticula: ti, syllaba ꝓduciꝫ sicut a satyrico in cuticula) viticula igiꝫ. i. parua & tenella vitis: nõdum tumet dulci baccho. i. maturo vino: aut succo: aut sup. in qbus illa. s. lydia reclinarit. i. reclinauerit mẽbra inter varios flores appositorie stipẽdia veneris. i. qualẽ reclinationẽ dat venus: ꝓ stipẽdijs & illeserit. s. concũbẽdo & reclinãdo se hærbã tenerã. Et ipsa secreta. i. separata ab arbitris & in locis solis existẽs narrabit furtim. i. furtiue & clãculũ meos amores: syluę audiẽtes. s. eos gaudebũt: & prata mollia gaudebũt & fõtes gelidi. i. subfrigidi gaudebũt & silẽtia auiũ fiẽt. i. aues reticebũt & cõtinebũt cãtus suos: vt audiãt cãtilenas lydiæ riui tardabũt sup. se: & ideo o lymphe q̃ nõdũ illuc vsq; ꝑcurristis: currite labẽtes. s. cõtinue dũ. i. donec mea cura. i. amor meus seu amica mea q̃ mihi curæ est lydia exponit querelas iucũdas. i. amatorias. O agri ego inuideo vobis: qa habetis mea gaudia & ea voluptas q̃ fuit añ mea est: nũc vobis. i. vr̃a. Hei mihi mẽbra scilicet mea moriẽtia. s. igne amoris tabescũt. i. lẽte absumunꝫ corrupta tabe: dolore. i. præ dolore: & calor. s. naturalis decepit. s. me aut defecit frigore mortis. i. mortali aut mortifero: infuso: q;. i. qa mea dña (sic em̃ p̄cipua amica vulgo dr̃ & coniunx etiã a græcis dña vocaꝫ vt helena a deiphœbo in. vj. æneı. & hi dominã ditis &c) nõ est mecũ: vlla puella nõ fuit doctior ac formosior in terris: ac si fabula nõ est vana. s. re. i. inanis & friuola nihil de historia cõtinẽs hoc est si vera est fabula q̃ de europa & danae narraꝫ ipsa puella mea est digna ioue tauro. i. vt in taurũ eam auecturus muteꝫ: sicut mutatus est dũ europã agenoris filiã auexit: vel ioue auro. i. in aurũ hoc est aureũ hymbrẽ sicut in eunucho recitaꝫ: verso: o Iuppiter auertas sup. te ab ea ne capiaris: qa mea puella est auro digna.

DOMITIVS.

¶Casus euẽtus & fortuna. Emigret: discedat: suspiret lydia videt DOMI.
vos fontes & alloquitur & cãtat vobis discetis vos fontes agriq; mei amare a lydia: viticula: parua vitis. Illeserit cõcũbẽdo. Cur‑

rite lymphæ currite dum ego exponā eas querimonias. Tau
Europa. ro ioue: europam respicit filiam agenoris regis phœniciæ q̄ cū armentis delectaretur: & sæpe supra ascēdere cōsueuisset: iuppiter in formosissimū taurum conuersus eam assumptam in hos
Danae. locos detulit quibus nomen europæ inditū est. Auro: ad Danaē Acrisij filiam retulit quæ in turri ænea clausa erat: ne qs eam stupraret propter oraculum quod erat vt filius maior parēte nasceretur: quare iuppiter in pluuium aurum conuersus gremio puellæ exceptus fuit: sicq; eam compressit: & ex ea Perseus natus fuit. Auertas. a. m. d. p. e. ne capiaris eius amore.

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Fœlix taure pater magni gregis. Conqueritur suam conditionem esse deteriorem q̄ tauri qui cum vaccis semper versatur cū ipse ab amica longe exulet.
Ordo. Ordo est. O taure pater decus magni gregis id est armenti fœlix supple es. Nam vaccula. i. iuuenca captans secreta cubilia ad te non patitur vnq̄ (& ita leges: non autem nōnunq̄) te mugire frustra supple in siluis: dolore. i. præ dolore: & o pater hædorum. i. hæde aut caper si non dicitur a capiendo: fœlix & semper beate: quia siue petis montes præruptos pererrans saxa siue libet tibi fastidire in siluis noua pabula siue libet fastidire: id est vsq; ad fastidium sumere noua pabula campis scilicet iacentibus: tua capella est semper tecum læta. Et quocunq; supple loco est mas id est masculus illi id est illic est sua fœmina: vel sic. Et quicūq; mas id est masculus alius est: illi est sua fœmina iuncta: & ideo nunq̄ plorauit amores interpellatos: id est impeditos ac per tempus interruptos cur natura non fuisset. i. esse potuisset: & id est etiam nobis scilicet hominibus: non solis pecoribus: facilis id est indulgens & benigna & ad generationē non laboriosa. Cur ego patior tam sæpe crudelem dolorem cum id est quando sydera pallida id est subalba redeunt per mūdum viridem scilicet ad ortus & in orbes suos & o phœbe excurrēs in uicem id est vicissim atq; id est sicut orbis aureus id est globus solis: excurrit supple luna tua scilicet soror aut amica est tecum: cur & id est etiam mea luna id est amica mea non est mecum quasi dicat quocūq; sol percurrat semper habet amicam sororem sequentem: cur ergo & mea me non sequitur. o phœbe tu nosti quid sit dolor scilicet amoris impatientis (quia daphnē impatiēter amauit) miserere igitur dolentis: & gerens laurus in te. i. ad honorem tuum: hoc est sacerdos tuus & poeta tibi sacratus celebrabit amorem scilicet tuum: & is supple quem pompa deum id est deorum hoc est pomposus cœtus deorum: & non quē fama locuta est supple in siluis. (Omnia sunt tam inuersa vt difficile sit sententiam bonam comminisci: referimus autem hæc ad suum cuiusq; iudiciū.) Vos. s. phœb⁹ & phœbe: hoc est sol & luna estis oīa. i. oīa tenetis aut omnium estis causæ & id per parenthesim videtur insertum hoc est phœbus quem pompa deorum extollit nō qui in siluis. i. rerum corruptibilium & generabilium regione versatur vt nos mortales gestat secum semper sua gaudia atq; videt ea inspersa mundo: q̄. s. gaudia longum est dicere: loquitur aūt de daphnide. i. lauro quam secum ferre dicitur & quam in terris videt; aut de luna sorore quam amat quæ in cœlo luna: in terris diana: & apud inferos proserpina dicitur: aut de concētu atq; symphonia cœlesti: vnde & lyram gestat. Quinetiam cum sæcula voluebantur. i. per sydcrum benignam reuolutionem erāt aurea: & cū hæc conditio. s. nostra. i. humana: foret. i. esset mortalibus. s. nobis: similis illis. s. mortalibus: quia nymphæ tunc errabant per siluas: & non minus dij q̄ mortales amabant: vnde Iuuenalis saty. vj. Viderunt primos argentea sæcula mechos. Præterea astrum minoidis: id est ariadnes minois filiæ hoc est corona aurea: quam ariadne a baccho corrupta meruit & quæ in cœlum translata est: est notum scilicet cunctis & virgo quæ secuta est virum: scilicet bacchum: aut prius dedalum sicut captiua: scilicet ariadne: nota supple est hoc est manifestum & deos amasse vt phœbum: bacchum: iouem martē &c. Asserere tñ vt Ply. sentit deorū cōnubia: aut adulteria ꝓxime accedit ad demētiā cū igit̄ mortales cū dijs amarēt & amarent̄: o cœlicole: qd. i. in quo nostra ætas. i. fragilis mortalitas potuit lædere vos. q. d. in nullo: & tñ q̄ cōditio vitæ esset. i. eē posset nobis durior: supple q̄ hæc quam nobis quasi æmuli confertis: cū amare cogitis nec amatis potiri sinitis. q. d. nulla & ita plangit inquiam sortem.

Fœlix taure pater magni gregis & decus: ad te
Vaccula non vnq̄ secreta cubilia captans
Frustra te patitur siluis mugire dolore.
Et pater hædorum fœlix semperq; beate
Siue petis montes præruptos saxa pererrans
Siue tibi siluis noua pabula fastidire
Siue libet campis: tecum tua læta capella est.
Et mas quocūq; est: illi sua fœmina iuncta
Interpellatos nunq̄ plorauit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuisset?
Cur ego crudelem patior tam sæpe dolorem?
Sydera per viridem redeunt cum pallida mundum
Inq; vicem phœbe excurrens: atq; aureus orbis
Luna tua est tecum: cur non est & mea mecum
Luna: dolor nostri quid sit: miserere dolentis:
Phœbe gerens in te laurus celebrabit amorem.
Et quem pompa deum non siluis fama locuta est.
Omnia vos estis: secum sua gaudia gestat.
Aut inspersa videt mundo: quæ dicere lōgum est
Aurea quinetiam cum sæcula voluebantur:
Conditio similisq; foret mortalibus illis
Hæc quoq;: præterea notum minoidis astrum
Quæq; virum virgo sicut captiua secuta est.
Lædere cœlicolæ potuit vos nostra quid ætas?
Conditio nobis vitæ quæ durior esset?

DOMITIVS.

¶ Vacula: parua vacca. Pr̄. h. hirc⁹. Interpellatos: aīalia nūq̄ plorāt amores impeditos: īterruptos: sicut ergo sydera semꝑ redeūt in vices suas: sed ego nō possum redire ad meos agros. Tui orbis Oia vos estis vos. s. luna & phœbe est. o. oīa tenetis. Voluebant̄: erāt. Similis. c. nā aureo sæculo nymphæ securæ errabāt ꝑ siluas & loca Minoidis: tāgit ariadnē filiā Minois quā in littore a theseo derelictā bacchus rapuit & in cœlo ductā in sydus conuertit: & coronā astronomi eā appellāt. Verg. j. Geor. Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ. Numina aūt vt plurimū suas amicas cœlo consecrabāt.

DOM. Ariad.

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Ausus ego primus &c. Defendit culpā suā ab exēplo deorū: ob quā rem diuus Augustinus detestatur comedias vt eunuchū Terentij & cæteras q̄ deorū adulteria quasi ad iuuenū corruptelā ꝓponūt exempla. Ordo aūt est.
Ordo. Ausus ne sup. sum ego primus violare castos pudores. q. d. non cū & dij & hoīes id sæpe fecerint. Et ausus sum ego: primus tētare id est sollicitare ad corruptionē: aut attingere vittam. i. signū virginitatis quod in capite ferebat sacratam. s. veste aut virginitati puellæ. i. amicæ meæ. q. d. nō. Et ausus sum ego primus soluere

facta

Ausus ego primus castos violare pudores:
Sacratamq; meæ vittam tentare puellæ?
Immatura meæ quoq; noxæ soluere facta?
Istius atq; vtinam facti mea culpa magistra
Prima foret: læto mihi vita diutius esset.
Nam mea non vllo moreretur tempore fama:
Dulcia cum veneris furatus gaudia primum
Diceret: atq; ex me dulcis foret orta voluptas
Nam mihi non tantum rubuerunt impia vota:
Autor vt occulti noster foret error amoris

DOMITIVS.

DOM. Vitta. ¶ Vittam: quia omnes virgines in signum castitatis signum gerebant: hoc est lineas fascias in signum ligatæ virginitatis & zonam afferebant qua cingebantur. vt etiam Catullus in primo passeris ostendit dum inquit: q̄ zonam soluit diu ligatam. Meæ noxæ q̄ concubuerim cum Lydia. Iuppiter ante sui priusq̄ factus est coniunx quæ diceretur: quasi dicat habuit coitum cum Iunone priusq̄ esset coniunx. Opus: rhetia. Illi mœsto vulcano Aurora amauit Titonum: ipsa enim nunq̄ habuit talē infœlicitatem qualem ego. Aurea

quasi

Iuppiter ante sui semper mendacia factus
Cum iunone: prius coniunx q̄ dictus vterq; est
Gaudia libauit dulcē furatus amorem.
Et mecū tenera gauisa est ludere in hærba.
Purpureos flores quos insuper accūbebat.
Grandia formoso supponēs gaudia collo.
Tum credo fuerat mauors distentus in armis:
Nam certe vulcanus opus faciebat: & illi
Tristi turbabatq; mala fuligine barbam
Non aurora nouos etiam plorauit amores
Atq; rubens oculos roseo celauit amictu?
Talia cœlicolæ nunquid minus aurea promo:
Ergo quod deus atq; heros cur non minor ætas?
Infœlix ego non illo qui tempore natus
Quo facilis natura fuit: sors o mea læua
Nascendi miserumq; genus quo sera libido est.
Tanta meæ vitæ cordis fecere rapinam.
Vt maneā: ꝙ vix oculis cognoscere possis.

Facta meæ noxæ .i. cōcubit⁹ ... dia mea immatura .i. nōdū ... enda .i. aperiēda & ꝑdēda. q. minime atq; vtinam primus ... rupissem puellas: nec alius ... llā meā sollicitasset: qa vita ... et mihi diutius læto .i. diuti⁹ ... uerē in fama hoim ꝙ essem in morte. Nā mea fama nō morere ... r vllo tpe: quum .i. qn̄quidem ego dicerer furat⁹ primū dulcia gaudia veneris .i. ꝯcubitus: atq; dulcis voluptas: foret orta ex me. Nā vota impia .i. aut nefanda de ... deria aut diræ imprecationes: nō tm̄ .i. nō intm̄: rubuerūt .i. eru buerūt hoc est pudore affecta sūt ob culpā vt error noster foret .i. esset: autor .i. inceptor amoris oc culti .i. libidinis furtiuæ. Iuppiter factus semp mēdacia sui .i. de secū iunone .s. sorore: & cōiuge: id est factus mēdax: & aliā de se expectationē & aliū exhibēs esse cū anteq; vterq; .s. tam ipse ꝙ iu no dictus est cōiūx: libauit .i. degustauit gaudia .i. voluptatē furatus amorē dulcē: & ideo præcipue dulcē qa furtiuū: qa vt etiā in ꝓuerbijs salomonis dr̄. Aquę furtiuæ dulciores sunt: & panis absconditus suauior: cuius rei causa videt̃ qa nitimur in vetitum semp cupimusq; negata: vn̄ cōmercia veneris dicunt̃ furta: vnde est celari vult sua furta ven⁹. Quo circa aīaduertit in cynicos diuus augustinus q in ꝓpatulo voluerūt habere venerē argumētantes nihil turpe qđ idē naturale. Sensus aūt est iouē cū tm̄ frater esset iunonis & nondū coniunx habuisset cōmerciū cū ea: vt ostēdat multū abesse vt ipse primus dicatur qui virginalē violauerit pudorem: qa vt ex iuuenale diximus. Viderūt primos argentea sæcula mechos. Verū culpa nō ideo minor ꝙ antiqua & in multis est sicut nō minus ſm Augustinū ardebūt qui cū multis ardebūt. Et sup. puella mea lydia gauisa est ludere mecum in hærba: ergo non oppressit inuitā supponēs collo formoso: grandia gaudia .i. res voluptatis .s. flores purpureos: insuper quos: vacat in ipsa: accūbebat: spondaicus versus accūbētis languorē indicans: vt vero culpam suam quam fatetur palliet: innititur deorum auctoritatibus dicens: ego credo ꝙ mauors .i. mars deus belli qui cū venere in adulterio deprehēsus est: fuerat distētus .s. a venere in armis: & id ꝑ ironiā. Nā certe vulcanus maritus veneris faciebat opus .s. fabrile: & turpabat illi barbā fuligine .i. nigredine ex fumo facta: tristi atq; mala .i. nociua & nō ad voluptatē vt

est ea q̄: vt autor est Iuuena. molles supercilia depingūt. Nō id est nunqd: & id ꝑ ironiā: nam vult dicere ꝙ maxime ita aurora .s. tithoni coniūx & mater mēnonis: plorauit etiā amores nouos atq; ipsa rubēs celauit .i. occultauit oculos amictu roseo .i. rosei coloris. Cœlicolæ .i. dij cœlestes talia sup. egerūt aut gesserūt & est honesta eclypsis: sicut talia ꝑ lauū: sup. gerebant̃. Nunquid ego promo minus aurea .i. honesta & aureo sæculo digna: q.d. nō qa deos arguere nefas duxit. Ergo cur ætas minor .i. fragilis & mortalis videlicet humana conditio: non sup. faciat: qđ deus sup. fecit q erat in aureo sæculo atq; heros q erat in ereo sæculo .i. qđ & hi qui ꝓ dijs habiti sunt: & q ꝓxime ad deorū vitam accessisse putant̃ vt heroes fecerunt: nam iuppiter neptūnus & pluto summi illi dei virginum raptores leguntur: & achilles & hercules & paris & sexcenti alij. Ergo vt dixi: diuus Augustinus merito reprehendit eos qui deos suæ turpitudinis citāt autores. Ego supple sum infœlix qui non sum natus illo tēpore quo natura fuit facilis: qa vt amasius poeta dicit: tribus violis puellam comparabant. O mea sors nascēdi .fuit sup. læua .i. inimica mihi sicut dextrum secūdum & fauorabile dicimus: & o miserum genus (modestius tamen secundum vallam & cum minore excandescentia supprimitur ꝙ exprimatur o, cum accusatiuo) quo id est in quo libido est sero id est nimis tarda: qa tunc primum exæstuans cum negatur quod petiuerat vnde vult dicere se iam primum impatienter lydiam amare quando eo carendum est. Id autem secundum veterem superstitionem quæ in multis hodie vsq; perdurat fato: id nascendi sorti imputat.) Vitæ meæ fecere tantam rapinam cordis .i. tm̄ abstulerūt a corde meo: vt ego maneā supple illud quod vix possis cognoscere oculis .i. tāta miseria cōfectus & macie exhaustus per impatientiam vt tu .i. quicūq; (nā secundam personam pro qualibet posuit) vix possis me cognoscere oculis .i. visu ꝙuis per loquelā aut alia indicia facile agnosci possit. Et hæc in diras quāta potuimus cōmoditate.

quasi dicat deberē ego etiā habere ætatem auream: qualem habuerunt dei. Læua sors: aduersa. Tanta mala mihi fuere: vt ita maneā ꝙ me vix posses cognoscere.



P. Vergilii Maronis æthna: quæ tñ a qbusdā Cornelio Seuero tribuitur.



Ethna mihi ruptiq; cauis fornacibus ignes:
Et quæ tam fortes voluant incendia causæ?
Quod fremat imperium qđ raucos torqueat æstus.

DOMI. DOMITIVS.

HOc Vergilianū esse opus plærique ex autoribus testātur: & Sene. in episto. adeo vt Nasonem nō ob aliam causam opus de æthna dimisisse affirmet: nisi propter Vergiliū: quem iam scripsisse compertum habebat. Cornelius seuerus etiā ob eādem causam deterritus traditur: summa tamē opera est vt causam æthnæi incendij referet: non qualem vulgatores poetæ asserunt: sed quæ a summis philosophis atq; poetis exposita sit. Quis enim ignoret Aethnā flagrantem adeo vt niues nequaq; cadere auctores existimauerint atq; Ad quinquagena & cētena milia passuum arenas flammarum globos eructaret? Ardet autem noctibus semper: & miraculum est igneam materiam tanto æuo sufficere. Patet crater eius ambitu stadiorum .xx. fauillam Tauromininum & Catinum vsq; peruenire affirmant. Fragorem vero ad Maronem & Gemellos colles. Quocūq; modo tantum

per noctē

ASC. ASCENSIVS.

AEthna mihi. Quia cætera a Calderino satis explicant̃. Ordo est. Aethna mons ille siciliæ ꝑpetuis ignib⁹ flagrans: & ignes rupti .i. erūpentes aut eructati cauis .i. concauis aut excauatis fornacibus: & quę causæ tam fortes .i. tam efficaces voluant incendia .s. tanta & tam continua qđ imperium premat & quod imperium aut quid .i. q̄ res torqueat æstus raucos .i. rauce crepitantes erit mihi carmen: vel carmen erit mihi æthna .i. canam de æthna & ignibus eius: & o apollo tu sup. eris mihi autor carminis dexter .i. prosper & fauorabilis seu .i. siue dodone: silua illa epiri vaticinio nobilis (declinatur autem hoc loco: hæc dodone huius dodones) supple erit tibi potior .i. eligibilior ꝙ q̄sq; alius locus & phaselis mōs ille liciæ ardens vt æthna est tecum seu cynthos mons aut potius insula inter cyclades: habet te seu delos est gratior illa .s. cyntho insula .i. vbicūq; es eris mihi Ordo.

 carminis

Carmen erit: dexter mihi carminis autor apollo
Seu tibi dodone potior: tecumq́ phaselis
Seu te cynthos habet: seu delos gratior illa:
In noua pierio properent a fonte sorores
Vota: per insolitum phœbo duce tutius itur.
Aurea securi quis nescit sæcula regis
Cum domitis nemo cererem iactaret in aruis?
Venturisq́ malas prohiberet frugibus hærbas:
Annua sed sacræ complerent horrea messes.
Ipse suo flueret bacchus pede. mellaq́ lentis
Penderent foliis: & pingui pallas oliua
Secretos amnes ageret: cum gratia ruris
Non cessit cuiq̄ melius sua tempora nosse.
Vltima quis tacuit iuuenum certamina colchos?
Quis nō argolico defleuit pergamon igni
Impositam? & tristi natorum funere matrem?
Auersumve diem: sparsumve in semine dentem?
Quis non periure doluit mēdacia puppis?
Desertam vacuo minoida littore questus?
Quicquid in antiquum iactata est fabula carmen
Fortius ignotas molimur pectore curas.
Qui tanto motus operi: quæ causa perennis.
Explicet in densum flammas & ructet ab imo
Ingenti sonitu moles: & proxima quæq́
Ignibus irriguis vrat mens carminis hæc est.

☞ carminis autor: & sorores. s. musæ iouis & Mnemosynes filiæ properent. i. properanter veniant a fonte pierio in noua vota. s. mea qa itur. s. ab oibus poetis phœbo duce. i. ducēte aut ductu phœbi: tutius per insolitum scilicet iter: aut per rem insolitā & nouam. Quare autem rem nouam scribere tentet docet sicut i Georgi. quia cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes omnia iam vulgata: quis aut eurysthea durum: aut illaudati nescit busiridis aras &c. & hic. Quis nescit aurea sæcula regis securi: id est quæ fuerunt sub rege securo: scilicet sub saturno: ideo autem securi: quia regnātis: cum nemo iactaret cererem id est frumentū in aruis domitis: id est cultis: & cum nemo prohiberet frugibus venturis id est a futuro frumento: hærbas malas id est nociuas: sed cū sacræ messes id est fruges deorum dono: aut beneficio naturæ sponte nascentes complerent annua id est annue aut annuatim vt sit nomen pro aduerbio: aut figurate tempus rei accommodat vt sint horrea annua id est quotannis replenda & cū bacchus id est vinum flueret suo pede id est sponte nascens nō calcatum pedibus vindemiatorū: & cum mella: penderent folijs lētis: propter pondus & liquorē: vnde de ioue in Georgi. Mellaq́ decussit folijs &c. & cum palas: scilicet inuentrix oleæ minerua ageret: id est duceret riuos secretos id est secrete & tacite fluentes oliua. s. arbore pingui propter oleum aut oliuum: cum gratia ruris non cessit cuiq́ nosse sua. i. oportuna tempora melius scilicet q̄ alteri id est cum omnes indifferenter scirent tempora q̄ messor quæ curuus arator haberet. Quis tacuit. i. non descripsit quasi dicat nemo fere poeta: colchos appositorie vltima. i. pessima & grauissima certamina iuuenum scilicet argonautarum qui e colchis redeuntes troiam deleuerunt. Quis nō defleuit pergamō. i. troiā (declinatur hæc pergamos & pluraliter hæc pergama) positam igni argolico id est græco seu argolicorum manu iniecto & quis non defleuit matrem scilicet medeam tristem funere id est ꝑpter necem natorum id est filiorum quos interemerat (vt dictum est æglo. viij. ad illud. Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus) ve pro vel: diem auersum. s. a cæna thieste: vt declaratum est a Seruio ad illud ænei. j. Nec tam auersus equos tyria sol iungit ab vrbe. Aut dentem. s. draconis: sparsum. s. a cadmo: in semine. i. loco seminis: vnde nati sunt armati qui se mutuis vulneribus interemerunt. Quis non doluit id est ☙ dolenter

❊ per noctem lucere & splendentem apparere affirmauere a cacumine. Nā interdiu fumo & caligine obsidet. Dodona. Dodona Epyri silua in qua oracula per columbas reddebantur: licet Herodotus mulierem quādam reddidisse affirmet. Phaselis in lycia mons est vt Aethna quam Plynius appellat phasem. ibidē sicut & in Patara Apollo oracula reddebat. Hinc lycias sortes alibi poetā appellasse affirmāt. Cynthos mons est vbi Apollo etiam colebatur. Alibi insulam vnam esse cycladum legimus. Delos insula in ægeo mari dicta q dela. i. manifesta Apollinis responsa illic præberentur. Securi regis. i. Saturni. Amnes secretos: quia tacite fluit oleum: & matrē intellige medeam. Diē auersum Tangit fabulam Atrei & Thiestis Sparsum in semine. Tangit cadmum qui dentes seminauit draconis. Vnde nati sunt homines armati. Posset etiam intelligi de iasone. Quis non periure. Tangit Thesea qui Phedram sororem Ariadnes elegit vxorem: licet ipsi Ariadne iureiurādo se eam in vxorem ducturum promisisset. Minoida: filiā minois Ariadnem.

Phase. Lycia. Cynth. Delos. Thie. Cadm. Phe. Ari.

☙ dolenter descripsit mēdacia puppis periure id est quam theseus periurus e creta vexit cū phedra & ariadne relinquēs ariadnē cui fidem iurauerat i insula dia: & quis non questus sup. est. i. elegit descripsit. (Nā versibus impariter iunctis querimonia primū &c.) minoida. i. minois filiā ariadnen desertam. i. derelictam supple in littore vacuo: quia sine marito & cultoribus. q. d. nemo non questus est quicquid: id est qualitercūq́ fabula est: iactata est in antiquum carmen. Sed nos molimur. i. cum molimine agitamus pectore: fortius. i. accuratius: causas ignotas: videlicet qui motus supple sint tanto operi scilicet æstus æthnei perpetuo durantis: & mens carminis est hæc inquirere quæ causa explicet. i. emittat in densum. i. dense flāmas perennis. i totum annum immo totum tempus durantes: & ructet. i. eructet supple cum ingenti sonitu: moles. i. magna saxa ab imo: scilicet fundo. vnde. iij. ænei. Horrificis iuxta sonat æthna ruinis. Interdumq́ atram prorumpit ad æthera nubem. Turbine fumantem piceo & candente fauilla. Attollitq́ globos flāmarum & sydera lambit. Interdū scopulos: auulsaq́ viscera montis. Cum gemitu glomerat fundoq́ exæstuat imo & quæ causa vrat proxima quæq́. i. omnia propinqua ignibus irriguis. i. irrigantibus quia sulphuratis & pinguibus.

DOMITIVS.

DOMI. ¶ Principio: in narrationis huius principio dicit se neq́ executurum poetica figmenta: sed tantum res phisicas: ac causas veras ignium spirantium ex ipsa æthna. Resonare cauernis: in secessu & remotione Aethnæ subterranei sunt meatus ad ieram vsq́ in

Vulcan⁹ sulam vbi Vulcanus cum alijs suis fabris fulmina fabricare dicit: hinc ictibus loca omnia resonant. Vnde Vergil. Insula sicanum iuxta latus æoliamq́ Erigitur lyparen fumātibus ardua saxis. Quam subter specus & cyclopū exesa caminis Antra æthnæa tonant: validiq́ incudibus ictus. Sine pignore carmē id est sine ratione. Proxima id est tertia Phlægæi: cāpi phlægæi ideo ❊ dicti

Principio: ne quem capiat fallacia vatum
Sedes esse dei: tumidisq́ e faucibus ignem
Vulcani ruere: & clausis resonare cauernis
Festinantis opus: non est tam sordida diuis
Cura: neq́ extremas ius est dimittere in artes
Sydera seducto regnant sublimia cœlo:
Illa neq́ artificum curāt tractare laborem.
Discrepat a prima facies hæc altera vatum.
Illis cyclopas memorant fornacibus vsos.
Cum super incudem numerosa in verbera fortes

ASCENSIVS.

ASC ¶ Principio ne quem &c. Hoc vnum verbum mihi fidem fecerit Vergilianum nō esse hoc carmen. Quippe qui in Georgi. dicet. Me verum dulces capiant ante omnia musæ. Quarum sacra fero ingenti percussus amore. Et qui ad musas in septimo æneid. dicet. Et meministis enim diuæ & memorare potestis non hic tā seuere in poetas animaduertens loquitur tamen quisquis est autor de futilibus & non de grauibus poetis: verūtamen nō in tā excellenti opere (de æneide loquor) fabulam secutus esset de æthna si id vitio dandum censuisset. Præterea vt taceam stilū non congruere cum Vergilianis musis: nam multum ab illis

☞ ingen

Horrendū magno quaterent sub pondere fulmē
Armarentq̧ iouē. turpe est sine pignore carmē.
Proxima viuaces æthnei verticis ignis
Impia sollicitat phlægæis fabula campis:
Tentauere nephas olim detrudere mundo
Sydera: captiuiq̧ iouis transferre gygantes
Imperium: & victo leges imponere cœlo.
His natura suos aluo tenus ima per orbes
Squameus intortos sinuat vestigia serpens.
Cōstruitur magnis ad p̄lia montibus agger:
Pelion ossa creat: summus p̄mit' ossan olympus.
Iam coaceruatas nituntur scandere moles:
Impius & miles metuentia cominus astra
Prouocat infestus cunctos ad prælia diuos.
Iuppiter e cœlo metuens: dextraq̧ coruscam
Armatus flammam renouat caligine mundū
Incursant vasto primum clamore gygantes.
Hic magno tonat ore pater geminatq̧ fauentes
Vndiq̧ discordes comitū simul agmine vētos
Densa per attonitas rumpuntur fulmina nubes
Atq̧ in arma ruit quæcūq̧ potentia diuum
Et mars sæuus erat iam & cætera turba deorū.

friget: etiam hoc testimonio tetrastichon hic per septē iugera porrectū videmus: & in. vi. ęnei. per. ix. Sed vt institutū peragam ¶Ordo est. Principio. s. dico aut admoneo: ne fallacia vatū. i. poetarum: capiat. i. decipiat quem. i. aliquē persuadēdo videlicet. Sedes dei. s. Vulcani vt. viij. ęnei. dicet esse supple ibi. & ignē ruere. i. p̄cipitē ferri e faucibus vulcani: & op⁹ dei festinātis resonare sup. in cauernis clausis. i. antro vulcani. nō dicit capiat: qa principio monet: q̧ cura nō est diuis tā sordida. i. de tam sordidis rebus: nec̄ius est dimittere. s. deos in artes extremas. i. vilissimas. & id scd'm Epicurū. scd'm quem dicit flaccus primo sermonum credat iudeus appella. Nō ego. namq̧ deos didici securū agere euū nec si qd miri faciat natura deos id tristes ex alto cœli demittere tecto &c. Sydera. i. dij cœlestes i sydera trāslati aut quoꝝ sydera lāpades & faces p̄eunt es putant' regnāt sublimia. i. in sublimi: cœlo seducto. i. seorsum a cetu mortaliū ducto. vñ Persius. Quę nisi seductis nequeas ꝯmittere diuis qd' quidā perperā exponūt seductis. i. deceptis: Illa. s. sydera: hoc est dij cœlestes neq̧ curant tractare laborē artificū. s. mechanicoꝝ: hoc est nō exercēt artē fabrilem sicut poetę vulcano imponūt. altera. i. scd'a facies. i. species vatum discrepat. i. dissentit a prima. s. facie & specie: qui sup. vates memorant cyclopas. s. fabros ac pastores vnum oculū in fronte habentes vñ a cyclo cyclopes dicti sunt. sicut de polyphemo dictum est æneí. iij. telo lumen terebramus acuto. Ingens qd' torua solū sub fronte latebat. Argolici clypei aut phebee lampadis instar: dicūt ergo cyclopes vsos illis fornacibus: qa dicunt' ministri vulcani: vñ ænei. viij. Insula sicanū iuxta latus eoliāq̧. Erigitur lyparē fumantibus ardua saxis. Quā subter specus & cyclopū exesa caminis Antra ethnea sonāt & paulo post. Hoc tunc igni potēs coelo descendit ab alto. Ferrū exercebant vasto cyclopes in antro: Brontesq̧ steropesq̧ & nudus mēbra pyracmon. Cū. i. qñ ipsi. s. cyclopes fortes quaterent in verbera numerosa. i. secundum numerū facta. vñ pythagoras dr̄ rationem musicā inuenisse. quaterent dico super incudem sub magno pondere fulmen horrendū: & armarēt Iouem quia telū Iouis dicitur fulmen trisulcum: quo gygantes vicerat. carmen sup. tale est turpe quia sine pignore. i. fide quā nō adhibemus rebus dubijs & ignotis sine pignore: aut fideiussore: aut sic carmē. s. quoduis sine pignore: est turpe. Fabula proxima. i. tertia impia. i. detestāda & deos falso incusans sollicitat. i. sollicite ponit sup. in campis phlegeis. sic ab ardore dictis. vñ Stra. lib. v. Superioribus annis fortunatus erat & campus noīe phlegeus in quo res a gygantibus gestas fabulę diuulgant: nullam aliam ob causam vt credi fas est q̧

ꝯq terra

dicti quia ibi erant in copia maxima ignes. His natura: secūdum multos authores loquor q dicunt Gygantes pedes habuisse serpentinos: Sinuat curuat. Coaceruatas: accumulatas.

ꝯq terra ipsa suapte virtute p̄liorum concitatrix est: hæc ille. sollicitet dico ignes verticis ethnei viuaces. i. quasi viuaces perdurantes. Gygantes. s. terræ filij tentauere olim nephas. i. rem illicitam & nephandā. s. detrudere &c. vt sit appositio aut nephas. i nephandum vt sit interiectio: sicut ęneid. j. Nauibus infandum amissis &c. detrudere dico mundo. s. cœlesti: sydera. i. deos cœlestes: & transferre imperiū. Iouis captiui. i. quem captiuum facere prętendebant & imponere cœlo victo. i. cœlicolis victis: leges. Natura est his scilicet gygātib⁹: tenus aluo. i. vsq̧ ad aluum serpens squameus. i. squamosus & squamis tectus: qui sup. sinuat. i. incuruat vestigia ima. i. pedes p orbes suos. i. anulos & reuolutiones. i. secundum quosdam habēt pedes serpentinos a natura illis datos. Agger. i. accumulatio & aggestio cōstruit'. s. ab his ad p̄lia scilicet cōtra deos sup. ex mōtibus magnis: ossa mōs ille thessaliæ: creat. id est substituit: pelion scilicet montem vicinum: olympus qui est in confinio macedoniæ: summus scilicet montium ita vt venti eius verticem non perflent præmit ossan. i. ponitur super ossan (per regulā rectus in a græci facit an quarto breuiari) Ipsi sup. gygantes nituntur iam scādere moles scilicet mōtium coaceruatas. i. accumulatas. & miles impius prouocat cominus. id est de prope quasi conserta manu astra metuentia. s. detendi hoc est deos metuentes & ipse infestus prouocat cūctos diuos ad prælia. Iuppiter metuens & armatus dextra. i. habens in dextra pro armis: flammam coruscam. i. fulmen: renouate cœlo. i. desuper: mundum caligine scilicet nubium e quibus fulmen mitti solet. gygantes incursant primum. id est in primo impetu atq̧ insultu vt temerarij solent supple cum vasto clamore. Pater scilicet deorum & hominum Iuppiter tonat hic magno ore & geminat ventos fauentes. id est auxiliantes discordes vndiq̧ simul. id est cum agmine comitum. id est facit prius discordes fauentes: aut facit vt venti per discordiam ex diuerso flantes: nunc in vnum conspirent contra gygantes fulmina disijcientes. fulmina densa rumpuntur per nubes attonitas. id est tonitru scissas & percussas. Atq̧ quæcunq̧ potentia diuum pro diuorum. id est quicquid potentiæ est diuis ruit in arma. Et mars erat iam sæuus & cætera turba deorum erat iam sæua quæ alias mitis esse solebat. Sane nulla fit synalepha cum dicitur Atq̧ in arma ruit &c.

DOMITIVS.

DOMI. ¶Materq̧ iacentis impellens victos scilicet gygantes: dicitur autem terra. Mater quia dicūtur filij terræ gygantes. Sub terris audent: poetæ ex scientia non solū rerum humanarum, verumetiā diuinarum. ponit autem carmina pro ipsis poetis. Mētiri: quia non habent rem manifestam. Tityus. His tityus. Tityus titani & eiaræ filius latone vim inferre voluit: licet Vergilius terræ filium esse significet aut potius ab ea nutritum dicens æneid. vj. Necnon & tityum terræ omnipotentis. alumnū tāte em̄ magnitudinis fuit vt vix eum. iij. iugera agri caperent fœdum lasciuum. Sollicitāt magna. t. c. tan. pœna:

ꝯ quia

Stant vtrinq̧ metus: validos tū Iuppiter ignes
Increpat: & iacto perturbat fulmine montes.
Illic deuectæ verterunt terga ruinæ
Infectæ diuis acies: atq̧ impius hostis
Præceps cum castris agitur: materq̧ iacentis
Impellens victos: tum pax est reddita mundo
Tum liber celsi venit per sydera cœli:
Defensiq̧ decus mundi nunc redditur astris:
Gurgite trinacrio morientem iuppiter æthna:
Obruit enceladum: vasti quoq̧ pōdere montis
Aestuat: & petulans expirat faucibus ignes.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Stant vtrinq̧ metus. Prosequitur reliquā partē fabule de bello gygāteo: nō quam approbet sed quā damnet vt nō verā causam incendij ethnei. Ordo. Ordo aūt est Metus. i. timores: stāt. i. circunsistūt: vtrinq̧. i. ab vtraq̧ parte tum. i. deinde: iuppiter increpat. i. rep̄hendit tarditatis: aut cum crepitu demittit validos ignes. s. fulminis & perturbat montes. s. cōgestos: fulmine iacto. s. i eos. Ruinæ scilicet montium & gygantū deuectæ. i. cū impetu deorsum vectæ. hoc est montes & gygātes deuecti: verterunt terga scilicet in fugam versi: & acies. s. gygantū infectæ. i. destructæ supple sunt diuis. id est ab ipsis diuis. & ita est

datiuus

Hæc est mendosæ vulgata licentia famæ.
Vatib⁹ ingenium est: hanc auget nobile carmen
Plurima pars scœnæ rerū est fallacia vates
Sub terris nigros viderunt carmina manes
Atq; inter cineres ditis pallentia regna
Mentiti vates stygias vndasq; canentes.
Hi tityon septem strauere in iugera fœdum:
Sollicitant magna te circum tantale pœna:
Sollicitātq; scinim: minos tuaq; æace in vmbris
Iura canunt: iidēq; rotant Ixionis orbem:
Quicquid & interius falsi sibi conscia terra.
Nō est terra satis: speculantur numina diuum.
Nec metuunt oculos alieno admittere cœlo.
Norunt bella deum: norunt abscondita nobis
Coniugia: & falsa quotiens sub imagine peccēt:
Taurus in europen: in ledam candidus ales:
Iuppiter in danaen pciosus fluxerit hymber.

☞ datiuus agentis: nō patiētis iacturi. atq; hostis impi⁹. s. gygātū exercitus q deos contemnebāt agit præceps cū castris. s. in mōtibus metatis: & mater. s. terra irata vñ in vltionē phamā genuisse dr enei. iiij. Illā terra parens ira irritata deorū Progenuit &c. Impellens victos iacētis. i. pstratos agit sup. pceps cū castris. Tum. i. deinde liber. s. bacchus quē Iuppiter euhion. i. bonū filiū in bello gyganteo sæpe appellauit venit p sydera cœli: & ipe dec⁹. i. columē & ornamētū: mūdi defēsi reddit nūc astris. i. donat cœlo. Iuppiter obruit enceladū. s. gygantē morientē gurgite trinacrio i. siculo. nā sicilia trinacria & triquetra dicit a trib⁹ pmontorijs sup. i. æthna. quoq; p & ipse enceladus æstuat. i. efferuet pondere vasti mōtis quē habet supse: vñ enei. iij. fama est enceladi semustum fulmine corpus. Mole hac torqri &c. Et ipse petulans. i. frequenter se mouens expirat ignes scilicet æthneos faucibus hæc. i. huiusmodi licentia famæ mēdose. i. fabulæ hoc est hæc ē tertia assertio de causa incendij. Nā prima dicit vulcanū illic habere officinā & fabricare fulmia Ioui. Secūda dicit: cyclopes illic fabrilē artē exercere. Tertia dicit enceladū cū fulmine quo deiectus erat illic sepultū & flammā dum se moratur emittere: aut petulanti⁹ eructare. Ingeniū est vatib⁹. s. talis famę excogitande: & carmē nobile. i. nobilis poete vt homeri aut alteri⁹ auget hāc. s. famam. Plurima pars scene. i. rerum quę aguntur. in vmbraculo comicorū & tragicorū: est: vates. i. poeta hoc est poete inuētio: appositorie fallacia. i. mēdacium rerū aut pluria ps rerū scœne est fallacia vatis & sic poti⁹ legerē nisi scriptum inuenissem vates: ab ijs forte q cū sequentibus putant construendum vt sit vates viderunt carmine &c. Sed calderinus legit carmia vt sit. Carmia. i. poete canētes. Viderūt manes nigros sub terris. i. etiā de iferis & propter ea de incognitis audent loq. vnde Maro in. vj. veniā præcatur dicens. Dij quibus imperium est animarum: vmbreq; silentes. Et chaos & phlegeton: loca nocte silentia late. Sit mihi fas audita loqui: sit numine vestro pandere res alta terra & caligine mersas: atq; viderunt regna ditis: id est Plutonis: pallētia inter cineres scilicet ignis infernalis. Et vates mētiti sup. sūt canētes vndas stygias. i. stygis paludis tristitie īfernalis dij cuius iurare timent & fallere numē. hi. s. vates strauere. i. extenderunt tityon. s. terræ alumnū: fedū. i. deformem aut pter incōtinentiā aut pter magnitudinē: sicut in georgicis turpes phoce dicuntur in septem iugera: immo in nouem secundū illud enei. vj. Nec non & tytion terræ omnipotentis alumnum. Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus. Porrigitur. Vñ credā huius carminis esse alium authoremq; ipsum Vergilium licet in diuersis operibus diuersa interdum sequi liceat. Et vates sollicitant: Sirim: sic deprauata habet lectio & librorum corruptio q mihi non soli nec semel imposuit: difficile eī est in oib⁹ ☞ syncerā

☞ quia habet aqs & poma nec tñ esuriēs cōtingere pōt: dānat⁹ ēm ad inferos qa deorū facta reuelarat. Oui. Quærit aquas in aqs & poma fugacia carpit. Tātalus: hoc illi garrula lingua dedit: & hoc in libro de fine titulo. Alibi tñ pter Pelopē filiū inter epulas deorū appositū ad hmōi pœnas dānatū legim⁹ Sollicitantq; scinim. Minos: eac⁹ & Rhadamātus p poetas iudices inferorū tradunt. Iidēq; rotāt: Ixiō Iouis scriba ac vn⁹ ex cētauris: q cū de Iunonis cōcubitu se iactaret a Ioue fulmiat⁹: & ad iferos dānat⁹ voluit rota: vñ Tibulus: Illic Iunonem tentare Ixionis ausi Versant celeri noxia mēbra rota. Alter Ixiō legit apud Porphirionē q socerum suū pdidit facta ignis fouea vt nō solū dotē verū cuncta ipsius possideret. Hora. Taurus in europen. i. Iuppiter mutatus in taurum. In ledam candid⁹ qm mutat⁹ fuit in cygnū & mutatus deuenit in Danaen Acrisij filiā in pluuium aurum.

☞ syncerā restituere: hūc aūt locū restituit Despauteri⁹ noster niniuita qui in versificatoria sua docet. Scinim legendū. Est aūt Scinis latro immanissimus qui isthmū obsidens (vt in quinto refert Diodorus) duas pinus flectebat atq; illis hominis deprehēsi brachia alligabat: remittensq; sursum pin⁹ miserabili cruciatu dissecabat. Hic aūt a poetis maxime sollicitat⁹. Oui. vij. meta. Occidit ille scinis magnis male viribus vsus. Qui poterat curuare trabes: & agebat ab alto. Ad terrā late sparsuras corpa pin⁹. Propter. Arboreasq; cruces scinis & nō hospita graijs Saxa: & curuatas in sua fata trabes. Sollicitant ergo Scinim tyrannū illū immanē: nō sinentes eius immanitatem latere. & o minos ipsi canunt tua iura in vmbris & o eace ipsi canūt tua iura in vmbris. i. q habetis apd inferos vbi iudices estis. Et ijdem. s. vates. rotant. i. versant hoc est carminibus suis describunt rotatum orbē Ixiōis qui cum Iunone concūbere voluit vt eneid. vj. late paruit. & supple canunt aut speculant quicquid terra conscia sibi interi⁹ falsi supple habet aut cōtinet: & terra nō est satis: quia speculantur numina diuum id est diuorum. Nec metuunt. i. & non verētur admittere oculos. scilicet suos: cœlo alieno id est sibi negato: quasi dicat cœlum cœli domino terrā aūt dedit filijs hominum. Ipsi norunt. i. noscunt bella deū: & norūt coniugia scilicet deorum abscondita nobis: & quotiens. s. dij peccent. i. per adulteriū sub imagine falsa. i. transformati in alienā speciē: que oīa secundū Plynium proxime ad dementiam accedunt. vt quoties Iuppiter peccet taurus: id est sub imagine tauri in europen. quam scilicet auexit in specie candidi tauri: & ales candidus: id est cygnus aut olor peccet in ledam scilicet tyndari vxorem ex qua helenam & pollucem genuit. vt ipse Iuppiter fluxerit existens hymber præciosus: id est aureus in danaem scilicet acrisij argiuorum filiā inclusam turri propter oraculum vt fingunt poetę.

ASCENSIVS.

Debita carminibus libertas ista: sed omnis
In vero mihi cura: canam quo feruida motus
Aestuet æthna: nouosq; rapax sibi congerat ignes
Quacunq; immensus se terræ porrigit orbis
Extremiq; maris curuis agitatur ab vndis
Nō totū est solidū: desit nāq; omnis hyatu
Secta est omnis humus: penitusq; cauata latebris
Exiles suspensa vias: igiturq; animantis
Per tota errantes percurrunt corpora venæ.
Ad vitam sanguisq; omnis qua comoueat idem
Terra voraginibus coceptas digerit auras:

ASC. Ordo, ¶ Debita carminibus &c. ¶ Ordo est. Ista libertas. s. fingendi cās inanes & friuolas incendij ethnei. est debita. id est concessa & permissa carminibus. id est poematis aut poetis sed omnis cura est mihi i vero: id est vera causa: canā scilicet vere: quo motu æstuat id est efferueat: æthna feruida. & quo motu ipsa rapax congerat id est accumulet sibi nouos: id est recentes semper ignes. Non totum scilicet illud spacium: quacunq; id est per quācunq; partem immensus orbis. id est globus terræ porrigit: id est extendit se: & quacunq; orbis maris extremi: id est oceani agitat ab vndis curuis. est solidum. id est integrum & plenum sine cōcauitate nāq; omnis humus: id est terra: desit: id est fatiscit & deest hyatu: id est vbi hyatus est: & omnis humus est secta. scilicet in rimas & fissuras. & ipsa scilicet cauata penitus. i. pene intus & omnino intrinsecus latebris. i. per latebras: est supple suspensa. i. habens suspensas vias exiles id est valde modicas & occultas igit vene animātis. i. animalis errantes. id est diuagantes percurrunt per tota corpora. i. per singulas partes corporis & omnis sanguis est idem qua cōmeat. i. coit ad vitam. i. ad sustentationem vite id est sicut per diuersas venas commeat idem sanguis qui vitam sustentat ☞ nam sine

Scilicet

Scilicet haud olim diuiso corpore mundi
In maria ac terras: & sydera: sors data cœlo
Prima: secuta maris: desedit& infima tellus:
Sed totis rimosa cauis & qualis aceruus
Exeat imparibus iactis ex tempore saxis:
Vt crebro intorsus spatio vacuata corymbos
Pendeat in sese simili quoq; terra figura
In tenues laxata vias: non omnis in arctum
¶ Aduocat inde manus.Pergit hoc ordine.Similus aduocat.i. aſciſcit & applicat tanq̄ auxiliatrices inde.i.deinde manus: partitus.i.impartiens vtranq; operi:leua.ſ. manus eſt intenta miniſterio quia adminiſtrat far:aut frumentũ aliud molendũ dextera eſt intenta labori:quia circumagit molam:hęc.ſ. dextera rotat & concitat orbem.i.molarem aſſiduis gyris.i.circumuolutionibus ceres trita ab rapido ictu ſilicum.i. molarium lapidũ decurrit.i.deorſum currit.Leua ſuccedit interdum ſorori.i.dextre feſſe.i.fatigate:& alternat vices.i.alternatim & viciſſim rotat.& cantat.ſ.ſimilus modo.i.interdum carmina ruſtica.& ſolatur voce agreſti.i.cantilena ruſtica laborem & clamat interdum cybalen.ſ.ancillam:quæ ſup.erat vnica cuſtos.ſ.domus & horti aphra.i.ex aphrica genus.i.origine & ſcd'm genus & hoc tota figura.ſ.eius corporis teſtante patriam.i. approbante aphrā eſſe: torta comam.i.habēs comam intortam & criſpam i morem lane villoſe:tumens labro.i.habens labra inflata & ſpiſſa & fuſca colore vt mauri ſunt.Pectora iacent lata mammis.i. habent mammas latas iacētes in pectore & aluus ſup.iacet compreſſior qd' cōtra venuſtatem eſt:nam amatur venter & pectus tumens in muliere ſtrictis tñ mamillis:alij habent compreſſior aluo vt ſit exiſtens compreſſior aluo.i.habens aluum compreſſiorem: & exilis.i.gracillis:cruribus:& prodiga.i.vltra modum abũdans plāta.ſ.pedis ſpacioſa:calcanea.i.calces pedum:rigebant ſciſſa cōtinuis rimis:vocat ergo hanc.i.talē atq; imperat imponere focis ligna arſura & adolere.i.temperare:liquores gelidos.i. aquas frigidas flāma.ſ.ignis:ſed poſtq; verſatile.ſ. molendinum impleuit iuſtum finē.i.perfecit munus ſuum ipſe transfert inde.i.deinde farinas fuſas manu in cribra:& quatit.i.excutit:ac purgamina.ſ.furfuris remanent in ſummo dorſo.ſ.cribri.Ceres emendata.i.flos farine ſubſidit.i.ad ima tendit exiſtens ſincera & liquat̃ i.colat̃:vñ colat̃ quidā contra artem legunt foraminibus.i.per foramina cribri.tũ.i.deinde ipſe ſimilus componit illā.ſ.cererem purgatam tabula leui.i.polita & leuigata & ſuperingerit vndas tepidas quas cybale temperauerat.tum.i.deinde contrahit frondes.ſ.hęrbaꝵ atq; farinas admixtas atq; tranſuerſat ſup.iam dicta durata.i.duriora effecta manu & coactu.i.coagulo liquido & ſpargit interdũ grumos.i.globulos ſale.i.de ſale & leuat.i. leuigat (nā primā ꝓducit) & polit iam opus ſubactum.i.extenſum & erectũ & dilatat palmis in ſuũ.i.iuſtũ & debitũ orbem & notat.i.diſtinguit notis:quadris impreſſis diſcrimine equo.i.equali diſtantia & infert inde.i.deinde foco.i.in focum quia cybale mũdauerat ante.i.prius locũ aptum.i.couenientē coctioni:& tegēs.ſ.moretum:teſtis:ſuperagerat ignes id eſt.carbones ardentes: & dũ vulcanꝰ.i.ignis groſſior & veſta.i.ignis purior pagit ſuas partes.i.coqt:ſimilꝰ non ceſſat interea:hora vacua.ſ.negocio: verũ q̄rit ſibi aliā opē.i.aliud ſubſidiũ cōtra famē:qa cōparat: id acqrit eſcas quas iũgat.ſ.cereri decocte ne ceres ſola.i. ſine hærbis & obſonio:ſit nō grata palato.i.inſipida.Terga ſuis.i. porci durati.ſ.cōtra putredinē ſale:nō vacabāt.i.ſupñuebant illi ſuſpenſa focis iuxta carnaria.i.loca vbi carnes ſaſſe cōdunt̃ & tricici.ſ.ſuis ſale durati nō vacabāt illi ſuſpēſi focis:ſed caſeus traiectus medium orbē.i.habens mediũ orbē traiectũ ſparto.i.illo lini gñe & fa

☞ fcis.i.manipulus vetus.i.inueteratus anethi illi⁹ herbę:aſtrictu.i.cōtractu aut ſole aut vetuſtate.Ergo qa carnaria nō habebat ipſe heros.i.paterfamilias princeps domus ſue molit.i. cū molimine cōparat ſibi aliā opē Hort⁹ erat iūctus caſule.i.tugurio: quē vimina.i.lenta virgulta ſalicū aut ſilerū & arundo redimita leui.i.non ponderoſo calamo.i.fiſtula & canna munibat pro muniebat ſcilicet ab ingreſſu beſtiarum exiſtens exiguus ſpatio ſed fertilis hærbis.Illud quod vſus.i.vtilitas & indigentia pauperis exigit nō deerat illi.Locuples.i.plura loca habens & diues terrar: petebat interdum plura a paupere.nec illud opus erat ſumptus.i.expenſe.i.non curabat ad ſumptum:ſed erat regula cure. id eſt ſollicitudinis:ſi quando ve.id eſt vel pluuie ve.i.vel :lux feſta.i.feſtiua tenebāt eum caſula.i.in tugurio vacuum ſcilicet ab opere alio in agro faciendo: & ſi labor aratri ceſſabat forte illud erat opus horti.id eſt tunc vacabat horto.Ipſe norat diſponere varias plantas:& committere ſemina terræ occulte.i. ocultatim ſemina ſibi credita:& ſummittere.i.clam ſupermittere:apte i.decenter cura.i. cum ſollicitudine:riuos vicinos.i.ex vicino monte ſcaturientes: hic ſup.virebat holus & bete illud genus holeris fundentes.id eſt effuſim extendentes brachia .id eſt caules aut frondes late : & rumex ſcilicet hærba fœcundus.i.fœcunde creſcens & malue & inule virebant hic:cicer illud genus leguminis ſup.virebat hic:& cepe(quidam ſcripſerunt porra)debentia nomē capiti:quia cephale & cephalis dicitur caput.Hic etiā ſup. virebat papauer nocuū. id eſt nociuum capiti & gelidum.id eſt frigidum ab effectu vnde ſomnium inducit:& lactuca grata requies.id eſt intermiſſio ciborum nobilium cum ſcilicet præ ſatietate illos faſtidit ſtomachus & cucurbita genus hærbæ cuius fructu vaſa potoria fieri ſolent (nam cucumis alius eſt ꝗꝗ imperiti pro eodem accipiunt) grauis quia ventroſa dimiſſa.id eſt extenſa : in ventrem latum ſup. virebat hic.

ASC.

ASCENSIVS.

¶ Verum hic non domini &c. Proſequitur intentum oſtendens commoditatem horti & parſimoniam ſimili. Vnde redit ad confectionem moreti:poſtꝗ narrat opus diurnum ſimili quod erat arare terram aut interdum res venales ad vrbem deferre. ¶ Ordo autem eſt.hic non erat prouentus domini.id eſt viri aliis dominari volentis & pompoſe viuentes.(Enim pro quia:quis erat contractior.i. minus dilatus & extenſus quantum ad pompas mundanas illo.id eſt ꝗ ille .q.d. nullus) ſed erat prouentus populi.i. plebeius & popularis & portabat diebus notis.id eſt ſtatutis quibus ſciebat mercatum eſſe :faſces holerum venales in vrbem : & redibat inde domum leuis.id eſt deoneratus ceruice & grauis. id eſt oneratus ere (Contra in Buc.ꝗuis multa meis exiret victima ſeptis Pinguis & ingrate præmeretur caſeus vrbi. Non vnꝗ grauis ere domum mihi dextra redibat)redibat dico domum grauis ere:comitatus vix vnꝗ.id eſt rariſſime merce.id eſt re venali macelli vrbani:quæ in macello vrbano venditur: hoc eſt carne aut alio obſonio delicatiore.Cepta rubens:quæ maior ſed vilior eſt ꝗ alba:& area porri ſecti.id eſt ſectilis (quia etiam capitatum eſt ſed ſectile vilius)hoc eſt porrum ipſum domat.id eſt ſedat & non penitus extinguit famen ſcilicet ſimili ruſtici.Queꝗ.id eſt & naſturcia hærbę amare & aceroſe:quæ trahunt vultus acri morſu & intyba ſcilicet hærbę fibroſe:& eruca ſcilicet hærba ſalax reuocās venerem morantem.id eſt excitans appetitum coeundi:ſup. domant famen eius.Similus intrauerat hortum meditans aliqd tale.i.aut vt venundet aut vt fame domet:intrauerat tum quoꝗ.i. etiam tunc:aut meditans tum quoꝗ aliquid tale intrauerat hortum ſcilicet ſuum:ac educit primum tellure.i.terra refoſſa.i. aperta per foſſionem:leuiter.i.modice quattuor allia cum fibris.i.filis quibuſdam:ſpiſſis.i.ſpiſſe ad caput adherentibus.Inde.i. deinde vellit.i.carpit comas graciles apii:& rutam rigentem alii legūt virentem quia ſemper viridis eſt:eſt tñ & rigens.i. firma & ſolida hærba:& vellit coriandra.i.grana coriandri trementia exiguo filo ſcilicet cui affixa erant: vbi id poſtꝗ ipſe collegit hęc:ſcilicet ante dicta genera hærbarum ipſe conſedit ad ignem lætum.i.letificantem & poſcit famulam.ſ.cybalem.i.a famula ſua :mortaria. i.vas in quo hærbas illas contundebat:poſcit dico voce clara:& nudat.i.decorticat tunc.i.deinde ſingula capitum.i.ſingula capita vt alii ceparum:cortice numeroſo.i. multiplici & ſpoliat coriis i.pelliculis ſummis.i.extremis & ſpargit humi.i. ſuper humum: paſſim contempta.i.reprobata a moreti condimento(humi genitiuus fere ponitur etiam vbi accuſatiui ſignificatum videtur vt deiecit oculos humi.i.in humum) atꝗ abicit ſcilicet contempta (alii textus habent adicit vt referantur ad ſequentia ſcilicet adicit bulbum ſed verbum eius eſt tingit. Siue autem abicit ſiue adicit legitur per ſincopam ſcribetur ablato altero.i.quia prima corripitur)& tingit aqua bulbum ſeruatum ſup.cum gramine.Eſt aūt bulbus ſpecies hærbę capitate cuius cū multa ſint genera vnum eſt quod epimenidum dicitur.optimi in aphrica ſaporis . Incitat

Ordo.

Bulbus

☞ autem

Dumꝗ ſuas peragit vulcanus:veſtaꝗ partes:
Similus interea vacua non ceſſat in hora:
Verum aliam ſibi quærit opem:ne ſola palato
Sit non grata ceres:quas iungat cōparat eſcas.
Non illi ſuſpenſa focis carnaria iuxta
Durati ſale terga ſuis:trunciꝗ vocabant.
Traiectus medium ſparto ſed caſeus orbem
Et vetus aſtricti facis pendebat anethi.
Ergo aliam molitur opem ſibi prouidus heros.
Hortus erat iunctus caſulæ:quē vimina pauca
Et calamo redimita leui munibat arundo.
Exiguus ſpatio:variis ſed fertilis hærbis.
Non illi deerat:quod pauperis exigit vſus.
Interdum locuples a paupere plura petebat:
Nec ſumptus erat illud opus ſed regula curæ
Si quando vacuum caſula pluuiæ ve tenebant:
Feſta ve lux:ſi forte labor ceſſabat aratri
Horti opus illud erat:varias diſponere plantas
Norat:& occultæ cōmittere ſemina terræ:
Vicinoſꝗ apte cura ſummittere riuos.
Hic holus hic late fundentes brachia betæ
Fœcunduſꝗ rumex:maluæꝗ inulæꝗ virebāt
Hic cicer:& capiti nomen debentia cæpe:
Hic etiam nocuū capiti gelidumꝗ papauer:
Grataꝗ nobiliū requies lactuca ciborum
Et grauis in latum dimiſſa cucurbita ventrē.

Verū hic nō domini(quis eñ cōtractior illo)
Sed populi prouentus erat:notiſꝗ diebus
Venales holerum faſces portabat in vrbem.
Inde domū ceruice leuis:grauis ære redibat:
Vix vnꝗ vrbani comitatus merce macelli
Cæpa rubens ſectiꝗ famē domat area porri:
Quæꝗ trahunt acri vultus naſturcia morſu
Intybaꝗ:& venerē reuocans eruca morantē
Tunc quoꝗ tale aliquid meditās intrauerat hortū
Ac primū leuiter digitis tellure refoſſa
Quattuor educit cum ſpicis allia fibris.
Inde comas apii graciles:rutāꝗ rigentem
Vellit:& exiguo coriandra trementia filo
Hæc vbi collegit:lætum conſedit ad ignem
Et clara famulam poſcit mortaria voce.
Singula tum capitū numeroſo cortice nudat
Et ſummis ſpoliat coriis:contēpaꝗ paſſim
Spargit humi atꝗ abicit:ſeruatū gramine bulbū
Tingit aqua lapidiſꝗ cauū demittit in orbē:
Hic ſalis inſpergit micas:ſale durus aduſto
Caſeus adiicitur:dictas ſuper inſerit hærbas:
Et læua veſtem ſetoſa ſub inguina fulcit.
Dextera piſtillo primum fragrātia mollit
Allia:tum pariter mixto terit omnia ſucco:
It manus in gyrum:paulatim ſingula vires
Deperdunt proprias:color eſt e pluribus vnus.

Nec totus

Nec totus viridis:quia lactea frustra repugnant:
Nec de lacte nitens:quia tot variatur ab hærbis.
Sæpe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus:& summo damnat sua prandia vultu:
Sæpe manu summa lachrymantia lumina tergit.
Immeritoq; furens dicit conuicia fumo.
Procedebat opus:non iam salebrosus vt ante:
Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes
Ergo palladii guttas instillat oliui
Exiguiq; super vires infundit aceti:
Atq; iterū commiscet opus:mixtumq; retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit:inq; globum distantia contrait vnum:
Constet vt effecti species nomenq; moreti.
Exuit interea cybale quoq; sedula panem:
Quem recipit lotis manibus pulsoq; timore:
Hinc famis:inq; diem securus similus illam
Ambit crura ocreis paribus:tectusq; galero:
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos:
Atq; agit in segetes:& terræ condit aratrum.



P. Vergilii Maronis Hortulus.
Carmen iambicū trimetrū senarim.



Adeste musæ maximi ꝓles Iouis
Laudem feracis prædicemus hortuli.
Hortus salubres præbet corpori cibos:
Variosq; cult⁹ sæpe cultori refert
Holus suaue:multiplex hærbe genus
Vuas nitentes:atq; foetus arborum.
Non desit hortis & voluptas maxima:
Multisq; commixta modis iucunditas:
Aquæ strepentis vitreus ambit liquor.
Sulcoq; ductus irrigat riuus sata:
Flores nitescunt discolore gramine
Pinguntq; terras gemmeis honoribus.
Apes susurro murmurant gratæ leui.
Cum summa florum vel nouos rores legūt.
Foecunda vitis coniuges vlmos grauat
Textas:vt inumbrat pampinus arundines
Opaca præbent arbores vmbracula:

☞ aūt venerē vn̄ Martialis in distichis cū sint tibi mortua mēbra. Nil aliud bulbis q̄ satur esse potes.q.d.non angeris per eos: & demittit in orbē lapidis.s.molaris cauū.i.excauatū & inspergit hic.i.modo aut hinc.i.deinde micas salis:& caseus dur⁹ aduito sale:adncit (hic scribet duplici n qa pducit prima positione) & super inserit hærbas dictas.s.sic cōrusas:& fulcit.i.subnectit leua.i.sinistra manu vestem sub.i.vsq; ad inguina setosa.i.pilosa. sed qa rustici duros piloshabēt maluit setosa q̄ pilosa dicere:dextera.s.man⁹:mollit.i.mollificat & cōtundit primū pistillo.i.instrumēto pinscendi:hoc est cōtundendi & frangēdi:allia fragrātia.i.multū olentia:tum.i.deinde terit.i.cōtundit oīa pariter succo mixto.Manus.s.eius it i gyrū.s.mortarii:& singula deperdūt paulatim proprias vires:quia accipiunt saporē mixtum:vnde etiā per admixtionē liquidi corrūpitur vsus oliui:& vn⁹ color est.i.fit.e pluribus.s.coloribus.s.nec totus viridis quia frustra.i. fragmēta lactea:vt alij porri & cepe repugnant:nec nitens.i.non penit⁹ album de lacte.s.infuso:aut de frustis lacteis:qa.s.lac aut cōfectio illa variatur a tot herbis.Spiritus.i.odor diffusus.acer.i. vehemens:iaculat.i.in morē iaculi ferit acriter:nares viri apertas:patulas potius diceret:& damnat sua prandia.i.escā prandij sui vultu summo.i.oculis flentib⁹ ꝓpter cepe:aut naso cōtracto ꝓpter allium & tergit sæpe manu.s.sua lumina lachrymantia.i. oculos lachrymas emittentes quas cepe vt dixi excitat:& ipse furens.i.insaniens per impatientiā:dicit conuicia.i.contumelias: fumo immerito:quia nō ꝓpter fumū sed ꝓpter cepe lachrymabat.Opus ꝓcedebat.s.ad speciē moreti:&pistillus.s.quo herbas cōtundit:non ibat iam salebrosus.i.asper plenus salebris:vt ante.i.prius sup.fuerat:sed ipse grauior ibat in orbes lentos.i.tardātes & cōglutinantes globos hærbaꝝ ergo quia.s.videt opus ꝓcedere & fere cōfectum ipse instillat guttas vbi persimonia ei⁹ ondītur qui non effundit sed guttatim instillat guttas:oliui.i.olei palladij.i.a Pallade inuenti &producta primū cum olea:dum.s. contenderet cum Neptunno de noīe Athenaꝝ:&lis ad hoc deducta esset vt is daret qui fetū vtiliorem reip.produceret.Nā cū ille equū ꝓduceret animal belligerū:hæc oleā paciferam ꝓferens victrix effecta vrbi nomē dedit:nā grece athena dr̄.Et superinfudit vires exigui.i.modici aceti:atq; cōmiscet iterū opus & retractat mixtū & circuit tū demū.i.tūc tandem mortaria duobus digitis: & cōtrahit distantia in vnū globū:vt nomē & species constet.i. resultet moreti effecti:aut vt nomē & species effecti constet moreti.Cybale.s.ancilla:sedula.i.diligens exuit quoq;.i.etiā operosa interea panē quē simil⁹ recipit manib⁹ lotis & timore famis pulso:hinc.i.deinde & securus.i.seorsum a cura & sollicitudine victus in illā diē.i.pro tota illa die:ambit crura ocreis.i.peronibus paribus.i.vtriq; cruri aptis:aut equalib⁹ & tectus galero.i.pileo rustico cogit iuuencos parentes:sub iuga lorata.i.loris fulta:atq; agit.i.impellit eos in segetes.i.terras satiles:vnde est. Quid faciat lætas segetes &c.& condit terræ.i.in terram aratrum. id est arat. ¶Et hæc in moretū.

ASCENSIVS.

ADeste musæ &c. Opusculum hoc de laude hortuli q̄uis epigrama sit & congrue inter sequētia epigramata collocari possit:tamen quia in moreto mlta de herbis & feracitate hortuli dicta sunt ad hæc conformia. nō inepte illi cohereat.Est aūt qualitas carminis iambica trimetra senaria Iambica ab iābico prædomināte trimetra quia ternas mēsuras continet: mensura autem binos pedes qa em iābus (vt Flaccus dicit in arte)pes citus est:ideo bini pedes pro vno metro.i.vna mēsura cōputantur est tn̄ senaria.i.senis pedibus constans.Recipere autem pōt iambū locis oibus:sicut in primo carmine iambū habet in primo secundo quarto & sexto locis.Recipit & dactylum ac tribachū locis omnibus præterq̄ nouissimo spōdeum vero & anapestū locis præcipue imparib⁹:sed & sexto loco spondeū & eius loco trocheū admittit.Intētio est describere laudes hortuli.¶Ordo est.O musæ appositorie proles maximi Iouis ex mnemosyne videlicet vt dictur⁹ sum in epigramate de musaꝝ inuētis:adeste id est auxilio sitis vt sup.prædicem⁹ laudē hortuli feracis.Hort⁹ ꝓbet corpori cibos salubres & refert sæpe cultori varios culus & refert holus suaue.s.ad vescendum:& multiplex genus herbe:& vuas nitentes:atq; foet⁹.i.fructus arboꝝ vt poma & nuces:&.i. etiā voluptas maxima non desit.i. deest(sic in Buco.Lac mihi non æstate nouū:non frigore desit)& iocunditas cōmixta multis modis non desit hortis:liquor vitreus.i.vitrei coloris & trāsparentie:aquæ strepentis.i.cū murmure decurrētis ambit.s.hortulum.& riuus ductus sulco irrigat sata flores nitescūt in gramine discolore.i.diuersorū coloꝝ:& pigūt terras gēmeis honorib⁹ s.hærbaꝝ & florū:honores aūt ꝓ venustatibus accipi solēt:apes grate.i.vtiles murmurant leui susurro:cū.i.qn̄ legūt.i.colligunt summa.i.summitates floꝝ:vl̄ nouos.i.recētes rores:vitis foecūda grauat vlmos cōiuges:qa illis i Italia maritant̄. Est aūt deli

Prohibent q; ☞ tiose dicti

[G]tiose dictum: vt pro vel pampinus. id est frons vitium inum
brat arundines textas scilicet circumquaque: arbores præbent vm
bracula vmbrosa: & prohibent solem feruidū comis. id est fron=
dibus densis. Aues garrule fundunt sonos canoros: & mulcent
semper aures suis cantibus. hortus itaque oblectat auocat a curis &
vitijs pascit scilicet holeribus tenet scilicet oblectamento: & de=
mit animo mœsto languores graues & reddit membris vigorem
& capit visus: & refert labori pleniorem gratiam: quam scilicet ac=
cepit vt Cicero in officijs dicit: & tribui colenti gaudium mul=
tiforme.


Prohibentque densis feruidum solem comis.
Aues canoros garrulæ fundunt sonos.
Et semper auras cantibus mulcent suis.
Oblectat hortus: auocat: pascit: tenet:
Animoque mœsto demittit languores graues.
Membris vigorem reddit: & visus capit:
Refert labori pleniorem gratiam.
Tribuit colenti multiforme gaudium.

FINIS.

¶ Domitij Calderini Veronensis Commentarij in de Mecœna=
tis obitu Elegiam.

DOMI. Deflerā iuuenis tristi modo carmine fata. Nō cōpertū habe
mus cuius hæc elegia fuerit: neque em̄ Vergilio ascribi pōt
ex dicēdi charactere nec est alter author quem ea tēpestate
existimemus scripsisse: verū nō desunt q Lactātij Firmani op⁹ di
cant. Eo em̄ stilo vsari vr̄: quo & eius viri scripta vident̄: summa
tn̄ oīs est: Mecœnatē laudet: pariterque filij ipsius mortē defleat. Iu=
uenis filij mei q immatura morte perēptus fuit. Seni merēti q iā
diē suū obierat. Vt sicut. Iuuenis: filiū mecœnatis. Auo annoso: i
gn̄e dixit neque em̄ mecœnatis auus lōgo vixisse tpe tradit̄: vn̄ quē
Rates. piam aliū lōgioris vitę hoīem notauit. Annoso: antiqssimo. Ra=
tis: rates trabes inculte appellant̄ nauigo postea accōmodate sūt:
Carina. & p nauibus ponunt̄. Ratis: acherontis. Carina appellatur trabs
illa in fundo nauis quam circum tabulæ tanque brachia affigunt̄:
etiam pro naui ponuntur. Lacus vastos fluminis lethei per quod
Charon animas transfert. Amici illius: quoniam habuit consue=
tudinem. tecum o Mecœnas: non habui familiaritatem illius fi=
lij tui. Opus: si habet per hanc epistolam de obitu filij Mecœnatis
eidem se factum amicum. Regis ethrusci: quia Mecœnas nat⁹ erat
ex nobili stirpe ac regia aretinorum. Vnde & Horatius Mœcenas
atauis edite regibus. vrbis eras custos. Quoniam Cęsare in bella
concedente Mecœnatem vrbis Romane custodem & gubernato
rem reliquisse cōstat. Posse nocere. cōmendat ex animi tranquil=
litate & māsuetudine: quia de nemine vlcisci voluit. pallade: de
Mecœnatis genus signat Mecœnatem artibus liberalibus præstantissimū: hinc lit=
teratos semper coluit pariter rem militarem amauit: cuius artis
& dea Pallas est: vincis vulgares. ostendit doctrina Mecœnatē:
& rerum peritia non sanguinis claritate principatum adeptum
fuisse: atque alijs præstantissimis prælatum. vulgares: populares.
Arenas in extremo littore dicit Mecœnatem sapientem superare
omnes gemmas & lapides præciosos qui nascuntur in mari Ex=
tremo oriente Oui. Induitis collo lapides oriente petitos. Discin
ctus ostendit Mœcenatem molli ac effeminato fuisse corpore ve
rum magnanimitate & simplicitate vitę præstantissimum: qua=
lis fuisse traditur & diluuij tempestate: in qua pro tempore & ne=
cessitate quisque ad ville cultum: nitebatur & oportunitatem: Di=
scincti enim homines laxi ac molles & minime apti appellantur
hortensi. discinctum hominem & vt nepotem & luxuriosum ap=
pellauit: contra cinctos illustres & omnibus laboribus exercitos
atque expeditos intelligimus. Animo tuo id est magnitudine ani
mi tui. Diluuij: qualis simplicitas fuit tempore diluuij. Sic vixe=
re laudat ipsum a iustitia. virgo iustitia quæ vna cum pudicitia
nequitiam mundi reliquisse prodita est non cum fide vt multi scribunt dicente Iuuenale in satyra: Credo pudicitiam Saturno rege
moratā Postque ad supos astrea recessit: hac comite atque due pariter fugere sorores: & hoc cū ad pudicitiā loqueret̄. Pręcinctos illustres.

Elegia in Mecœnatis obitu.



Defleram iuuenis tristi modo carmine fata.
Sunt etiā merito carmina danda seni.
Vt iuuenis deflendus erat: tā candius: & tā
Longius annoso viuere dignus auo.
Irreligata ratis nunque defessa carina
It redit in vastos semper onusta lacus.
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta.
Non oblita rapit sed tamen illa senes
Nec mihi mecœnas tecum fuit vsus amici
Illius. hoc ergo conciliauit opus.
Fidus eras nobis. nam propter cæsaris arma
Cæsaris: & similem propter in arma fidem
Regis eras genus hetrusci: tu cæsaris almi
Dextera: romanæ tu vigil vrbis eras.
Omnia cum posses: tanto tam charus amico:
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta phœbus donauerat artes
Tu decus: & laudes huius & huius eras.
Vincis vulgares vincisque peritus harenas:
Littore in extremo quas simul vnda mouet.
Quod discinctus eras: animo quoque carpitur vno
Diluuii ac nimia simplicitate tua:
Sic illi vixere quibus fuit aurea virgo:
Quæ bn̄ præcinctos post modo pulsa fugit:

Inuide quid tandem tunice nocuere solutæ?
Aut tibi ventosi quid nocuere sinus?
Num minus vrbis erat custos: & cæsaris obses
Num tibi non tutas fecit in vrbe vias?
Nocte sub obscura: quis te spoliauit amantem:
Quis tetigit ferro durior ipse latus?
Maius erat potuisse tamen: nec velle triūphos
Maiores: maius abstinuisse fuit.
Maluit vmbrosam quercū: nymphasque canētes
Paucaque pomposi iugera certa soli.
Pierides phœbumque colēs in mollibus hortis:
Sederat argutas garrulus inter aues.

Marmora mœonii vincunt monumenta libelli:
Viuitur ingenio: cetera mortis erunt.
Quid faceret? defunctus erat: comes impiger idē
Miles & augusti fortiter vsque pius.
Illum piscosi uiderunt saxa pelori
Ignibus hostiles reddere ligna rates.
Puluere in æmathio fortem videre philippi:
Quā tener ille fuit: tam grauis hostis erat.
Cem freta niliace texerunt lata carinæ.
Fortis erat circum: fortis & ante ducem.
Militis æoi fugientis: terga secutus
Tertius ad nili dum fugit ille caput:

Vix erat:hæc illos laxarunt ocia cultus.
Omnia victores marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno
Postq̄ victrices conticuere tubæ:
Hic modo miles erat:ne posset fœmina romam
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos (tantū curuauerat arcum)
Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche coloratos postq̄ deuicimus indos.
Potasti galea dulce iuuante merum.
Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ
Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sum memor:& certe memini sic ducere thyrsos
Bacchica purpurea candidiora niue.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus:& auro.
Serpentes hederæ vix habuere locum.
Argentata tuos etiam sandalia talos
Vinxerunt:certe:nec puto bacche negas.
Mollius ex solito mecum tum multa locutus:
Et tibi consulto verba fuere noua.

¶Inuide:arguit inuidos q criminabanť ex corporis mollicie: ac dicit illā animi prudētia cōpescitā sicq̧ nihil offuisse. Solute aut tibi vētosi:notat vestiū tenuitatē:q̄ vētos faciunt. Dicit tpe quo gubernator vrbis relictus est ab Augusto Siciliā petēte vrbē oī impedimēto liberā fuisse. Quis spoliauit.q.d.nemo te spoliauit amantē. Ipsæ solēt dictiones nōnūq̄ vacare teste Seruio:qn̄ enim Verg.inquit:Nūc dextera ingeminās nūc ille sinistra ille abundat. Maius erat:laudat Mecœnatē qa nō erat ambitiosus in desiderādis triūphis cū potuisset habere tū ab illis se abstinuit: quod qdē maius fuit. Nymphas musas. Iugera:habuit em̄ hæc iugera in esquilijs:& his cōtētus ab hora:fuisse phibetur:nisi q in edificioꝶ mole reprehēdiť:ex qua exulans in sabinis & ipsius horatij agrum spectare poterat. Pierides phe.colēs ipse Mecœnas musas studiosissime venerabať poetas:vt Vergilium:Horatiū:Propertiū. Argutas sonoras q̄ aues erāt in tuis hortis:vel aues poetas intelligit.q.d. Mecœnatē esse numerādū inter sonoros poetas Meonij:cōmēdat Mecœnatē a poetica. Meonij.i.Homeri: nam variæ fuerunt sniæ de ipsius patria. Ephorus em̄ cumeū dixit Pindarus smyrneū & chium. Antimachus & Nicāder Colophonium. Aristarchus & Dionysius Atheniēsem. Aristoteles hietē:nōnulli:salaminiū:alij argiuū cōtēdūt. Oui. Meoniū:vn̄ est: Aspice meonidē a quo ceu fonte perēni Vatū pierijs ora riganť aquis Marmora:marmorea. Faceret facere poterat. Defunctus:emeritus. Pius: pij dicunť q maiores suos excolūt. Illū piscosi. Octauius vicit Sextū Pōpeiū bello nauali,ī mari siculo. Piscosi. Asperi. Pelori:pelorus summus est ex pmōtorijs siciliæ aduersus italiam. Rates.s. Sexti Pōpeij. Puluere ī ema.emathia appellať thessalia ab Aemathione filio Deucalionis. Saxa.p.notat Mecœnatē fuisse secutū Augustū in bello cōtra Sextū Pōpeiū p agrippā & fratrē & commissa pugna nō lōge a charibdi & scylla ea parte qua pelorus italiā respicit. Piscosi.a.dicit qa circa ipsum pmōtoriū pter aspera saxa optimi sunt pisces. Illū Mecœnatē. Ignibus.i.incēdere naues inimicoꝶ. Philippi:cāpi thessaliæ a Philippo rege denotati. Puluere.e.i.certamine:nā & contra Cassiū & Brutū Mecœnas. Octauiū secutus est. Tener fuit fm Senecā q eū mollissimū dixit corpore etiā effeminato:niliace carinæ:significat & illū fuisse secutū. Aug.ad bellū actiacū habitū tn̄ cōtra Antoniū & Cleopatrā quā nauigia sequebanť ægyptiaca vn̄ niliace dixit. Circū:qn̄ erat & ante & circū. Aug.erat semp fortis secutus. Octauius victoria potitus est de Antonio & Cleopatra quā idē Antonius imperio vrbis ornare pollicitus fuerat in stupri præmiū verū deuict9 est & Cleopatra alexādriā vsq̧ ad nili caput aufugit. Aeoi autē militis qa ex oriēte ipsam plures sunt secuti & herodes rex iudeorum:& Amathus arabiæ:& Polemō ex pōto & bessi & Philadelph9 ex paphlagonia &glices qn̄ Mithridates ex comagena amyntas Lycaonius ex mauritania:& pene totus oriēs. Ipse mecœnas: qa exactis bellis dedit operā musice & poetice hic mecœnas Fœmina turpis cleopatra meretrix Dotalē:qa ī cōuiuijs & crapulis Antoni9 pmiserat imperiū vrbis:sic Mecœ.in pfusos ægyptios fugientes quos pepulit vsq̧ ad orientē Bacche vertit sermonem ad bacchū & colligere hinc possumus ex poetæ verbis qui victoriæ & triūpho ipsius dei interfuisse:se dicit:Gallum poetā opus hoc scripsisse:quippe in cuius corpus euphorbi & Pithagoræ ac Home.& Ennij animos intrasse probat: verum fuerit sic vel ne incertum habeo:quicūq̧ ille sit nihil omnino refert coloratos: nigros factos colore solis. Alibi Verg.in geor.iiij. Vsq̧ coloratis amnis deuexus ab indis. Tunicæ:vestes longæ:duas.s.vestes habuisse eo tpe Thyrsos hastas pāpinis inuolutas:in qbus in sacris Bacchi & choreis vtebanť. Purpura etiā reperiť alba cū pprie sit rubra. Tibi con.o bacche:vix habuere:tygres vix habebant locū propter multitudinem gemmarum seu serpentum. Sandalia: genus calceamentorum alborum: quibus magni viri vtebantur. Sandalia
Noua:non militaria sed dulcia & amori apta.

Impiger alcide multo defuncte labore.
Sic memorant curas te posuisse tuas.
Sic te cum tenera lætum lusisse puella
Oblitum nemeæ iamq̧ erymante tui.
Vltra num quid erat:torsisti pollice fusos
Lenisti morsu læuia fila parum.
Percussit crebra te propter lydia nodos:
Te propter dura stamina rupta manu:
Lydia te tunicas iussit lasciua fluentes
Inter lanificas ducere sæpe suas.
Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat
Quam pede suspenso percutiebat amor.
Quis fore credebat cū iā pmit impiger infans
Hydros ingentes vix capiente manu:
Tunc ne renascentem tereret velociter hydram.
Frangeret immanes vel Diomedis equos?
Vel tribus aduersis communem fratribus aluum
Et sex aduersas solus in arma manus:
Fudit & æolidas postq̄ dominator olympi
Dicitur in nitidum procubuisse bouem:
Atq̧ aquilam misisse suam:quæ quæreret ecquis
Posset amaturo vina referre Ioui.
Valle sub idea:dum te formose sacerdos
Inuenit:& presso molliter vngue rapit.
Sic est.victor amet.victor potiatur in vmbra.
Victor odorata dormiat inq̧ rosa.
Victorem victus metuat:metus imperet illi.
Membra nec in strata cernere discat humo.
Tempora dispensant vsus.& tempora cultus:
Hæc hoīes:pecudes:hæc moderantur aues.
Lux est:taurus arat:nox est:requiescit arator.
Liberat e merito feruida colla boui.
Conglatiantur aquæ.scopulis se condit hirūdo
Verberat & gellidos garrula vere lacus.
Cæsar amicus erat:poterat vixisse solute
Cum iam cæsarides quod cupiebat:erat.

Fudit Indulsit

Indulsit merito: non est temerarius ille.
Vicimus augusto iudice dignus erat.

ASC. ¶Impiger alcide. vertit sermonem ad herculem. Defuncte. i. qui euasisti a multis laboribus. Puella tenera qa habebat Omphale: cui ſm oraculi respōsum parere coactus erat. Dū nauigans in aphricā a quorūdā ex amicis suis spōte esset venūdatus. Illa enim Iordane Meoniorꝝ. i. lydiorꝝ reginæ filia fuit Nemeei laboris habito i silua Nemea ꝓpter mortē leonis circa mōtē tritonē & etiā i apro erymātheo arcadiæ agros deuastātis: & mādatū erat vt eū viuū afferret. Morsu: nā mulieres filādo solent mordere fila. Nodos: qa Omphale faciebat multos nodos causa tua ó Hercules: qm̄ & tu idē faciebas. Torosa mēbrosa ex duro amore versus omphalē. Pede su. qa Hercules suspēdebat pedē suū sup pedē aiacis: sicut sæpius nos fecimus: renascentē ꝓpter fœcūditatem capitis. Equos: equos Threicij Diomedis humana carne vescētes interemit Hercules tribus fra. geryonē tāgit q in isula erythrea existēs tria corpora habebat: & sic sex manus Aluū: ventrem Aeolidas: rhetū & ephialtē æoli filios. Dn̄ator: Iuppiter Nitidū claro diē: hoc ſm morē Thraciæ q quietos dies & fœlices candido lapillo denotabāt. Referre Ioui: qa voluit habere Ganymedē. Sacerdos fecit em̄ ipsum sacerdotem in ida silua formose: o Ganymede. Potiatᷣ Mecœnas amica. In vmbra. i. hortis suis. Rosa pensam maioris odoris ſm morē antiquū. Lectos & anaclyteria ex rosarū folijs cōficiebat ad suauitatē spirādā vt & de principe Antonio helius Lāpridius refert. Dispēsant: diuidūt & ordināt: oia fieri solēt ſm seriē tpis. Cæsar amicus erat: cōcludit in laudē Mecœnatis nil fuisse qđ a Cæsare impetrare nequisset. Amicus: Mecœnati erat paratus ad oia eius vota. Indulsit. i. gessit morē ei. Saxa parēs Iason legit. i. nauigat: de Iasone loquor Oetas rex cholchorꝝ filiā habuit Medeā. Oethas dicitᷣ ab Oetha. Theophrastus ponit hærbā in ægypto qua reuiuiscunt hoies. Iuba historicus tradit succis hærbarū: reuocari hoies ad vitā. Xāthus primo historiarū ait draconis. Catulū reuocatū ad vitā hærba quadā quā balim appellāt Colchidos medea in formā vetulæ mutata intrauit Iolchon regiā Peliæ regis Thessaliæ testās se missam ab hypboreis cū quibusdā medicaminibus vt faceret iuuenē peliā: & vt fidē darēt verbis suis experimēto ꝓbauit: mactauit enim arietē: & in aheno coxit: & inde restituit in vitā: pelias senex phanaticus cupiens iuuenescere properauit vt id fieret: & sic a medea cesus fuit.

Ergo saxa parens postq̄ scylleia legit
  Cyaneosq; metus iam religanda ratis:
Viscera disiecti mutauit arietis agni
  Oetias: & succis omne perita suis.
His te mecœnas iuuenescere posse decebat.
  Hæc vtinam nobis colchidos hærba foret.
Redditur arboribus florens reuirentibus æstas.
  Ergo non homini qđ fuit ante redit?
Viuacesq; magis ceruos decet esse pauentes:
  Si quorum in torua cornua fronte rigent:
Viuere cornices multos dicuntur in annos.
  Cur nos angusta conditione sumus?
Pascitur auroræ tithonus nectare coniunx:
  Atq; ita iam tremulo nulla senecta nocet.
Vt tibi vita foret semper medicamine sacro:
  Te vellem auroræ cōplacuisse virum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili.
  Te dare purpurea lora regenda manu.
Tum mulcere iubam: tum iā torsisset habenas
  Procedente die respiciētis equi.
Quæsiuere tori iuuenem: sic hesperon illum
  Quem nexum medio soluit in igne venus.
Quem nūc in fuscis placida sub nocte nitentē
  Luciferum contra currere cernis equis.
Hic tibi coritium. casias hic donat olentis:
  Hic & palmiferis balsama missa iugis.
Nunc precium candoris habes: nunc reddit vmbris
  Veh sumus obliti decubuisse senem.
Ter pyliū fleuere sui: ter nestora canum:
  Dicebant tamen hunc non satis esse senem.
Nestoris annosi vicisses sæcula: si me
  Dispensante tibi stamina nempe forēt.
Nunc ego quid possum? tellus læuis ossa teneto.
  Pendula librato pondus & ipsa tuum.

Semper serta tibi dabimus: tibi semp odores
  Non vnq̄ sitiens florida semper eris.
Sic est mecœnas fato viuente locutus
  Frigidus & iamiam tum moriturus erat.
Me ne inquit iuuenis primæui turpiter ante
  Angustam Bruti non cecidisse fidem?
Pectore maturo fuerat puer: integer æuo
  Et magnū magni cæsaris illud opus.
Diffidio vellemq; prius non omnia dici
  Inciditq; pudor quæ prope dixit amor:
Sed manifestus erat moriēs: quærebat amatæ
  Coniugis amplexus: oscula: verba: manus.
Si tamen hoc satis est: vixi te cæsare amico
  Et morior dixit dum moriorq; satis.
Mollibus ex oculis aliquis ꝓcederet humor
  Cum dicar subita voce fuisse tibi.
Hoc tibi contingat: iaceam tellure sub æqua:
  Nec tamen hoc vltra me potuisse velim.
Sed meminisse velim: viuam sermonibus: illic
  Semper ero: semper si meminisse voles.
Et decet: & certe viuam tibi semper amore:
  Nec tibi qui moritur desinit esse tuus.
Ipse ego quicquid ero cineres interq; fauillas
  Tunc ego non potero non memor esse tui.
Exemplum vixi te propter molle beate
  Vnus mecœnas teq; ego propter eram:
Arbiter ipse fui: voluit quod contigit esse
  Pectus eram vere pectoris ipse tui.
Viue diu mi chare senex: pete sydera sero.
  Est opus hoc terris: te quoq; velle decet.
Et tibi succrescant iuuenes bis cæsare digni:
  Sed tardant porro cæsaris vsq; genus.
Et tibi securo quod primum liuia coniūx
  Expleat amissi munera rupta gener.

Semper   Cū deus

Cum deus in terris diuis insignis auitis
Te venus in patrio collocet ipsa sinu.

ASC. [illegible]go saxa. laudat & ipsum Ia[illegible] comparatione: & Aesonis [illegible]iuuẽtutẽ reuocati: ac dicit eo [illegible] reuocari ad iuuentutem de[illegible]isse Mecoenatem: parẽs. Medea mater ob filios quos habuerat [illegible] Iasone. Cyaneos metus: symphlegadas ita enim denominant [illegible]ra ponti intra se scopuli concurrentes. Arietis significat Me[illegible] postq̃ ad Iolchon vrbẽ Peliæ regis peruenit: vt suam do[illegible]nam atq; artem ostenderet: mactasse arietem & in aheno deco[illegible] mox in agnum restituisse: quod cũ pelias optaret iuuenescẽ[illegible] gratia atq; id faceret a Medea cesus fuit per eius filias: vt Oui. [illegible]tatur. Oetas: Medea filia Oetæ regis & p synęresim prima bre[illegible] & secũda longa in vnam conuertitur syllabam lõgã. Omne: ad omne fuerat perita. Oui. Medeæ faciũt ad scelus omne man⁹. Herba. Ply. ex Theophrasto & ex multis aliis testatur in ægypto hærbam qua homines reuiuiscunt. Quidam hanc moly: nõnul[illegible]li ba. in: cuius succo draconis catulos ad vitam reuocasse quidã Xanthus dixit: huiusmodi hærbam Medeam vsam poeta osten[illegible]dit. Quod fuit: si hærbæ reuiuiscunt tanto magis debent homi[illegible]nes reuiuiscere. Cerui viuaces: cerui teste Ply. Exuperãt. c. annos & mutatis cornibus iuuenescũt. Angusta quia ita cito nos mori[illegible]mur. Cornices: nongentos annos viuere produnt: vnde & Oui. Ora capitq; nouem cornicis sæcula passæ. Auroræ ti. aurora tita nis & terræ filia fuit: dictaq; ab eo q ab igne solis vt auro aure[illegible]scit. Tithonus filius Laomedontis priami patris relicto fratre ex phrygia in assyriã se contulit: breui in re militari præstantissim⁹ fuit. Regi gratus duxit vxorẽ filiam regis æthiopum: ex qua ge[illegible]nuit Memnonem ea tempestate Priamus vexabatur bello Teu[illegible]trani regis capadociæ: regnum phrygiæ tunc subditum erat regi bus assyriorum Tithonus qui præfectus erat assyriorum misit Memnonem filium cum decem milibus æthiopum totidẽq; su[illegible]sianis: & cum ducentis curribus vt Priamo auxilium ferret. Alii volunt Tithonos fuisse duos & phrygem & assyrium: & scribũt vnum peonis. Alterum Mennonis patrẽ: sed alterum imperasse phrygiæ & lydiæ: & ex vxore dindimenæ genuisse Cybellẽ: Ti[illegible]thoni de Tithono Auroræ marito plurima scripta sunt. Itaq; sa[illegible]tis est intelligere illũ senẽ: delectatione tñ cõiugis iuuenescẽtem quotidie & Mennonẽ filiũ in troianorꝫ auxiliũ quõdã missum ex vltima plaga orientis. Vt tibi vita foret: vt fieres maritus Au

roræ. Iubã: crines. Tori: vult cõparare cũ Hespero Athlãtis filio. Tori spõsæ. Hesperon illum Hesperus filius fuit Athlãtis: cũ ascendisset montẽ athlantẽ nũq; amplius visus fuit crediderunt incolæ imperiti ascendisse coelum & esse stellam: quæ eadem mane dicitur lucifer. Alii volũt Venerẽ adeo perditam fuisse amore hesperi formosi iuuenis: vt eius nomen sumpserit: & venus est q̃ dicitur hesperus & lucifer: hic vero hesperus filius fuit Auroræ & Cephali: hoc aũt ideo qa pythagorei eandẽ inuenere esse stellã q̃ sero hesperus ni mane lucifer appellatur. Igne amore. Hic lucifer Coritium: crocũ intelligit: qui plurimum in coryco ciliciæ antro abũdat Casias. Iugis palmife. palmifer inter assyriam & phoeni[illegible]ciam locus est palmarũ abundantissimus: ex quo etiã loco balsa ma aduehi ꝓdunt ex arbore modica: & hoc nõ lõge ab hierosoly mis Candoris: virtutis. Nestora canũ: qa Nestor vixit tres æta[illegible]tes: fuitq; Nelei filius. Neleus in Messania regione cõdidit oppi[illegible]dum Pilon: vnde Nestor pilius. Pili tres sunt in pelopõneso: in pisæa regione & hæc pilos cõdita ab Emathonte: tertio in Messa nia patria Nestoris. Tellus: o tellus. Librato pro libres. Serta. i. semp ponam coronã sup tumulum tuũ: & sacrificabo. Angustã breuem in Cęsarem. q. d. voluissem mori ante bella ciuilia. Illud opus. Fuerat enim nutritus a Cæsare. Dissidio Quæ fuit inter augustum Cassium & Brutum. Amor cogit me vlterius loqui: manifestus moriens: determinata erat ei mors. Si tñ hoc satis mecoe nas incipit alloqui Augustum. Humor lachryma. Sub æqua: nõ ponderosa. Potuisse vltra. i. iacere nõ desidero i meliore tellure q̃ tu. Eram pectus pectoris: erã cor cordis tui. Te quoq; velle decet: videlicet diu viuere in terris: ob commoditatem mortalium. Cęsare: hoc dicit propter Tyberium adoptatũ ab Augusto: & Ger[illegible]manicum ab ipso Tyberio. Quin & drusum Tyberii fratrem: vt enim Suetonius tradit ex Scribonia Iulia nata est ex Liuia infans qui conceptus fuerat immaturus fuit editus Iulia marcello Au[illegible]gusti iunxit: deinde. M. agrippe: ex quo tres nepotes Caium & Titum & Lucium. Agripinam & Iuliã neptes de quibus late apud Sueto. traduntur ꝓducãt: & amplificẽt: munera ruptæ qa in partu filius obiit. Patrio sinu. i. in Cæsaris sinu. i. faciet te deũ. Cæsa[illegible]ris vsq; genus: semper sint ex genere tuo. Liuia cõiunx. s. perdidit quia Liuia Drusilla fecit abortiuum ex augusto.

Hesper⁹.
Nestor.
Pilos.

DOMITIVS.

DOMI. Vir bonus. Sermo de viro bono hic habetur: ĩ quo Maro noster non minus alios sapiẽtes: q̃ se in numero sapiẽtum esse declarat: qui tam recte interpretatur hominem bonum & sapiẽtẽ. Et merito Apollini cõparandus videt: qui Socratem sapientem solum iudicauit. Iudex ipse sui: qui iudicat seipsum ad vnguem. i. perfectionẽ nam est metaphora a marmoriis sumpta: qui vnguem super marmora elaborata: & plana facta ducunt. Quin & possumus deducere de his qui magna diligẽtia & consideratione aliquid faciunt: & in ipsa recogitanda vngues mordẽt. Persius nec demorsos sapit vngues. Secur⁹. Sapiẽs non quærit quid faciant proceres & cæteri homines. Rotũdus. Omnis res rotũda perfectior est. Læuia: polita & ornata. Ille: sapiens. Cancri. Cãcer est signum coeleste ad quod. xv. kalẽ. Iulias sol accedit: per quod æstatem designat Capricorno. Capricorn⁹ signum coeleste est coelo sacratũ propter memoriam Amaltheæ capræ: quæ Iouem aluisse & lactasse ꝓducitur. Ad hoc signum sol accedit. xv. kaleñ. Ianuarias. Tropico. Tropicũ dicitur a trope: q est conuersio: eo em̃ tpe sol se conuertit & retrograditur. Se examine pẽsat. Examen dicitur quod est in medio spacio libræ. Hyet: vltro apiat se. Coeat: vult vir sapiens vt vita sua sit æq̃ ex

Cancer.

omni

P. Vergilii Maronis epigrammatum opus.
Et primo opusculum de viro bono.

Vir bonus & sapiens (qualem vix
repperit vllum
Milibus e cunctis hominum cõ[illegible]
sultus apollo)
Iudex ipse sui: totum se explorat
ad vnguem.
Quid proceres vaniq; læuis quid opinio vulgi
Securus: mundi instar habens teres atq; rotũdus
Externæ ne quid labis per læuia sidat.
Ille diem q̃ longus erit sub sydere cancri:
Quantaq; nox tropico se porrigit in capricorno
Cogitat: & iusto trutinæ se examine pensat
Ne quid hyet: ne quis perturbet se angulus: æqs
Partibus vt coeat: nil vt deliret amussis:
Sit solidum quodcũq; subest: nec inania subtus
Iudicet amotus: digitis palantibus: ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum:
Omnia q̃ longi reputauerit acta diei.
Quo ꝑtergressus: qd gestũ in tpe. quid nõ.
Cur isti facto decus affuit. aut ratio illi:
Quid mihi præteritum: cur hæc sententia sedit

ASCENSIVS.

ASC. Vir bonus & sapiẽs. Quisquis inquit vir bonus est & sapiens. Iudex ipse sui: hoc est seipsum iudicat. Quisqs aũt iuste rẽ q̃uis iudicet: ipsam iusta lance pẽsitet atq; disqrat: sanoq; iudicio sit oportet. Sed qs mortaliũ miseriarꝫ suarũ põdus recte examinabit: nec aios sum[illegible]mittens sese humilẽ ꝓfitebitur. Vt vero fragilitatẽ nostrã cõspiciamus. Ply. in. i. c. vii. naturalis hystoriæ verba repetere lubeat: quæ hmõi sunt. Cum oia exequi humanus nequeat animus principiũ iure tribuet hoi: cuius causa videt cũcta alia genuisse natura: magna & sæua mercede contra tãta sua munera: vt non sit satis æstimare: parẽs ne melior homini an tristior nouerca fuerit. Ante oia vnũ animãtiũ cũctorꝫ alienis velat opibus: cæteris varia regumẽta tribuit: testas coria spinas: villos: setas: pilos, plumam: pennas: squãmas: vellera. Trũcos etiã arboresq; cortice: interdũ gemino a frigoribus & caloribus tutata est. Hoiem tñ: nudum & in nuda humo natali die abiicit ad vagitus statim & plo ratũ solũq; tot animalium ad lachrymas & has protinus a vitæ principio. At hercule risus ꝑcox illi & celerrimus ante quadragesimã diẽ nulli dat. Ab hoc lucis rudimẽto: q ne feras quidem inter nos genitas vincula excipiũt & omnium membrorum nexus. Atq; infoeliciter natũ: iacet

humana fragilitas.

manib⁹

tuus ſuus noſter & veſter. Quādo ergo aliquid poſſideo nō
dicam mei ſed meum: vt liber meus non mei: ſimiliter quando
qd ago vt amor meus i te: id eſt quo ego amo te. Bene ergo dictū
eſt iudex ſui. Totum ſe explorat. Totum ſe.i.oēm partem ſui: to-
Totū ſe. tum enim magnitudinem reſpicit: vt totum cœlum: omne ve-
ro multitudinem vt omnes homines. Confunduntur tamen vt
iiij. æneí. Tonitru cœlum omne ciebo.i.totum. Explorare eſt in
Explorare. quirere & ſcrutari: vnde exploratores: ſi tamē ad originem reſpe
xeris affectare hic poſitum videbis. Componitur enim ab ex ſiue
extra & ploro: quaſi ſit plorando in amaritudine animæ vitam
ante actam recogitare: quæ prima pœnitētiæ pars eſt altera quæ
Pniæ partes, confeſſio: ſequitur ſaltem tacita ibi. Non prius in dulcē &c. Ter-
tia quæ ſatiſfatio dicitur habetur ibi. Offenſus prauis. Comple-
mentum vero & vltima pars: quæ eſt perſeuerātia in virtute cō
ſequitur. Dat palmam & præmia rectis. Nullus enim niſi vſq; in
finem legitime certauerit coronabitur: nam palma & præmia cō
ſummationi debentur. Itaq; a viro ante chriſtum defuncto chri-
ſtianæ religionis forma præſcribitur. Ad vnguē.i.ad perfectio-
Ad vnguē nem: quæ res ſatis a Calderino deducitur. Quod autem hic meta
phora a marmorarijs fiat: patet: nam ſequetur: nec inania ſubtus
iudicet &c. Quid proceres. Quid (vt omia iam dicam) & omnia
Quid, eius compoſita: vt quicquid: aliquid: nequid: ſiquid: ecquid: nū
quid: quilibet: quicq; &c. ſubſtantiua ſunt: ideoq; cum adiectiuo
eiuſdem caſus: aut cum ſubſtantiuo genitiui caſus conſtruuntur
vt quicquid honeſtum: quicquid lucri: non autem quicquid lu-
crum ſeu quodcūq; lucrum. Quod enim & omnia eius compoſi
ta adiectiuum eſt: & vult ſubſtantiuum eiuſdem caſus: vt aliqd'
animal: refugit autem adiectiuum niſi ſubſtantiue ponatur: vt
quodcūq; honeſtum &c. De compoſitis vero a quis & qui & eo-
rum declinatione ſcies. Quis duobus modis componi. Primo vt
ponatur in ſecunda parte compoſitionis: & hoc cum his quinq;
particulis: ec vt ecquis: ne vt nequis. Nū vt nunquis: ſi vt ſiqs:
alius vt aliquis: & hoc modo in nominatiuo ſingulari fœmini-
ni generis: & nominatiuo & accuſatiuo pluralibus neutri gene-
ris inuenies qua: non quæ: vt ſi qua cauſa: ſi qua fata non ſi quę.
Secundo vt eſt prior pars componens & ſubduntur hæ particu-
læ: q;, vt quiſq;: q;, vt quiſq;: piam, vt quiſpiam: putas, vt qſpu-
tas: & ipſum quis: vt quiſquis: quod raros caſus habet: vt docet
Valla: vt quiſquis: quicquid: quēquem: quoquo: quaqua: quo-
quo: quoſquos: q̄q̄: quibuſquibus & reliquos addere poſſis. Et
cum his particulis nō ponitur qui: ſed cum dam, vt quidam: uis,
vt quiuis: cūq;, vt quicūq;: libet, vt quilibet: & tam compoſita a
quis, q; a qui, habent in illis caſibus dictis quando in priori par-
te ponuntur non qua, ſed quæ, vt quædam mulier, non quadā:
quædam poma, non quadam. Optima quæq; dies non optima
quaq;. Quiſq; autem caret genitiuo plurali: ſed ꝓ eo vtimur ſin-
gulari: autore Valla. Et licet omnia relatiua & interrogatiua ge-
minata poſteriorem partem in cūq;, reſoluant: autore Priſciano
vt quantuſquantus: quantuſcūq;: vbiubi: vbicūq;. Quiſquis tñ
non fit quiſcūq; nec quicquid quidcūq;: ſed illud fit quicūq; hoc
quodcūq;: propterea quodcūq; ponitur cum qui non cum quis.
ſed quod deflectitur a qui non a quis. Quæ ſic differunt q; qui:
& quod ponuntur ſæpe relatiue: quis autem & quid nunq; relati
ue: ſed vel indefinite: vt neſcio quis ſis vel quid agas: vel interro
gatiue: vt quis es: quid agis: ſimiliter & ablatiuus a quid: vt qui
Proceres ſcis hoc.i.quomodo. Proceres. Proprie ſunt capita trabium emi
nentia in muris & pondus edificij ſuſtinētia a quibus primores
Vaniq;. ciuitatis proceres appellantur. Vaniq; leuis &c. Bonum eſt adie
ctiuum vulgi: nihil enim eo vanius: vnde in .ij. æneí. Scinditur
incertum ſtudia in contraria vulgus: verūtamē vt docet. A. Gel-
lius: vani: ſunt non (vt vulgus putat) deſipiētes aut hebetes aut
inepti: ſed vt veterum doctiſſimi dixerunt mendaces & infidi: &
læuia inaniaq; ꝓ grauibus & veris aſtutiſſime componētes &c.
ſic in .ij. æneí. Nec ſi miſerum fortuna ſinonem finxit: vanū etiā
mendacemq; improba finget. Læuis opinio. Veriſimile eſt vt va
Læuis opinio. ni vulgi ſit læuis opinio. Læuis autem priori breui ſignificat ſi-
ne pondere: quæ res faciliter vento huc illuc agitatur: vnde fit
tranſlatio vt leuis dicatur inconſtans facilis in verbis factis: aut
moribus. Sed quando habet priorem longam ſignificat politū
non aſperum: vt paulopoſt. Per læuia ſi dat. Bene autem dat vul
go opinionem quæ falſorum eſſe poteſt: non autem ſcientiam q̄
Vulgi. verorum dūtaxat eſt: ſed neceſſariorum. Vulgus dicitur quaſi vi
lis grex: & eſt incerti generis: aliquando maſculini: vt in .ij. æneí.
Hinc ſpargere voces i vulgum ambiguas. Sæpiſſime neutri (qd'
Seruius tamē contra artem eſſe docet) vt .j. æneí. Sæuitq; animis
Securus, ignobile vulgus. Securus. Ordo eſt. Vir bonus & ſapiens eſt ſecu
rus.i.non curans quid proceres ſup. gerant & quid læuis opinio
vulgi agat. Docet autem Valla in orationibus nonnunq; verba
deeſſe quod tunc etiam (licet pathos non eſt) licite contingit qñ
generale verbum intelligitur: vnde ſubſtantiuum verbum pri-
ſciano

ſciano teſte facillimæ intellectionis eſt: vt nunc fama mino-
res italiam dixiſſe de nomine gentem. Nunc fama ſubaudi eſt. Si
militer .ix. æneí. Talia per latium: faciliter intelligitur geruntur
vnde pulchram eclipſim eſſe cenſet Seruius: ſic hoc loco facile
me intelliges gerant faciant vel agant: vt apud Ply. iuniorē. Stu
des an piſcaris: an venaris: an ſimul omnia: ſubauditur facis. Pa
thicis autem orationibus legitima eſt eclipſis quæ in alijs quoq;
admittitur ſi obſcuritatem non faciat. Securus dicitur qui eſt ſe
orſum a cura ne quicq; ſollicitus: neq; eſt idem quod tutus. Nā ſi
inter mille pericula ignarus gaudia ducis: ſecurus es: non tutus.
Contra: vbi nullus eſt hoſtis ſi multos inſtare formidas tutus es
ſecurus non es. Eſt ergo vir bonus non implicitus negocijs nihil
ad ſalutem facientibus: talia enim non curat: quoniam tales cu
ræ dehortarētur a perfecta ſapientia: vnde Flaccus in epiſtola ad
florum. Quod ſi frigida curarum fomēta relinquere poſſes. Quo
te cœleſtis ſapiētia duceret: ires. Hoc opus hoc ſtudium parui pro
peremus & ampli. Si patriæ volumus ſi nobis viuere chari. Mū
di inſtar habens. Mundus dicitur ornamentū: vnde mundus mu
liebris complectitur quicquid ad muliebrem ornatum ſpectat.
Totius etiam vniuerſi congeries propter varios ornatus mūdus
appellatur. Legitur etiam vt meminit. A. G. præcipue in priori ſi
gnificato hoc mundum. De mundo ſic in naturali hiſtoria Ply.
Mūdum & hoc qd' alio noīe cœlum appellari libuit: cuius circū
plexu teguntur cuncta numen eſſe credi par eſt: æternum immē
ſum: neq; genitum: neq; interiturum vnq;. Huius extera indaga
re: nec intereſt hoim: nec capit humanæ coniectura mentis: ſacer
eſt æternus immenſus: totus in toto: immo vero ipſe totum: infi
nitus ac finito ſimilis: omnium rerum certus & ſimilis incerto:
extra intra cuncta complexus in ſe: idēq; rerū naturæ opus & rerū
ipſa natura: furor eſt menſuram eius animo quoſdā agitaſſe atq;
prodere auſos &c. Hactenus ille. Recte igitur Vergilius dicit ſa
pientem habere inſtar mundi. Quia ſicut mundus vndiq; ſui ple
nus eſt & ſolidus vſq; adeo vt plæriq; philoſophi omnia vnum
eſſe dixerint. Et ſicut extra mundum nihil eſſe conſtat: ita virtus
& ſapiēs quicquid deſideret (nihil enim in hac mortalitate citra
virtutem & bonam doctrinam quærit) i ſe habet. Vnde nota eſt
Biantis ſententia. Sapientē omnia ſua ſecum ferre. Stoici quoq;
dicunt. In quo virtus eſt ei nihil deeſſe. Solumq; ſapientem eſſe
diuitem: prius ſic Cicero cōfirmat. Quāobrem vt improbo ſtul
to & inerti nemini bene eſſe poteſt. Sic bonus vir & ſapiēs & for
tis miſer eſſe nemo pōt. Nec vero cuius virtus moreſq; laudandi
ſunt nō laudāda vita eſt. Neq; porro fugiēda vita eſt quæ laudā-
da eſt. Eſſet aūt fugiēda ſi eſſet miſera: q̄obrem qcqd eſt laudabi-
le: idē & beatū & florens & expediendū videri debet: ſecūdum pa
radoxum ſic fundatur. Contētum eſſe ſuis rebus maximæ ſunt &
certiſſimæ diuitiæ: ſed ſolum ſapientem cōſtat eſſe ſuis rebus cō
tentum: ergo ſoli ſapienti maximæ ſunt diuitiæ: maior eſt Cice-
ronis in paradoxis: minor eſt poetæ noſtri q dicit Sapiētē eſſe te-
retem atq; rotundum. De ſapiente idem ſentit Hora. in epiſtolis
vbi inquit. Ad ſummam ſapiēs vno minor eſt ioue: diues Liber
honoratus: pulcher rex deniq; regum. Inſtar nomē indeclinabile
eſt ſignificans vt docet Valla hoc cōplexū ad equiparationē: vel
ad menſuram. Cōſtruiturq; cū genitiuo nec ꝑponit̄ ꝑpoſitio ad,
vt īſtar mōtis.i.ad magnitudinē mōtis. Nō ergo dices ad inſtar
mōtis vt vetuſtiores: nec expones inſtar mōtis.i.ad ſimilitudinē
vt Seruius ineptius ſi valle ſuffragandū eſt. Verum hoc loco me
lius dixeris inſtar mūdi.i.ad ſimilitudinē & formā mundi: q̄ ad
eqparationē: qs em̄ equiparet mūdum? & licet Valla dicat ſe nō
audere dicere tabulam depictam eſſe inſtar orbis terrarum. Ver
gilius tamē dicit ſapientē habere inſtar mundi. Videtur autē dic
quaſi in ſtatum & figuram: vnde inſtauro quod eſt in ſtatū prio
rem reddo. In, autem hoc modo cum accuſatiuo conſtructum ſi
gnificat ad ſimilitudinem vt in ſexto. Euboice latus ingens ru
pis in antrum.i.in ſimilitudinem antri. Teres atq; rotundus. Te
res dicitur longus & rotundus qualis interdum haſta: rotunda fi
gura eſt orbicularis & ſpherica qualis pile qua ludimus. Eſt ergo
vir fortis vndiq; plenus habens omnes dimēſiones ſolidas: qui
enim rotūdus eſt illi nil deeſt nec ab ante nec a retro: nec a dextra
nec a ſiniſtra. Quod vero teretem habet formam illi nihil deeſt
inter ſurſum & deorſum: oblongum enim eſt. Ideo autem teres
atq; rotundus eſt. Externe ne quid labis per læuia ſi dat. Res exter
na eſt extrinſecus adueniens. Labes dicitur vitium quod in dete
riorem cōditionem nos cogit dilabi. Honeſtus autem ſermo eſt
quoties adiectiuum partitionem ſonat: ponatur potius in neu
tro genere & ſubſtantiuum in genitiuo q; ambo in eodem caſu:
vt libentius dixero aliquid vini q; aliquod vinum: ſic hic ne qd
externæ labis q; ne qua externa labes. Læuia vt iā dixi polita ſūt
& nō aſpera: qualia oīa molliter tāgi poſſunt: vt læuis facies q;
barba no uveſtit. Si ergo ſapiens habet inſtar mūdi neceſſe eſt vt
ſit læuis. Quia vt docet Philoſoph⁹ ſi vltimi mobilis cōnexū ſit
rugoſum

... rugosum: asperum aut angulosum: necesse esset vt extra ipm esset locus in quem sese reciperent anguli extantes: dũ ipsum mouetur quod maxime inficias it. Si vero læuis sit hoc est nihil extã habens: tñ non satis est ne quid per læuia sidat: qñ possit esse rimosus aut fistulosus: atq; ita fatiscẽs rimis externam labem accipere. Quocirca dicetur paulopost sit solidum quodcũq; subest ... Sidat. Sidere proprie est descẽdere ad capiendam sedem & in ea requiem: vnde aues dum repositorium captant sidere dicunt: vnde in. vj. æneí. Gemina super arbore sidunt. Item profugi in quas terras migrant considere dicuntur: vt. j. æneí. Vultis & his mecum pariter considere regnis. Præterea feces & limus sidere siue subsidere dicuntur dum ad ima descendunt fundoq; incubãt. Proprie ergo: & affectare & omnia dicta, dum labem sidere teſta tur: quasi admoneat tametsi sordes leniter subsidant: difficulter tñ expurgari posset. Habet vt monet Valleñ. hoc verbum in præterito sedi, sicut sedeo tametsi creditum est carere præterito. Hæc aũt oĩa quæ maro de viro bono & sapiente dicit. Horatius in sermonibus habet vbi inquit sic. Quisnam igitur liber: sapiens sibi qui imperiosus. Quem neq; pauperies: neq; mors: neq; vincula terrent. Responsare cupidinibus: contemnere honores Fortis: & in seipso totus teres atq; rotundus. Externis ne quid valeat per leue morari. In quem manca ruit semper fortuna &c. Ille diem: quia virum bonum ociosum esse non decet. Virtutis enim (inqt Cicero in offi.) Laus in actione consistit. Nec virum sapientem versari in pecunia cumulanda quã (vt inquit Salu.) Nemo vnq; sapiẽs desiderauit. Et de qua Cicero. Nihil (inquit) est tam angusti animi tamq; parui ꝙ amare diuitias. Idcirco optimus poeta ostendit munus viri boni & sapientis: dicens. Ille diem &c. Similí modo Hora. sermonem & studium viri boni describit in Satyris dicens. Sermo oritur non de domibus villisve alienis. Num male necne lepos saltet: sed quod magis ad nos pertinet & nescire malum est agitamus. Vtrum ne diuitijs homines an sint virtute beati. Quidve ad amicitias: vsus rectum ne trahat nos: & quæ sit natura boni summumq; quid eius &c. Vergilius autem dicet sapientem oportere astrorum esse peritũ: nec vacat ratione: quoniam si ipsorum ignari fuerimus possent nos in laqueos illicere. Sapiens autem dominabitur astris. Dies naturalis vigintiquat-

Dies. tuor horas complectitur quibus sol duodecim signa zodiaci circũit. Initium diei: alij ab initio lucis: alij a medio lucis: alij ab ini-

... partes tio noctis: alij a medio eius faciũt. Vt enim recitat Macrobius in Saturnalib⁹. Marcus Varro in. ij. li. rerum humanarum ait. Qui ex media nocte ad ꝓximam mediam noctem nati sunt: vno die nati dicuntur. Item dicit ab occasu ad occasum solis Athenienses diem finire. Babylonios ab ortu ad ortum. Vmbros a meridie ad meridiem. Prima igitur pars diei more Romano erit statim post mediam noctem. Deinde dicitur gallicinium quo galli canunt: tum conticinium quo omnia tacent: tum diluculum quãdo lux primum a tenebris dignoscitur. Deinde aurora: quando aura incipit rubescere: tum manente id est oriente sole mane dici-

Mane. tur vel a mano qđ significat profluo & tacite diffũdo: vel a manibus: quoniam ab inferis sol manat: vel a mano nomine quod significat bonum: cui contrarium immanis crudelis & perniciosus dicitur. Consuetudinis autem erat vt matutino tempore salutarent dicerentq; mane. i. bene sit tibi: vnde mansit mane pro tẽpore illo. Paulopost dicitur prima lux sole iam lucente: tum dicitur meridies quasi medius dies. Reliquum temporis occiduum dicitur: ab occasu solis qui occidere incipit. Sole iã vicino ad occasum dicitur suprema tempestas. Vnde in. xij. tabulis solis occa-

Vesper sus suprema tempestas esto. Oriente autem vespere seu vespero (nam vtrũq; legitur & hoc vesper in tertia declinatiõe: vt hic orto a vespere: & hic vesper in secunda declinatione: vt Geor. j. De niq; quid vesper serus vehat: dicitur etiam vesperus. Item & hesperus) denominatur vespera vespere: a quo flectit vesperna ne, conuiuium qđ non nisi labẽte die inibãt prisci: vnde est. Iamq; eadẽ labẽte die cõuiuia quærit. Post vesperã est nox cõcubia: quæ nos ad cubandũ inuitat. Nouissimo est nox intẽpesta: quæ nulli agẽdo tẽpestiua est. Et hæc de partibus diei. Solet autẽ dupliciter accipi: aliqñ generaliter pro omni tempestate tam noctis ꝙ lucis neq; xxiiij. solũmodo: verũetiam quotuis horarũ: & tũc autori-

De gene bus oĩbus Seruio: Donato: Nonio: Marcello: Laurentio vallẽsi:

re dies. Peroto: &c. fœminini dũtaxat generis est. vt. v. æneí. Quã nec lõga dies pietas neq; mitigat vlla. Longa dies. i. longum tẽpus. Sic dicimus: multa dies dat magnã hoĩbus rerũ experientiam. Qñq; aũt accipitur specialiter vt qñ pro die. xxiiij. horarum: aut ꝓ tpe lucis dũtaxat sumitur: & tũc frequẽtius est generis masculini: vt latine magis dixeris die dñico: die crastino. Reperitur tñ etiã in fœminino: vnde est postera cũ primo stellas oriẽte fugarat clara dies. In plurali aũt numero volũt dũtaxat masculinũ esse: qa tũc semper specialiter accipitur: vnde signandũ est illud Tybuli. Venit post multas vna serena dies. Bene ergo hic dicit. Q; longus in masculino

genere & est ꝙ lõgus quantũ longus: ꝙ eñ tri- Qꝫ.

pliciter sumitur. Aliqñ ꝓ quantũ & id semp cũ positiuo: qđ fit qñ significamus nos admirari: vt ꝙ bonus: dei boni: plato fuit aut dubitare: vt nescio ꝙ bonus fuerit: aut interrogare: vt ꝙ bonus fuit plato: aut sciscitari: vt videro ꝙ bonus fuerit. Itẽ qñ ꝯparamus: vt tã doctus fuit Aristoteles: ꝙ Alexãder potens. Secũdo accipitur sed raro ꝓ quãto vt ꝙ magis illa fremẽs tãto magis effera flãmis: ꝙ magis. i. quãto magis. Tertio accipit̃ pro valde & id vbi assertiue sine figura loq̃mur: habetq; semp superlatiuũ: vt plato fuit ꝙ optimus. i. valde bonus. Caue dixeris in exponẽdo valde optimus: nã valde: sane, ꝓ, perq; oppido: apprime: in primis: inter primos: præter cæteros præ alijs: multũ: parũ: modicũ: minimũ & alia oĩa q̃ superlationẽ cõnotãt positiuo nõ superlatiuo quadrãt: vt ꝓ bonus nõ per optimus. Sapiẽs ergo vir cogitat diẽ ꝙ longus erit sub sydere cancri. i. in solstitio æstiuali qñ lõgissimus est. Est aũt imitatio græca. Cogitat diẽ ꝙ longus erit: græci enim sæpe anteriori verbo dant quod sequentis est: vnde Comici: scis me quid velim: pro eo quod est scis quid ego velim: & hic cogitat diẽ &c. ꝓ eo qđ est cogitat ꝙ longus dies erit. Sub syde-

re. i. in ipso sydere cancri. Sub enim vtriusq; casus præpositio est Sub.

Et vt omnes sciunt quando motum ad locum connotat accusatiuum: & quando quietem aut motum in loco sine eius mutatione importat ablatiuum desiderat. Quod pari modo verũ est de tempore quando enim significat quid vergere seu tendere in tẽpus accusatiuum requirit: vt in Geor. Sub lucem exportant calathis. i. pauloante lucem: hoc est tendente tempore ad lucẽ. & iiij. æneí. Sub noctem cura recursat. i. pauloante noctem. Quãdo vero notat quid esse vel fuisse vel futurum esse in tpe ablatiuũ habet: vt in principio Sermonum. Hora. Sub galli cantu cõsultor vbi hostia pulsat. Et hic sub sydere cancri: hoc est dum sol erit in cancro: quo tempore dies longissimus est: quia est solstitiũ æstiuale. Solstitium autem dicitur a solis statu: quod quidem dixi verum quo ad ascensum & descensum non quo ad circularem motum. In æstiuali enim solstitio eo altitudinis peruenit quo altius venire non potest: & in hyemali quæ bruma dicitur tantum descendit: vt nõ sit quo amplius seruato suo motu descendat. Quãtaq; nox tropico se porrigit ĩ capricorno: vide Calderinum porrigit id est extendit: componitur enim a porro & rego: tunc eñ nox maxime porrigitur: hanc rem sic primo æneí. consequitur. Quid tantum oceano properent se tingere soles Hyberni: vel q̃

tardis mora noctibus obstet. Cogitat frequentatiuum est a cogo Cogito.

quod componitur a co & ago: & est cogere in vnum locum compellere: vt Tityre coge pecus: inde sumitur cogitare: qđ est omnes ingenij intelligentiæq; vires in vnum compellere: ad ꝙuis rem intelligendam. Cogitat ergo vir sapiens: quippe qui externis rebus occupatus non est. Et iusto trutine se examine pensat. Hoc est (meo quidem iudicio.) Postq; astrorũ concitationes exceperit: videbit quo ab illis magis trahatur fortemq; se illorum violentiæ obijciet: ita vt in neutram partem flectatur sed lances

ipsius trutinæ æqualiter sese habeant. Trutina est qua res pensi- Trutiña.

tantur & trutinantur. vocaturq; alio nomine statera. Examen est Examẽ.

illud quo examinatur: id est exquiritur rerum positarum in lancibus pondus. Est etiam fœtus apum eductarum: vt Iuuenalis. Examenq; apium longa consederit vua. Pensat frequentatiuum est a pẽdo. Et quia ante pecuniam signatam olim omnis solutio

fiebat pendendo: pendere accipitur pro satisfacere. Quia vero pẽ- Pẽdo.

dendo pondus vt valor rerum discernitur. Pensitare accipitur ꝓ æstimare. Vnde transsumitur ad significandum explorare & de homine inerti dicimus ꝙ nihil pensi id est firmi: rati & explorati habeat. Nunquid hiet &c. Ostẽdit causam quare vir bonus se pensat simulq; ostẽdit fidelitatem trutinæ. Potest enim dari globus auri aut argenti qui teres sit atq; rotundus. & tamen externã labem admittat: si intus inanis & concauus sit quam rem nõ videndo non tangendo. sed pẽsitando deprehẽdis. Non ergo satis est vt vir sapiẽs foris hoc est in oculis hominum plenus sit: & cõtentus suis opibus. Verum oportet vt intus quoq;. Hoc est in iudicio conscientiæ suæ totus plenus & solidus sit. Pensat ergo se. Ne quid hiet id est ne aliqua fissura aut rima seu concauitas sit alterius rei capax. Præterea vt de primo mobili diximus: necesse est nullus sit angulus in viro sapiẽte: quia si fuerit angulus: hoc est q̃uis pars eleuata eminens atq; extans: necesse est vt inane sit: qa sicut mons non apparet si non esset vallis sic nec angulorũ asperitas nisi assit pars depressior dicit ergo. Ne quis angulus perturbet se: qbus verbis excludit inanitatem externam: sicut superioribus internam. Aequis partibus vt coeat: alia via idem ostẽdit. Potest enim fieri vt aliquod corpus plenum sit neq; angulosum sed ex vna parte maius ꝙ alia vt videre est in ouo: & tale facile externum in partem minorem admittit: ideoq; dicit: vt coeat: id est cõsolidetur equis id est æqualibus partibus. Nil vt deliret

amussis. Amussus vt notat Calderi. est norma seu regula qua fa- Amussis

bri in

Sancta probis pax est: irasci desine victus
Nullus vbiq; potest fœlici ludere dextra
Initio furiis ego sum tribus addita quarta.
Plecte truces animos: vt vere ludere possis
Ponas mature bellum præcor: iraq; cesset.

☞ tie molles. Hæc ille. Quoniã
igitur inquã tã nociua auaricia
Romano imperio fuit. Nihil di
rius Romani poetę (q semper rei
publice ꝓdesse studuerunt) exe-
crati sunt. Hinc illa exclamatio
in .iij. ęnei. Quid nõ mortalia pe
ctora cogis Auri sacra fames. Hic
in sexto apud tartarũ dãnatos di
cit. Aut q diuitijs soli incubuere repertis. Nec partẽ posuere suis:
quæ maxima turba est. Et paulopost de ijs qui auro iustitiã pol-
luerunt Discite iustitiã moniti & nõ tẽnere diuos Vẽdidit hic au
ro patriã dominũq; potentem Imposuit: fixit leges ꝑcio atq; refi
xit. Hinc tota Horatij excandescentia qui vbicũq; põt in auaritiã
insurgit. atq; insanissimos auaros esse docet. & plurime purgatio
nis (quã per helleborꝫ intelligit cuius copia in anticyra ꝓuenit)
indigere. Vñ ait in sermonibus noie stoicorꝫ. Dãda est hellebori
multo pars maxima auaris. Nescio an anticyram ratio illis desti
net oẽm. hoc est nescio an auaris oĩ helleboro opus sit vt purgen
tur. omnis eñ peccati spẽs ex mala cupiditate (q̃ auaricia gñali-
ter dici põt) nascit̃. Sunt autẽ tria huius pestis ꝑcipua capita. Aut
enim mala cupidine ductus per phas & nephas acquirit: & ꝓprie
Auarus. dicitur auarus ab auendo .i. cupiendo. vnde & auidus dicit̃. Aut
res vtcũq; acquisitas illiberaliter amat semper secũ seruat & dicit̃
Sordid9. tenax. Aut nulli vsui expendit. & dicitur proprie sordidus sicut
Lautus. contra qui nitidũ rerum suarꝫ vsum habẽt Lautos vocamus. Vñ
Iuuenalis. Atticus eximie sic cenat lautus habetur. Habet aũt aua
rus hoc dementie: ꝙ vt dicitur in primo Sermonũ Hora. semper
inuidia cruciatur. Vñ ait. Quodq; aliena capella gerat distincti9
vber Tabescat habet & illud. ꝙ rebus partis nescit vti. Vñ idem
ibidẽ: Congestis vndiq; saccis Indormis inhyans & tanq̃ parce-
re sacris Cogeris. Adde ꝙ auaricie vitium tanto plus virium ha-
bet quãto nos imbeciliores efficimur. Est eñ senibus cõmune vi
tium ꝙ (vt inquit comicus) oẽs ad rẽ auidiores sunt. Hinc illud
Horatij in de arte poetica. Multa senem circũueniunt incommo-
da vel ꝙ Querit & inuentis miser abstinet & timet vti &c. habet
& hoc mali ꝙ cætera vitia multo vsu displicent. qualis superbia
exterior. qualis luxuries. & reliquę pestes. Auaritia vero nec co-
pia nec inopia minuitur. Vnde Iuuenalis. Crescit amor nummi
q̃tum ipsa pecunia crescit. Est ad hoc execrabile malum ꝙ cętera
vitia quandam apparentem dulcedinem insipientibus pariunt.
Auaris vero tanto minus quietis aut dulcis fruitionis quãto ma
gis rerum. vt enim inquit Seneca. Tã deest auaro quod habet q̃
quod non habet. Est ad summum auarus odiosus oĩbus: nemini
amicus. non deo: non sibi: non proximo. Non sibi quia parcit &
inuentis miser abstinet. Vnde in sermonibus de homine auaro.
Vix credere possis q̃ sibi nõ sit amicus. Nõ deo. Vñ est in eisdem
sermoni. dijs inimice senex custodis ne tibi desit. Non deniq; pro
ximis quia multa si potest congerit. nec vlli impartit̃ quicq̃. Qñ
igitur tm̃ est auaritie malum vt quod misericordie maxime offi
cit. seuerissime a poeta nostro nũc improbatur. Dices forte nihil
video seueritatis. Nempe hoc est maximum. ꝙ ita auaritiã dam-
nat. vt ne vitam nostram polluat: etiam a ludo: qui recreãdi ani-
mi gratia fieri solet. nobis abstinendum dicat. Vtitur ergo argu-
mento a verisimiliori. Nam si ne ludere quidem lucri causa pos-
sumus. certum est a malis quæstibus abstinendum esse.

Idem. SPerne lucrum. non dicit Sperne ludum quoniam nec versus
id pateretur nec sententia. non versus quia ludus primã lon-
gam habet. Non sententia. quia interdum ludendum est. Nã
& sacri ludi sunt vt Apollinares. Loquitur tamẽ de ludo alee aut
Vexo. pile aut alterius rei vnde lucellum exquiritur. Vexat mentes ve
sana libido. Vexare verbum est magne violentie vt docet Au-
lus Gellius. Est eñ frequentatiuum a veho: sed qui vehitur alte-
rius viribus impellitur. Qui vero vexatur nunc huc nunc illuc
agitatur. Quando enim quis per idem spacium sæpe violẽter ra-
pitur atq; retrahitur tunc proprie non vehitur quod semel fit sed
vexatur. Vesana ergo libido vexat mentes. hoc est impotentes vi
rium agitat & cogit sub alio sole q̃rere merces. Hinc plurimi poe
tarum loci. Horatius in primo carminum. Nequicq; deus absci-
dit prudens oceano dissociabili Terras: si tamen impie Nõ tan-
Ve. genda rates transiliunt vada. Et multis alijs in locis. Vesana. Ve
particula aliquando auget. vt vehemens. aliquando minuit. vt
vestibulum: aliquando contrarium inducit: vt vecors sine cor-
de & animo virili. vel certe praui cordis. sic vesanus malesanus.
Libido. Libido vt plurimum in malam partẽ accipitur. semel apud Sal-
lustiũ in bonam. refertur autem ad ambitionem vt est libido do
minandi. & ad concupiscentiam. vt est libido carnis. item ad
quamuis malam cupiditatem. vnde nonnulli codices habent
hoc loco vexat mentes vesana cupido. Fraude carete graues: igna
Tria tri- ri credite doctus. Tribus vite nostre partibus poeta consulit pri-
me quæ

☞ me quæ iniens ætas dicitur
cũ ait Ignari credite doctus. Me
die cum dixerat. sperne lucrum.
ea enim ætate ludis incũbunt.
supreme autem dicens. Fraude
carete graues. Et sunt sane salu-
bria precepta. Quid & enim ado
lescentibus salubri9 q̃ vt discãt
Oportet autem (inquit philoso-
phus) discentem credere: Neq; tñ vult: vt nimium creduli simus
sed vt doctis & expertis dumtaxat fidem habeamus: que res si na-
te seruetur nihil in republi. vtilius contigeret. Quot & eñ igna
ri sumus, quoniã ab ignaris & indoctis doceri sperabam9. & mi
seri nostri parentes: si doctos præceptores nobis comparassent
non nequitie: sed litteris nunc incumberemus. Quid item ado-
lescentie & virili etati decentius conueniret: q̃ vt ludo & libidi
ne abstineamus? Quid deniq; Senecte nostre iucundius aut pul
chrius contingat: q̃ vt fides nobis habeatur quod nõ dubie fiat
si fraude vacaremus: Inquit ergo bene: fraude carete graues hoc
est maturi eui. Inari credite doctus. de hac re sic Cicero vbi adole-
scentiæ officia præscribit. Est igitur adolescentis maiores natu
vereri: ex hisq; eligere optimos & probatissimos quorum consi
lio atq; auctoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis inscitia senum
constituenda & regenda prudentia est. Maxime autem hæc ætas
libidinibus arçenda est: exercendaq; in labore patientiaq; & ani
mi & corporis: vt eorum & imbecillis: & ciuilib9 officijs vigeat
industria. Atq; etiam cum relaxare animos & dare se iucunditati
volent: caueãt intemperantiam meminerint verecundie: quod
erit facilius si eiusmodi quoq; rebus: maiores natu interesse ve-
lint. Hæc ille. Et si vt sequenti capite docet: senũ interest: vt ami
cos: & iuuentutem & maxime rempublicam consilio & pruden
tia q̃plurimum adiuuent &c. ante omnia opus est vt sine frau-
de inueniantur. nam vt iam dixi nihil profecerimus docendo. si
doctrine nr̃e ꝓpter fraudem in nobis compertã fides desit. quid
enim profuit cassandre prognosticon de qua sic Vergilius. Tũc
etiam fatis aperit cassandra futuris. Ora dei iussu non vnq̃ credi
ta teucris. Lusuri &c. Ordo est lusuri: quod est quicunq; ludere
parant. debẽt ponere nummos: quoq;. id est etiam animos. hoc
est tametsi amiserint nummos: non tamen irascentur. Irasci me-
mini victos. gerit præceptoris partes. Quocirca vult sibi creda-
tur tanq̃ experto. memini inquit. hoc est memoria complector
ex ijs que vidi victor irasci. Placet optime frater &c. Facete lo-
quitur. solent enim qui moralia præcipiũt ad liberos suos vt po
te ad charissima pignora scribere. sic Marcus Cicero ad Marcum
filium officia scribit: & opus illud morale. Cum animaduerterẽ
etiam ad filium destinatur. debent enim præceptores vt memi-
nit Iuuenalis haberi parentis loco: sed Vergilius modestie gra-
tia optime frater dixit: quomodo & apostoli nostri ad suos scri-
pserunt. Dicitur autem frater quasi fere alter. Ludant secure: Hu-
ius sensum potes dicere a contrario sensu eliciendum esse. vt Sit
quia nulli semꝑ satis ęris in arca est. Nulli ludãt. vel ĩtelliges sim
pliciter sic. Ludant prædiuites si qui sensum & thesaurum exhau
stum habent. Tu vero optime frater. hoc est qui meæ conditio-
nis ęs a ludo abstineas. Aes æris species metalli est: sed pro pecu-
nia accipitur: nam primi nummi ærei non aurei aut argẽtei fue
re. Ouid. de fastis Aera dabant olim melius nunc omen in auro
est. Victaq; concessit prisca moneta nouæ. Hinc pecuniam debi
tam æs alienum dicimus. Et ærarium repositorium publicæ pe
cuniæ. Seruius Tullus primus fertur æs signasse. nam antea ru-
di vtebantur. Signatumq; aiunt nota pecudum: vnde pecu-
nia dicta. Nam argenteus nummus primum signatus est anno
vrbis. CCCCCLXXXVI. Deinde. lxij. ãno signatus est aureus
Alij aliam appellande pecuniæ rationẽ dant. Dicũt olim omne
commercium fuisse in commutandis pecudibus in quibus præ
cipuas diuitias sitas putabant quod vbiære & auro argentoq;
fieri cepit pecunia (ꝙ in pecudum locum successit) appellata est.
Sunt qui dicant extare nummos ęreos signatos sub Iano antiq-
simo Italiæ rege quorum alterius partis nota est nauis qua sa-
turnus in italiam vectus erat. Alterius Ianus biceps: propter re-
rum experientiam & prudentiam. Certum autem est ęs accipi so
litum pro pecunia. Vnde in bucolicis. Non vnq̃ grauis ære do
mum mihi dextra redibat Arca dicitur ab arcendo ꝙ arceat ho-
mines a rebus quas arcanas: id est secretas & occultas esse volu-
mus. Si quis habet nũmos &c. Conformiter ad priorem senten-
tiam qua diximus: nullis ludendum quia nullis es semper in ar-
ca est. Nam si quis habet nummos veniens exibit inanis. Inanis
dicimus cui pecunia non est propter inanem crumenam. sic ...
culos erarios inanes. vnde & vacuus dicitur. Iuuenalis Cantabit
vacuus coram latrone viator: Nummos a numeris dictos ...
inuento enim nummo hoc est signato ære: orta est numeratio in
☞ fauti a ...

satisfactione. Antea enim era pendebantur. Vnde hodie pendere satisfacere significat vt sexto enei. Tum pendere penas Cecrôpidae iussi. hinc etiam est ꝙ hodie quoq; talentum auri. librā & argenti dicimus: tametsi non pondere: sed numero satisfacimus. Lusori cupido &c. Causa est ꝙ cecus cupidine lucri: ludendi peritiam non habet. Exitus grauis. At qui dictum est eximi manis. Sed dic grauis .i. molestus & tristis: vt apud Iuuena. Quo tōdēte grauis iuueni mihi barba cadebat. nō em̄ iuuenibꝰ grauis .i. ponderosa barba est. sed molesta. Exitꝰ ē finis vt, Exitus acta probat: & secūdo enei. Hæc finis fatorum. hic exitus: sed pulcherrime hic ponit: alludit em̄ ad exitū lusoris a taberna lusoria.

Sancta probis pax est. Hactenus auaritiam criminatus est. nunc pulchro moderamine iram retinendam Docet. Et verum plena laus contrariorum vituperationem habet: ita & vera vituperatio vnius contrariorꝝ laude cumulatur. Cōmēdat igitur pacem. Quam christiano viro author & saluator humani generis satis commendatam fecit: quando eam vt rem praeciosissimam charissimis legauit. Omnibus vero mortalibus per se laudata esse poterit quando & fere in suo genere eam seruent. Nam de publica pace quid boni habet, non dicto opus est videntibꝰ quod & quanta sint belli mala. Quod vero Iuuenalis ait. Nunc patimur longe pacis mala non pacem criminatur: sed ocium & desidiam quam ingrati ignauiq; animi subiere. dicit ergo Sancta probis pax est. Quorum verborum ordo est. Pax sancta. id est inuiolabilis est probi. id est probi habent pacem quæ sancta est. vel sic Pax est ꝓbis sancta. id est pax est habita & estimata sancta a probis: vel sic Pax est sancta. id est sancita & introducta a ꝓbis. Vnde est illud Horatianum in arte. Syluestres homines sacer interpresq; deorum Cedibus & victu fedo deterruit orpheus &c. Vtrumutrum autem dicatur sensus erit ꝙ magne probitatis indicium est seruare pacem. Nihil enim moribus honestis tam obest ꝙ lites & iurgia: vnde notum verbum poetæ. Lis est de paupere regno. Sanctum dici volunt de quo sancitum est pœna sanguinis ne quis violet vnde sancta sepulchra. sancta menia rome &c. Irasci desine victus. Vide ꝙ moderate præcipiat. Quia enim ira, quæ subita sanguinis inflammatiōe circa cor nascitur in nostra potestate non est. Nec omnis ira mala est. vt enim docent peripatetici ira multum ad fortitudinē facit. & in diuinis eloquijs dicitur. Irascimini & nolite peccare. Idcirco poeta non dicit noli irasci: sed irasci desine victus. & paulo post dicet iraq; cesset: Iram quando importat primum animi motum in nostra potestate nō esse docet Flaccus in sermonibus dicens. Deniq; quatinus excidit penitus vitium ire. Cetera item nequeunt stultis herentia &c. Et propterea idem in epistolis non vult iram omnino expelli: sed contineri: vbi inquit qui non moderabitur ire Infectum volet esse dolor quod suaserit. & mens Dum penas odio per vim festinat inulto. Ira furor breuis est. animum rege: qui nisi paret. Imperat. hunc frenis hunc tu compesce catena. Nullus vbi ꝙ potest fœlici ludere dextra. Prouerbium est quod in re communi multum gratie habet. Solent autem tali deuerbio qui victi sunt se consolari Nihil est ex omni parte beatum. cōmune em̄ malum tolerabilius est. Initio furijs &c. Ordo satis obscurus est ego ira sum addita quarta furia furijs initio tribus. id est quæ ab initio non nisi tres erant. Sunt tamen qui sic legant. Initio furijs ira est tribus addita quarta: & sic ordo facilis est: & meo iudicio magis quadrans. Furię apud inferos tres dicuntur. Alecto: megera: & Tisiphone quas acherontis filias esse dicunt ex nocte. nec ab re. Acheron enim interpretatur absq; leticia nam a priuatiua est particula. & χαρα dicitur leticia. & nox est cecitas quedam & priuatio luminis. quando ergo mens nostra tristitia afficitur ob iniuriam illatam nec habet lumen rationis quo refrenetur statim in furorem rapitur. Itaq; ira potest esse quarta furiarū. Quia ira furor breuis. Aesiodus in theogonia aliud dicit: sed non omnia referre in vnum locum possumus. Hoc tamen non prætereibo poetas solere: ad notum rerum numerum adijciendum aliqd esse attestari. Sic quia duo Catones insigni virtute fuerunt Iuuenalis allusit: habeat nunc iam Roma pudorem. Tertius e cœlo cecidit Cato. Sic horatius ad septem sapientes in græcia nobilissimos respiciens inquit in sermonibus Hęc mihi Sertinius sapiētum octauus amico Arma dedit. Sic sapho decima pieridum dicta est: Sic & hic ira quarta furiarum nuncupatur. Plecte truces animos vt vere ludere possis. Qui & enim spe lucri rapitur non ludos sed solicita feria ducit. Plecte ergo hoc est rigide flecte & castiga truces. id est feroces & truculentos animos. Plectere est affi cere tormentis vt in epistolis Horatij. Quicquid delirant reges plectūtur achiui. Ponas mature bellum præcor: Ponas. id est depones mature. id est tempestiue. Nam id maturum dicitur quod neq; serius: neq; citius solis beneficio decoctum est. Inuitat ergo ad temperantiam. Nam certum est lusorem vbi amiserit quouis modo irasci. Vnde Horatius in epistolis. Ludus enim genuit trepidum certamen & iram. Ira truces inimicitias & funebre bellū. Iraq; cesset: quia vt dixi fieri non potest: vt vir acer & strenuus omnino ira vacet: id em̄ imbecillis animi est. idcirco dicit cesset ira. id est placetur tēpestiue.



P. Vergi. de Liuore seu Inuidia carmen Hendecasyllabum.



Liuor tabificū malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas
Et totū bibit artubus cruorem
Qđ quisq; furit: inuidetq; sorti
(Vt debet) sibi pœna semper ipse est.
Testatur gemitu graues dolores:
Suspirat: gemit: incutitq; dentes:
Sudatq; figidus intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum:
Pallor terribilis genas colorat:

ASCENSIVS.

Liuor tabificum &c. mōstratum est auaritiam & iram infestissima esse vitia auaritiam quidem reipublice. Iram vero proximis. Auarus siquidem omnia venalia habet vt pecuniam accumulet iracundus quo tempore ira parcitus est sanguinis & vindicte sitiens debacchatur: nihilq; tam exoptat ꝗ quo inimicum vlciscatur. Nunc autem poeta noster ingeniosissimus ostendit inuidiam ꝑniciosissimam esse illi cui inest. Efficit enim ipsum Liuidum. Tabidū Macilentum: atq; omnis letitiæ & boni expertē. Vnde Horatius in epistolis. Inuidus alterius rebus macrescit opimis. Inuidia siculi non inuenere tyranni. Maiꝰ tormentum &c. Neq; vsq; adeo mirum est hanc tā dirā esse pestē Nam si vti quisq; summam charitatem habet: ita perfectissimus est: cōsequit̄: vt qui maxima inuidia laboret infelicissimus sit. Nihil enim vsq; adeo fraterne charitati atq; inuidia officit. nā inuidus is demum dicit̄: qui nō pōt bonis oculis videre salutem alterius quam optimus quisq; non minus ac suam desiderat. Possumus ergo miseros despicere hoc est nolle aspicere ex cōtemptu sed fœlicibꝰ dūtaxat inuidemus. vnde Martialis. Omnibus inuideas. Liuide nemo tibi hoc & enim pacto omnes præter Liuidum fœlices forent. qui certe fœlicitate indignꝰ est quo circa dici solet nihil iustius esse inuidia. Notus etiam est author: q inuidos omnibus in locis habere oculum desiderauit. Credo equidem vt tantis hominum bonis cruciatus aliquando (siquidem fieri posset) ipsum sui miserescat Pestiferam autem inuidi mentē pulcherrime aperit. Aesopꝰ phrygius ille fabulator ingeniosissimus in apologo in quo ostēdit Auaro atq; inuido oblatā a deo conditionem: vt quamcunq; rē peterent eam impetratam abducerent. Cum igitur inuido vt peteret iussit auarus. ille renuit timens auarum posse aliquid accumulatius petiturum esse. Iussus autem auarus postulare. non immemor sui. nec a natura discedens: petijt vt quācunq; rem inuidus exoraret: eam geminatam haberet. Quod cum inuidus audiret: tabescēs ꝙ illi cumulatius & geminū bonū foret: oculum sibi erui petijt. quo alteri vterq; occecaretur. Itaq; inuidus non tā sibi prodesse ꝗ alteri nocere conatur. Veruntamen vt plurimū auaritia inuidiam generat. non semper aūt. Nā nōnūq; alteri inuidemus. qđ nos ipsi habere noluerimus. Sed de hac nihil pulchrius ꝗ poeta adduci pōt quo

circa ad

Infœlix macies renudat ossa.
Non lux:non cibus est suauis illi:
Non potus iuuat:aut sapor lyæi:
Nec si pocula Iuppiter propinet:
Atq; hæc porrigat & ministret Hebe:
Aut tradat Ganymedes ipse nectar.
Non somnum capit aut quiescit vnꝗ
Torquet viscera carnifex cruentus
Vesanos tacitus mouet furores:
Intentans animo faces erinnis
Est talis Tityiq; vultur intus
Qui semper lacerat iecur comesti.
Viuit pectore sub dolente vulnus
Quod chironia nec manus leuaret
Nec phœbus:sobolesue clara phœbi.

circa ad ipsum accedam⁹. Liuor tabificū &c. Carmen hoc en decasyllabon .i. vndecim syllabarū: constat spōdeo: dactylo: & tribus trocheis q̄uis in vltimo loco ꝓpterea ꝙ vltima syllaba indifferēs est. etiā spōdeus ponatur. Prim⁹ v̄sus sic metit̄. Liuor. sponde⁹ tabifi. dactylus. cū ma. trocheus. lis ve trocheus. nenū. trocheus. Pari modo & reliqua scādens. Liuor existēs tabificū. i. gn̄atiuū tabis venenū vorat deuorat abglutit medullas ītactis i. nō tactis ossibus.

Liuor. Liuor est macula subnigra q̄ ex cōtractu & cūpressu corpoꝝ īducit̄. Iuue. Vua q; cōspecta liuorē ducit ab vua. Tibullus. Tum succos herbasq; dedi quis liuor abiret. Quē facit īpresso mutua dente venus. Et qm̄ inuidia similē maculā gn̄at & obscenum aspectum efficit: a multis liuor vocat̄ vt hic. Nā sicut

Cādidus candidus dicit̄: q om̄ia bono oculo aspicit nulliq; inuidet aut detrahit: sic e contrario Liuidus dicitur qui vbi alterius dexteritatem videt lenta tabe medullit⁹ exedit̄. & exhausto: q in candido homine est naturali succo totus liuescit. Vnde vocat liuorē tabificum venenum. Venenum enim dicitur ꝙ veniat. i. fluat per venas & medullas.

Tabes Tabes autem dicitur sanguis exudante puriore succo corruptus. talem autem liuor generat. vnde dicit̄ tabificum venenum. Additur autem notanter malis: nō tam ꝙ præcipue mali sunt qui alterius bona videre non possunt. q̄ ꝙ hoc venenum malis hoc est inuidis duntaxat nociuum est. Nā luxuria luxurioso delectationē affert. & colluxurioso labem. Superbia miseris quos fastidim⁹ molesta est auaritia oībus odiosa: ira offendenti damnosa gula heredib⁹ iniq̄. Accidia q̄uis desidibus dulcis: bonis tn̄ operationibus: quas aut deo aut sanctis: aut parentibus. aut liberis. aut patrie. aut reipu. debemus summopere nociua est. Inuidia vero inuidum duntaxat cruciat. nā inuisus semper beatus est: aut talis iudicatur. quia ergo inuidia exedit inuidum bene dixit tabificum malis: neq; vero erit tam ineptus interpres: qui dicat tabificū. i. tabē faciēs malis. i. maxillis tametsi liuor edax dicat̄. quia oportet vt prior syllaba breuis sit quæ in dictione malis semper nisi adiectiuum fuerit producitur. Nec obijciendum est ꝙ inuidus alijs sæpe molestus est. qm̄ sibi dumtaxat per īuidiam nocet: alijs vero quia præter inuidiā alia q̄q; peccata habet: sunt em̄ multa familiaritate deuincta inter se. Et totum bibit artubus cruorem. Ex hac aūt re vt dixi fit liuor. Quod quisq; furit &c. ratio est quare cruorem ebibat. Qd' i. quia quisq;. i. quicunq; furit. i. insanit & irascitur & inuidet sorti alterius ipse est semper sibi pœna. Hoc est seipsum crucians: vt debet quia dicitur Iustius inuidia nihil. est quæ crimine non

Sors. dū perfecto authorem cruciat ꝓprio ense reflexo. Sors dicitur qcquid sortimur. i. accipimus ab aliquo vt illi fenus faciamus. Dicunt autem Iouem vnicuiq; nascenti dare partem boni & partē mali: illud ergo quod a deo accepim⁹ vt bene operemur sors dicitur. Illud etiā quod a fortuna nobis obijcitur. sors dr̄. vnde Hora. in principio sermo. Qui fit mœcenas vt nemo quā sibi sortē: seu ratio dederit seu sors obiecerit: illa contentus viuat. Dicitur præterea sors pecunie illa quam vsurarius fenerat hoc est fenori

Fenus. dat qd' a iurisperitis capitale dicit̄. Fenus aūt est lucrum qd' præter sortem rei redditur. Deniq; quicquid sortimur. i. quadā sorte obtinemus id sors dicitur. Sudat frigidus. pulchra compositio qua ostendit sudorem non esse naturalem. qualis est qui ex vehementi calore apertis poris generat̄. Intuens quod odit.

Odit. Odit p̄ntis temporis significationem habet p̄teriti tn̄ est secundum declinationem. Nā odio (licet semel in de oratore apud Ciceronē odias legeris) rarissimum inuentu est. & si inueniatur corripere primam sicut odium nomen. hic autem longa debet esse prior syllaba: quanta est in præterito bisyllabo paucis demptis. Effundit mala lingua virus atru. mala lingua nominatiui sunt suppositales illi verbo effundit. nam si legas liuor effundit mala līgua id est per malam linguam. vt septimi casus sint versus nō staret.

Virus Virus venenum nunc tantum tres casus habet olim etiam viri in genitiuo repertum est. Pallor terribilis: hoc est obscenus aspe

Gene. ctu. Genas colorat. Gene sunt quasi vestes quibus oculus tegit̄ cum conniuit. id est aperitur. & clauditur: quæ vt dicit Ply. olim cilia dicebantur: Pulchrum ergo est ꝙ inuidus in ea parte liue-

scit qua

scit q̄ peccat. infœlix macies renudat ossa: signate dicit̄ infœlix macies qa pōt eē fœlix. vt ē q̄ maturo consilio per abstinentiā & ieiuniū contraximus ꝓ salute animæ aut corpis. vtraq; em̄ offi cit crapula. Renudat hoc est aperit & ostentat ossa exhausto sanguine: cōsumptis carnib⁹ & eua porato succo naturali. Non lux &c. Nihil est sanis iucundius luce. vnde de Didone insaniēte ex amore dicit̄. lucemq; refugit. qd vicine mortis indicium est. Nō cibus est suauis illi. Exhausto ei sanguine. iminuta est virtus degestiua: q̄ sine nullus cibus suauis est. vt patet in egrotis: suauis hic trisyllabum est. Non pot⁹ iuuat qui alias curas expellit. vn̄ ē assit leticie bacch⁹ dator. Nec sapor lyei. i. bacchi q lye⁹ dicitur eo ꝙ soluit hominē curis λυω ei est soluo vn̄ mirandū est: ꝙ qui nos liberos & solutos omnibus curis reddere solet non iuuet inuidum: mirabilius ꝙ nec sopor ipse iucundus sit. Mirabili⁹ multo ꝙ potus suauissimus non iuuet etiam si pocula Iuppiter ipse ꝓpinet abs quo quia hospitalitatis deus est tute sumi possent. Maxime autem mirandum est ꝙ nec hebe deorum pincerna & iuuenum dea. nec ganymedes oīum mortalium pulcherrimus puer. non posset tā delicate pocula dulcia a Ioue ꝓpinata ministrare vt inuidum iuuent.

Hebe Note sunt fabule. hebe filia iunonis pincerna deoꝝ est: quæ dū incautior pocula ministraret & casu pudenda renudauit: ob quam rem iratus Iuppiter Ganymedem pulcherrimū puerū Trois phrygū regis filiū dū in Ida sylua venerat̄ rapuit. raptūq; in hebes locum suffecit. Vn̄ est illud. j. enei. Et rapti ganymedis honores. Quantū aūt ad gratiam poculorū faciant m̄ūdicie pincernaꝝ ostēdit Iuuena. vbi de misera clientum cenula conquerit̄ dicens: tibi pocula cursor. Getulus dabit aut nigri manus ossea mauri. & paulopost de rege cōuiui. Flos asie ante ipsum præcio maiore parat⁹. Quā fuit & Tulli census pugnacis & Anci.

Nec Nectar est potus deorum sicut ambrosia dapes significat ipsorum. Neq; vero dicitur a nectando: volunt ei dictum nectar ꝙ linguam nectat. grecum enim est Τουεκταρ του νεκταρεος &c. Non somnum capit. Quod tamen munus deoꝝ est: vt. ij. enei. Tempus erat quo prima quies mortalibus egris. Incipit: & dono diuum gratissima serpit Aut quiescit vnꝗ. Plus est non quiescere q̄ non capere somnum quia sæpe animi quietem capimus: nec tamen dormimus. Vnde de didone infeliciter amante. At non infœlix animi phenissa nec vnq; Soluit̄ in somnos oculis ve aut pectore noctem Accipit. Quare vero non gescat inuidus est qa Torquet viscera carnifex cruentus. Liuor cruētus. i. plen⁹ cruoris torquet viscera: & io est carnifex.

Vis Viscus eris secundū Seruiū significat omnē carnē intra pellem contentā. Viscum autem secunde declinationis significat illud quo aues viscantur gluten. Sunt qui in singulari solum ablatiuum viscere vsitatum dicant. Donatus super illud in Andria Vix sum apud me: ita animus commotus est: metu spe gaudio. Duo inquit carnifices futurarum rerum sunt spes & metus &c. quibus verbis accipit carnifices sicut nunc Vergi. Vesanos tacitus &c. hoc em̄ differt liuor ab ira: ꝙ ille tacitus ad præcodia incubat. ira vero manifeste in offensorem insurgit.

Tac Tacitus vtroq; modo accipitur vt docet Valla. Nunc actiue vt si velis hic. liuor tacitus id est tacens mouet vesanos furores. quia in liuidum debacchatur quē dilacerat. Nūc passiue vt apud Senecam. Quod tacitum esse vis nemini dixeris: & apud sextum enei. Quis te magne Cato tacitū aut te Cosse reliquat: sic pōt h̄ accipi. liuor tacit⁹. i. occultat⁹ & cōditus intra viscera liuidi mouet vesanos furores: quasi diceret intestinos. Intentās animo &c. Interpretatur quos furores moueat est inquit intentans. id est intensiores faciens vel augmentans animo faces. id est flammas erynnis. id est cōtētiosi furoris eris enim contentio dicitur. Est talis. id est ordo est. quia & talis vultur est intus. id est intra viscera Inuidi. qui. id est qualis lacerat semper iecur tityi comesti. i. exesi quo ad iecoris fibras vt sit totum pro parte vel leges comestum.


Tit De Tityo sic. sexto enei. Nec non & tityon terræ omni parentis alumnum. Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus. Porrigitur rostroq; immanis vultur adunco Immortale iecur tundens: fœcundaq; penis Viscera rimaturq; epulis: habitatq; sub alto Pectore: nec fibris requies

datur

datur vlla requies &c. Intelligitur autem per Tityum luxuriosus. Amauit enim latonā apollinis & Dianę matrē: ob quā confixus iaculis phœbi damnatus est apud inferos ea pena vt viscera eius vultur immanis exedat q̃ tametsi continue absumuntur nunq̃ tamen deficiunt quia semper renascuntur. Quod ideo fingitur: quoniam credunt morientium animas eo affectione eoq̃ mentis habitu permansuras qua corpora linquunt. Vnde de amantibus in eodē sexto Curæ non ipsa in morte relinquūt Et paulopost de aliis studiis. Quæ gratia curruum. Armorumq̃ fuit viuis: quæ cura nitentes Pascere equos: eadem sequitur tellure repostos. Quia itaq̃ amantes nimiis curis agitantur in vita bene fingitur Tityus quem Horatius incontinentem appellat: perpetuis griphibus seu vulturibus exedi. Simili autem modo tantisper dum viuit inuidus torquet: quasi dicat ipsum hic infernales penas luere. Et non longe abest. nam sicut in inferno semper cruciantur: neq̃ tamen culpa purgat aut offensio remittitur sic inuidus continua pœna afficitur. nec tñ melior euadit. Vultur olim dicebatur hic vulturis. vnde Ennius. Vulturis in syluis miserum mandebat homonem. Viuit pectore sub dolente: vulnus

vulnus viuit. id est semper recens est: sicut aqua semper fluens viua dicitur. vt secundo enei. Donec me flumine viuo abluero. Quod quidem vulnus manus chironia. i. ipse chirō philyrides iustissimus centaurorum leuaret. i. curaret. Nec phœbus leuaret. Nec clara soboles phœbi. id est. Aesculapius leuaret. hoc est habet incurabile vulnus Chiron vt dixi phillirides. id est philyre Chiron.
nymphe & neptuni in equum conuersi filius fuit: pater thetidis & auus achillis: qui plurima medicine adiumenta inuenit quorum quedam adhuc extant Maxime peritus fuit eius quam chirurgiam vocant vt nonnulli putāt a chirone denominatam. vel potius a manu que χειρ dicitur. Docuit achillem vt dicit Stati9 in achilleide curationem vulnerum vt de thelepho nobilis recitatur leuatio: quem ferrugine eius ferri quo ipsum vulnerauerat sanum reddidit. vnde est in remedio amoris Vulneris auxilium pelias hasta tulit. Phœbus autem vt dixi solis est peculiare Phœbus
epitheton. fingitur autem phœbus siue apollo medicine peritus quoniam omnes herbarū virtutes solis radiis pcoquūtur. Aesculapius aūt pter oēs mortales in hac re doctus fuit: abs quo Vergi. virbiū a morte reuocatū dicit. Et quia tantum in medicina potuit apollinis filius dicitur.

P. Verg. Carmen de Venere & Vino contra luxuriam & ebrietatem.



HEc veneris nec tu vini capieris amore.
Vno nāq̃ modo vina venusq̃ nocēt.
Vt venus eneruat vires: sic copia vini
Et tentat gressus debilitatq̃ pedes:
Multos cœcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe petit ferus exitiale cupido.
Sæpe manus itidem bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo troiam ven9 improba bello
Et lapythas bello perdis iacche graui.
Deniq̃ cum mentes hominum furiarit vterq̃:
Et pudor & probitas & metus omnis abest.
Compedibus venerē: vinclis constringe lyeum:
Ne te muneribus lædat vterq̃ suis.
Vina sitim sedant: natis venus alma creandis
Seruit: finem horum transiluisse nocet.

ASCENSIVS.

ASC. NEc veneris &c. Si penitioribus oculis virgilianam dicendi formam cōspexeris non interrogato opus esset q̃ vitia magis fugienda sint. Cum etenim superbiam damnaret vidisti quāta diligentia nos ad misere humane memoriam vocitauit. Cū auaritiam pniciosum illud mōstrū vilipēderet vehementi verbo vsus est dicens. Sperne lucrū &c. At de ira q̃ ad acrimoniā facit. parcius inquit Iraq̃ cesset. Cū vero liuorē monstrū nulla virtute redemptum ad partes vocaret: quasi excandescēs inqt Liuor tabificum malis venenū &c. Nunc vero de venere & vino locuturus: quorū abusus nō vsus mal9 est: inquit Nec veneris nec tu vini capieris amore.
Luxuria. venus. Non & em̄ venus mala: nec vinum malum: sed amor & nimia indulgentia vtriusq̃ detestanda est. Non ergo dicit non tu capieris amore luxuriei. ois em̄ luxuries damnanda est: nō omnis autem venus. Similiter non dicit. Non capieris amore ebrietatis. ois etem ebrietas mala: non itidem omne vinum. Tametsi autem venerem pro cōcubitu per metonymiam ponimus vt sine Cerere & Baccho friget venus: non tamen pro omni. sed pro eo dūtaxat qui naturalis est nec incestuosus: nam cestus est zona veneris dictus a castitate qua le-
Veneres gitime nubentes cinguntur. Verūtñ ponunt tres veneres: vnam ex cœlo patre & die matre natam apud priscos. Et hanc honeste rei pręesse volunt. Alteram ex viribus cœli & spuma maris: & huic inconcessos cōcubit9 iputāt. Tertia Iouis & diones filiam ex qua Aeneas natus dicitur. Sciemus tamen q̃uis multe enumerent veneres: multi Ioues mlti Mercurij &c. Poetæ tñ opa sic cōfundūt vt omnium vni addicant. siue q̃ vnam cœlestem naturā putent omnium effectuum causam tametsi p diuersos fiant: siue q̃ omnia in admirationem trahere volunt. Volunt aūt venerē dictam q̃ per eā oīa veniant & oriant. Et quia generatio rerum nō sine virili semine fit: Ideo veneri vtriusq̃ sexus participationē dedere Nā vt recitat Macrobi9 in Cypro est barbate veneris simulachrum. Quocirca Verg. loquēs de venere ait. Descēdo ac ducente deo. & Caluus Pollētemq̃ deū venerē. & Aristophanes philosophus aphroditon genere masculino appellat & Leuinus ait. Venerem igitur almum adorans siue fœmina siue mas ē &c. De veneris aūt vtute sic. Lucre. Aeneadū genitrix hominū diuūq̃ voluptas. Alma venus cœli subter labentia signa. Que mare nauigerū quæ terras frugiferentes Cōcelebras: p te qn̄ genus oē animātum Concipit: visitq̃ exortum lumina solis: hæc ille. Propter hāc rē dicit: natis venus alma creādis seruit. Certū est ergo q̄ conuersatione humane ceterorumq̃ animantium nature veneris vsu opus esse qui si legitie fiat iure matrimoniali laudād9 est. Econtrario nemini dubium est q̃tum noceat transiluisse finem. vsq̃ adeo vt nulla sit labes qua homo a diuina mentis cōtemplatione ad corporis sordes citius auocet. nulla propter quā plura bella fiant nulla q̃ citius & plures in turpem egestatē ruāt. Nam Plaut9 pauptatem luxurie filiam nūcupat: nulla item q̃ omi honesto studio magis inimica sit: nā hominem totum effetū reddit: ac deide tardū & segnē. vsq̃ adeo: vt sæpe tardū p luxurioso poete ponant. Nocet igit & aīe & corpori & vtriq̃ plurimū. De vino quoq̃ nihil ignotum dicam nā oēs scimus si teperate sumat humano ingenio adiumento esse. Vñ illud Hora. in eplīs. Prisco si credis Mœcenas docte Cratio. Nulla placere diu nec viuere carmia pñt. Quæ scribuntur aque potoribus: vt male sanos Adscripsit liber satyris faunisq̃ poetas. Vina fere dulces oluerunt mane camenę Laudibus arguitur vini vinosus Homerus Ennius ipse pater nūq̃ nisi pot9 ad arma Prosiliit dicenda: & reliqua quæ cōmētarij p irrisionem dicta putant. nemo tamen mihi inficias ibit vinum modice sum- Vinum.
ptum acuere ingenium. At q̃tū ebrietas detestanda sit facillime Ebrietas
cōstabit si hoiem potū ispexeris: qui iam omne id (loquor de rōne & virtute) quo a beluis ferisq̃ differimus exuit: & sui immundo q̃ homini similior luto inuoluitur. facilis ad iram: facilis ad seditionem: facilis ad luxuriā facilis ad blasphemiam deorumq̃ contumeliā: facilis ad secreta reuelanda. ad amicos pdendos: & ad omnia deniq̃ mala facienda contra ad nullā v̄tutem paratus. Quocirca si ita decesserit: iā de eius salute actum esse dixeris: sed redeo ad poetam. Nec veneris nec tu vini capieris amore. Capere multa videtur significare se- Capere.
cundum q̃ varia sunt q̃ capiuntur. Aliquando enim est in se cōtinere: vt atrium meum capit mille viros. Aliqñ est intelligere. vt capio te. i. sensum tuū. Aliqñ auferre. vt qñ capimus rem: qua capta quis ea ppetuum priuat. vnde captus oculis dicit priuatus Verg. j. Georgi. Aut oculis capti fodere cubilia talpe. Sic caper dicit qui captus est coleis. i. genitalibus. vt docet Aulus Gel. Aliqñ est vestalem suscipere cui rei peculiare erat vbū: Aliqñ est cōprendere & in carcerem conijcere. vnde captiui dicuntur. Aliqñ inescare fallere aut decipere: vñ dicim9 hoiem captū amore captū vino: vt h̄ Nec capieris. i. nō illaq̃aberis amore veneris: nec etiam amore vini. ratio est. Vno namq̃ modo vina venusq̃ nocent. Vt venus eneruat vires &c. Eneruare est dissoluere: neruis enim consolidamur. vnde est ossibus & neruis compegisti me. Copia.
Sic copia vini. Copia dicitur abundantia & plenus vsus rerum: vt meretrix facit omnibus copiam sui. sic copia vini est abundātia vini. Non tamen dices de exemplari instrumento q̃ sit copia sed poteris dicere fac mihi copiam istius instrumenti: hoc est fac vt vsum eius habeam. In plurali aūt copias: copiosum exercitū vocamus & apud poetas necessitudine versus aliquando etiam in singulari numero idem significat. vt. ij. Aeneid. Respicio & q̃

 Et tit me

☞sit me circum copia lustro. Et tentat gressus &c. i. titubare facit: vt Cremes in eunucho. Terē. Vicit me vinum quod ego bibi At dum accumbebā: ꝗ̄ videbar mihi eē pulchre sobrius: postꝗ̄ surrexi: neq; pes neq; mens satis suum officium facit. In .ij. Geor. Verg. tenuisq; lageos Tentatura pedes olim vincturaq; linguā. multos cecus amor cogit secreta fateri. Cuius rei medea & Ariadna testes sunt & in sanctis litteris Sanson. Cecus amor .i. cecos faciens. pingitur tamen amor seu cupido puer alatus oculis velatis habens in altera manu iacula: in altera flammas. Cecum autē vocamus nunc quod non videt vt hoīem cecū: nūc qđ nō vr̄: vt saxa occulta ceca dicim⁹ nūc qđ nō sinit nos videre. vt cecā noctē cecā auaritiā. cecum amorem & reliqua quę nos aut mētis aut corporis lumine priuant. Archanū demens detegit ebrietas Hora. in epistolis. Quid non ebrietas designat? operta recludit Spes iubet esse ratas: ad prelia trudit inermem. Sollicitis animis onus eximit &c. & in sermonibus. Condita cum verax aperit præcordia liber. Arcanum dicit̄ ab arca qua arcetur .i. tegit̄. Demēs. Bonum est adiectiuum ebrietatis. Nam demens dicitur non qui sine mente est (quia is amens vocatur) sed qui peruersam & deprauatam mentem habet: qualem ebrietas efficit. Bellū sępe petit ferus exitiale cupido. Ponit exemplum de amore paridis in helenam pro qua destructa est Troia: exempla aūt sine numero sunt Vnde Horatius in sermone. Nam fuit ante Helenam cunnus deterrima belli Causa: sed ignotis perierūt mortibus illi: Quos venerem incertam rapientes more ferarum Viribus editior cedebat &c. Bellum. per antiphrasim. id est contrarium sensum dici putant: eo ꝙ nihil belli .i. boni aut pulchri habeat. Alij a beluis Exitiale dicitur quod ad exitum vitæ pertinet: Ferus cupido tēporale epitheton. nam est etiam placidus amor vnde est in .iiij. placido ne etiam pugnabis amori. Solent autem amantes infœliciter cupidinem feritatis arguere: vt in Buco. Nec lachrymis crudelis amor: nec gramina riuis: nec cytiso saturantur apes. Et alio loco Seuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus. Et Tibullus. Semper vt inducat blādos offers mihi vultus: Post tamen es misero tristis & apser amor Cupido genere masculino deum amoris: significat filium veneris. Genere fœminino cupiditatem ipsam. Venus improba etiam temporale epitheton: quia dicturus est Alma venus &c. Sæpe man⁹ itidem bacchus ad arma vocat Dat exemplum. Et lapythas bello perdis iacche graui. Itidem .i. eodem modo: bacchus & iacchus nomina sunt liberi patris qui deus vini. Sed per metonymiam: nomina deorum pro rebus quibus præsunt ponimus: tunc præcipue quando rebus actionem damus vt perdere & mouere manus: De hac re dicitur in Geor. Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furentis Centauros leto domuit rhetumq; pholumq;. Et magno hyleum lapythis cratere minantem &c. lapythe populi sunt thessaliæ ex lapytha secundum Isidorum Apollinis filia geniti. At centauri dicuntur esse Ixionis filij. Ixion enim cū dēs cū Iunone ꝯcubere cū ei⁹ simulachro ex nube facto rē habuit vnde nati sunt Centauri quorum superne partes humane inferne equine erant. quæ res ficta est, quoniā vt docet Plynius primi pugnare in eqs inuenerūt. visi ḡ a longe semi hoīes & semi eq putati sunt. hi ebrij effectu & martio furore pciti lapythas occiderūt. Deniq; cum mentes hominum &c. deniq; particula est: qua vtimur dum quæ particulatim dicere icipiebamus: generaliter absoluimus vt hic. Deniq; inquit quando mentes hominum alterius furore percite sunt & pudor & probitas & metus omnis abest quibus tribus humana natura ne effera vagetur maxime reprimitur. Pudore qui in mulieribus & adolescentibus maxime commendatur. Amissa namq; pudicitia nihil in muliere commendandum est. Cicero in epistolis. Qui semel verecūdie fines transierit: eum bene & grauiter oportet esse impudentem. qđ Dido nondum illecebris amorum capta sentiens ait: sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat: vel pater omnipotēs adigat me fulmine ad vmbras Pallentes vmbras erebi noctemq; profundam Ante pudor ꝗ̄ te violem aut tua iura resoluā. De adolescentibus Terentius: Erubuit salua res est: est enim pudor quo nos pudet turpis facinoris per quem viri magni etiā sæpe ad forma facta inuitati sunt: vnde de Hectore dicit Homerus ꝙ veritus a polydamante culpari multa ausus est. Probitas autem est qua viri probi & probati ne infamiam incurrāt omnia quæ contra bonos mores & honestatem facere possent euitant: Metus vero duplex est: alter filialis quo filius veretur patrem offendere: de eo timore dicitur Initium sapiētiæ timor domini: eo em̄ pacto omni quiq; verentur peccare ne offensam dei incurrant. Est & seruilis timor quo verbera serui timent potius ꝗ̄ dominorum indignationem. & de illo dicit Horatius. Oderūt peccare mali formidine pene. Quando autem quis aut veneris amore capt⁹: aut bacchi furore tactus est nullis vinculis cohibetur. Compedibus venerem &c. affectate dictum. Nam venus a veniendo dicit̄: recte ergo ne nimium veniat præcipit vt constringatur compedibus. Compedes enim sunt impedimentum pedum. Lyeus autem dicitur vt diximus a soluendo: quia solutos nos facit quamobrem vinculis constringendus est. Ne te muneribus &c. Non inficias id munera vtriusq; nisi abusio fiat nobis vtilia esse sed cauendum esse ne nos ledat vterq;: quod nimirum fiet nisi & legitime & temperate vtamur. Quæ autem munera sint declarat: ca Vina sitim sedant. Valent inquit vina ad restringendam sitim. Natis venus alma creandis seruit. Venus seruit: id est vtilis est natis creandis: id est ad prolem procreandam: quæ res apprime necessarie sunt. Sed transiluisse finem horum hoc est indulgere veneri ob nimium luxum: & vino vsq; ab ebrietatem: nocet. Alma dicitur venus ab alendo quia eius præsidio alitur omnium animantium genus.

Marginal notes: Cecus. — Ebrietas — Arcanū. — Demens — Bellum. — Cupido. — Nomīa. deorꝝ pro rebus. — Lapythe

ASCENSIVS.

P. Vergilii Maronis de littera y. Carmen



Ittera pythagoræ discrimine secta bicorni.
Humanæ vitæ spēm præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem.
Difficilemq; aditum primum spectātib⁹ offert:
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata: sed vltima meta.
Præcipitat captos: voluitq; per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit. ille sibi laudemq; decusq; parabit.
At qui desidiam: luxumq; sequetur inertem:
Dum fugit oppositos incauta mente labores.
Turpis inops q; simul miserabile transigit æuū.

ASC. Littera pythagore &c. Propulsauimus quanta maxima potuimus diligētia sex morbos q singli singulis vītutib⁹ officiūt. Nūc exagitāda ē pestis: omni virtuti contraria: quā nūc desidiam: nunc pigriciem: nunc segnitiem: nunc accidiam: nunc inertiam nunc ignauiā: ad summam omissionem omnis boni vocare potes. Qua quidē egritudine quicunq; cōficiuntur ingratitudinis vitio (quod sane detestandum est) conuinci possunt Si etenim consyderare voluerimus: ꝗ̄tum optimo maximo deo nostro debeamus qppe abs quo quicquid boni nobis est aut erit aut cepimus aut suscepturi sum⁹ fatebimur quidem egregie: nullum esse desidie locum: nihilq; iacentibus animis esse dānosius Nam quandoquidē finis vniuscuiusq; rei ē optima ei⁹ operatio videbimur (nisi bona operemur) finem nostrum attingere nolle. Enimuero turpe est hominum animalium facile principi deesse: quod in ceteris creaturis tam copiose cōspicimus: cœli enim cœlorumq; ornamenta) quas stellas & sydera vocamus) continua volubilitate munera explere non cessant. Elementa rerum mira commigratione temperamentū vt iussa sunt seruant. animantium quoq; nullum præter hominem sibi deesse videmus. Auiculę em̄ fragillimo corpore frete. fere multa seuitia indomite. Belue marine indulgētia nimia ad ignauiā inuitate: ad generationem tamen & conseruationem prolis nunꝗ̄ defatigantur quin qua quicq; eorum maxime valet arte: pro ingenij hoc est naturalis indolentie benignitate semper in opere cōspicitur. Adde ꝙ & ipsi homines ad iniq agenda multo vigilatiores sunt ꝗ̄ ad bona. Quam rem Horati⁹ sic in epistolis conqueritur. Vt iugulent homines surgūt de nocte latrones. Vt te ipm̄ serues nō expgisceris &c. Quia igitur non satis est vitia fugitasse: nisi bene egeris Scriptum enim est a diuino poeta Declina a malo & fac bonū. ideo maro volens desidiā proscribere: nos ad bene operādū pulcherrime allicit. Nā si (vt stoicorꝝ est paradoxum) omnes mali stulti sunt: stulti vero & insipientes profundissime platonicorum doctrine minime capaces opere præcium erat indoctū stolidumq; vulgus rudi ac anormi minerua viam virtutis docere. Et quasi signis illitteratos erudire. ad quam rem nihil accōmodatius est ꝗ̄ littera pythagore in qua totam humanam vitam & diuersę vitæ exitum videre licet: idcirco Vergilius eam instituto suo accommodat & dicit littera pythagore &c. Pythagoras ex samo insula philosophus in Italiā venit Tarquinij filio regnum obtinente cui cognomentum superbus fuit. Is multa doctrina & virtute

virtute claruit.primum musice studuit in qua egregiā lau
dem assecutus est.deinde philosophiæ naturali.mox & ethice.i.
morali operā nauauit & ppsm conatus ab insolentia ad cultiorē
vitam vocare.virtutis amorem aīs mortalibus instillare satage
ret qd' quia philosophicis rōnibus non potuit.signis & indicijs
efficit:nouāq; viam cōmentus est.Sciuit em̄ esu carnium multā
feritatem in animis nostris innasci:multūq; nos ad libidinē im
pelli:quo circa p̄cepit (vt meminit i trāsformatis Ouidius .)vt
ab omni carne sicut ab humana abstineremus: turpe enim puta
bat in viscere viscera condi assignans inauditam rationē: q aię
nostrę quoniam immortales essent e corporibus nostris in alia
corpora migrarent:neq; in humana solum: sed etiā in ferina.ita
q fieri posse vt receptaculum auitę aut paternę aię absumerem⁹
si quauis carne vescamur.id autem alij eum sensisse putāt:alij ita
præcepisse dumtaxat quo luxum carnis vetaret.Oui.i.xv.meta.
inducit ip̄m sic loquentem Parcite mortales dapibus temerare
nephandis.Corpus:sunt fruges:sunt deducentia ramos Ponde
re poma &c.Et iterum Prodiga diuitias alimentaq; mitia tellus
Suggerit:atq; epulas sine cede & sanguine p̄bet.Carne fere sedāt
ieiunia.& rursum.Heu quantum scelus est in viscere viscera cō
di.Congestoq; auidum pinguescere corpore corpus.Item quis
quis fuit ille deorum Corporeasq; dapes auidam demersit i aluū
Fecit iter sceleri &c.Idem apud eundē immortalitatē & cōmigra
tionem animę in diuersa corpora sic docet Morte carent aīe:sem
perq; priore relicta.Sede.nouis domibus viuunt habitantq; re
cepte.Et paulopost Oīa mutant̄ nihil interit errat & illinc.Huc
venit hinc illuc & quoslibet occupat artus. Spiritus eq; feris hu
mana in corpora transit.Inq; feras noster:nec tempore deperit vl
lo.Item parcite vaticinor cognatas cede nephāda Exturbare ani
mas,ne sanguine sanguis alatur.Ceterum vt ad virtutem nos al
liceret & a vitijs absterreret:docuit virtutum quidem semitā vi
deri primum difficilem sed incredibilem animi quietē atq; iucū
ditatem parere.Contra vitiorum latas vias faciles omnibus pa
tere:sed in miseros animi remordente conscientia cruciatus im
pellere:neq; quicq̄ pręter poenitentiam pducere.Et quo id rudi
bus oculis manifestius obijceret ο ψυλομ hoc est y tenue ipsis ita
figurari monstrauit vt in ipso omnem humanam vitā discere
possent habet enim talē figuram vt basis seu fundamentū qd ad
discrimē bicorne sese extēdit: acta īfantię nrę q̄ neq; bōa neq; ma
la sunt significet.deinde vbi ad biuium puenerimus hoc est ad
verum discrimen boni ac mali:dicebat nos libere ex libero arbi
trio nostro in vtramuis partem voluerimus pgredi posse:si qui
dem in dexterā q̄ virtutis est tendere voluerimus summis opib⁹
primū enitendū esse:sed ad amena loca nos puentū ire.sin ad si
nistram q̄ vitiorum est declinauerim⁹ facilem qdē aditum esse:
Li. py thagore. sed durissimū instare exitum.Si qs v̄ba ipsius pythagore græca
lingua habere volet qbus ītegritatē arbitrij cū fatoꝝ necessitudi
ne consistere docuit:petat Aulum Gel.li.vj.ca.ij. Nos interp̄ta
tionem gellianā posuisse satis putamus q̄ hæc est. Nosces hoīes
spontaneas haurire calamitates cū detrimenta singulis a seipsis
fiant:& suo īpetu delinquāt & in incōmoda ruāt:sua voluptate
atq; pposito: ppterea negat oportere fieri:audire hoīes aut neq;
aut ignauos & nocētes & audaces:q cū culpa & maleficio reuicti
sunt.pfugiunt ad fati necessitatē:tanq̄ in aliqd' phaniasylū:& q̄
pessime fecerunt ea:non sue temeritati:sed fato esse attribuenda
dicunt.Hæc Gellius interpres . Et paulopost.Primus aūt sapien
tissimus & antiqssimus poetarū dixit hoc trib⁹ versib⁹:quos illic
subdit quorūq; hæc p Gelliū interp̄tatio est & loquunt̄ vt intel
ligas numina seu dei ipsi.Hei mihi qd damnāt mortales numia
coeli.Esse aiunt etem̄ per nos mala cum tn̄ ipsis Vecordi præter
fatū sint mente dolores.Difficultatis aūt quæ in dextero calle est
cām ita ex philosophoꝝ documentis habere possumus. nā licet
christiani nihil ambigimus:q scimus originalis criminis fomi
tē extinctum qdem esse in fonte baptismatis: sed incitamēto tn̄
quiddā derelictū esse quo ad peccādū proni sumus. quid hoc ad
hunc locū:in quo poeta non christianus loquit̄.Neq; tn̄ respuē
da propterea est doctrina philosophorum si modo cū christiana
v̄itate consentiat.Dicemus philosophicas opiniones nihil a fi
de sanctissima degenerantes.dicunt itaq; pythagorā & deīde Pla
tonem secuti:aīas a singulis elemētis passionē contraxisse.similr
& a singulis planetis.Planetarū autem congeriem vt memora
uimus:syluam vocauerant:ppterea q; dicebant difficile esse te
nere dexterum callem:& venire ad aureum ramum de quo Ver
gilius in sexto:per quem aliud non intelligit q̄ ramum huius
litterę dexterum per quem virtus significatur.quo circa Aeneas
per quem omnis vir sapiens significatur iussus querere aureum
ramum aspectans syluam immensam hoc est tot celoꝝ influen
tias nos ad vitia trahentes:sic præcatur. Si nūc se nobis ille au
reus arbore ramus ostendat nemore in tanto &c.vbi signate di
citur se ostendat nobis: quia putabant plurimi nisi virtus nos
sponte

sponte ad se vocarit:difficillime posse eam contingere quo
circa dixit Sybilla.neminem aureum illum ramum posse carpe
re nisi fata ipsum vocent.Videtur tamen admittere humanam
diligentiam quocirca id visa est dicere.Si non es prædestinatus
p̄care vt prædestineris.ad quid enim nostra opus esset diligen
tia si credidissent etiam philosophi(nam de theologis certum est
q rectius sentiunt)omnia fatorum necessitudine contingere.
Verba Sybille ad Aeneam in sexto sunt hæc. Ergo alte vestiga
oculis:& rite repertum Carpe manu namq; ipse volens facilisq;
sequetur.Si te fata vocant aliter non viribus vllis.Vincere:nec
duro poteris conuellere ferro.Quibus verbis cū dicit vestigia
alte oculis videtur vt dictum est nos inuitare ad diligentiam in
quirende virtutis quę difficillima inuentu est.quocirca Aeneas
illum aureum ramum non inuenit propria inquisitione sed ma
ternis auibus monstrantibus.quo non aliud significatur q̄ eos
qui ad egregiam virtutem euadūt adiutos oportere benigniore
nascendi hora. Vnde & illud Iuue.Plus etenim fati valet hora
benigni q̄ si te veneris commēdet epistola Marti. Verum vt ad
rem redeamus tametsi dexterum illud iter arduum & difficile ab
alijs facilius petatur vtpote a bene natis ab alijs difficillius vtpo
te ab infelicius natis:ab omnibus tamen sine discrimine virtus
acquiri potest.Nam quanto magis infirmus ad scandendū fue
rit:tanto maior scandenti gloria continget neq; deerit si vt Ae
neas deum præcemur:qui conanti ascendere manum porriget:
sed ad rem.Littera dicitur secundum plures quasi legitera eo q Littera
legatur.vel quasi litura:quia cum olim in ceratis tabellis scripti
tarent:sæpe lita est.Itaq; volunt vno t debere scribi: sed quia pri
ma deberet corripi (tametsi quidā a p̄terito deducere moliunt̄)
cepit tt duplici scribi:sicut quattuor cū quater & quaternus & si
milia quæ corripiuntur vno t scribant̄.Similiter quottidie secū
dum multos tt duplici non alia ratione q̄ vt significetur prima
longa scribitur:quotus em̄ prima breui vno t contentum est. Si
gnificat ergo litera elementum lecturę:hoc est minimum quod
legi potest.vt a vel b.& hic litera pythagore hoc est y aliquando
significat manum seu formam scribentis.Vnde ad Atticū Cice
ro.Nam alexidis manum amabam: q tam prope accedebat ad
similitudinem tuę literę.In plurali autem etiam significat epi
stolam:sed quum ep̄lam significare volumus addemus nume
ralia distributiua:quæ congrue adduntur carentibus singulari
numero.quando vero elementa hoc est singulas litteras signifi
camus addenda sunt cardinalia.vt si dicis vnā literam ad te de
di significas te dedisse vnum elementum vtputa a vel b.Si vero
dicis te dedisse vnas litteras idem est ac si diceres vnā ep̄lam.& si
duas litteras.perinde est ac si diceres duo elementa.vt a & b. vel
alia queuis duo.Sed si binas litteras te misisse dicis non aliud est
q̄ si diceres duas epistolas misi.Pythagore:nō quam pythago
ras inuenit sed qua vitam humanam figuratam docuit vt supra
ostendimus & nunc per Vergilium videbimus.Erat vt dixi py Pythagoras.
thagoras Samius philosophus:primusq; vt perhibent eo nomi
ne nuncupatus.Nam cum antea sophi.i.sapientes vocarentur p
cūctatus an sophus esset dixit se philosophum hoc est studiosum
& amatorem sapientię Discrimine secta bicorni.i. diuisa in duo
cornua dexterum quod anterius est:& sinistrum quod idem po
sterius.Discrimen dicitur a discernendo.est enim discernere di discrimē
gnoscere.vñ discreti qui rem bene discernūt: sciūtq; diuidere bo
num a malo.Secta.i.diuisa participium est a secor secaris:videt̄ Secta.
autem affectare vsus hoc loco.nam secare pertinet ad itineris di
scrimen vt in fine sexti Aenei.Ille viam secat ad naues:& signi
ficat quasi tenere.Inde secta philosophorum qua alij ab alijs di
uiduntur.tenentes suam quisq; opinionem.sic hoc loco alij secāt
dexterū iter hoc est tenent meli⁹ esse virtutem per labores acqui
rere q̄ voluptatibus molliter indulgere: Bicorne dicitur quod Bicorne.
habet duo cornua.& declinatur hic & hæc bicornis & hoc bicor
ne.habent aūt virgule huius littere se quasi sint cornua. Vnde
dixit discrimine bicorni.Species dicitur a speciendo hoc est vi Species.
dendo.licet specio in simplici quidem in vsu non sit. Dicitur
autem species quicquid oculis cōspicitur.hoc est forma & dispo
sitio ipsa coloris.vnde speciem aliquando accipimus pro pul
chritudine Vnde Speciosus.Est ergo idem quod forma & ima
go.videtur itaq; littera pythagore preferre:id est per dispositio
nem figurę suę indicare speciem:id est imaginem humanę vitæ.
Præferre est quibusdam signis & indicijs aliquid certo signifi
care.Sic enim homo cuius seuerus videtur vultus omnibus eum
aspicientibus:dicitur præ se ferre seueritatem.Nam via virtutis
&c.Ordo est.Nam via virtutis existens ardua petit dextrum cal Prę se ferre.
lem hoc est dexteram virgulam in ipsa littera:& offert spectan
tibus primum difficilem aditum:id est accessum:sed præbet fes
sis requiem:id est locum quietis in summo vertice.id est in altis
simis fastigijs.Via lata.quæ in sinistram tendit ostentat molle
iter &c.omnia faciliora sunt q̄ vt exponantur.Dicam tamen na

turam vocabulorum & subinde sententias aliorũ: Via act⁹
Iter. & iter apud iuridicos distinguuntur. Iter enim est ius eundi am-
Actus. bulantis hominis non agendi iumentum vel vehiculum. Act⁹
est ius eundi ambulantis hominis & agendi iumentum. non au
Via. tem vehiculum: Via est ius eundi: agendi iumentum & ducendi
vehiculum. qui ergo viam habet: habet actum & iter. Qui actum
habet etiam iter: sed non viam habet. Qui vero iter habet solũ
ius eundi possidet. nam iter ab eundo dicit̃. & est quasi itio. Vn-
de facere iter non est aliud q̃ ire quasi facere itionem seu ꝓfectio
nem. habere iter est debere ire vt si ignarus vie: crederẽ Romam
ire quo mihi eundum est & Venetias eo: tunc vere possum dice
re: habeo iter Romam: non autem facio iter Romam: e diuerso fa
cio iter Venetias non autẽ habeo iter Venetias. Est ergo iter ipa
itio: sed via est spacium per quod itur: ita facere viam ẽ ipsam re
Semita. ficere. Dicebatur antiquitus etiam ita vnde semita quasi semi. i.
Callis. dimidiata & parua ita Callis vero est locus callo pedum tritus:
Callus. Callus vero est ille vortex seu illa duricies in manibus & pedi-
Calleo. bus: quam ex frequenti agitatione contraximus. Vnde fit Calle
re quod per translationem significat callide scire: nam in qua re
facunda nobis induruit callus: eam iampridem experti sumus.
Vnde illud in epistolis Flacci. Dicenda tacendaq; calles. Inde ẽt
Callidus. a. um. i. vafer & ex multo vsu cautior factus. Difficilẽ-
q; aditum facilis & difficilis communis significationis sunt. Nã
facilis is dicitur aliquando qui cito facit quod volumus: id est
exorabilis vt faciles dei sunt exorabiles. Vnde in Buco. Vergi.
Sed faciles nymphe risere sacello. hinc ẽt dicim⁹ facultatẽ q̃si faci
Facile. litatẽ faciũdi. Facile etiã dr̃ qđ cito fit. vt facilis doctria q̃ cito cõ
p̃hẽdit̃: facile op⁹: qđ facile fit. i. sine difficultate. Faciles ẽt mores
dicimus q leues & incõstãtes sunt vn̄q facile. i. sine disquisitiõe fa
ciant: Contra difficiles vocamus inexorabiles & morosos: q ni-
hil faciunt: nisi exacta ad vnguẽ ratione: quales sunt scđm Cice-
Difficile ronem senes. vocatur etiam quid difficile quod cum difficulta-
Aditus. te fit: vt difficilẽ aditum. quo non facile est adire &c. Aditus tus
tui quarte declinationis & masculini generis verbale est a ver-
Aditum bo adeo adis & significat aditionem siue accessum. Sed aditum
ti secunde declinationis & neutri generis contrarium sonat: est
em̃ locus secretior in quo res sacras reponimus: nulli præter sa-
cerdotem accessibilis. Dictus ab α priuatiua ꝑticula & δύω quod
est sub eo quasi sine accessu. Spectantibus a verbo specto partici
Specto. pium est. Specto autem frequentatiuum est verbi inusitati spe-
cio quod significat video: vnde plurima composita aspicio cõ-
spicio &c. significat autem specto frequenter aspicio Inde expe-
cto quasi extra specto ad illum q memoratur vel quem obseruo.
Optime autem vsus est hic frequentatiuo quo pigritantẽ aĩum
depingit. Piger em̃ dum quid laboriosum videt sibi faciendũ.
iterũ atq; iterũ aspicit: qđ vir strennu⁹ q̃primũ aggredit̃. Spectã
tibus ergo animo languido virtus nimiꝶ difficilis & ardua vr̃
q̃ tamen si scanderimus pulchritudine atq; dulcedine sua omnẽ
laborem leniret scriptũ em̃ est Iugum meũ suaue: & onus meum
leue: qđ quidem verũ ijs qui iãpridem ip̄m subeunt. nã spectan
tibus primum etiam arduum videt̃: oportet ergo rem aggredia
mur: & operemur si deos auxiliatores habere voluerim⁹. vñ. M.
portius Cato apud Sallustium ĩ orõne de bello Catilinario. Sci-
licet res aspera est: sed vos eam non timetis. Immo vero maxime
sed inertia & mollicia animi alius alium expectantes cunctami-
ni: velut deis immortalibus confisi: qui hanc rempublicam sæ-
pe in maximis ꝑiculis seruau ere. Non votis neq; supplicijs mu
liebribus auxilia deorum parantur: vigilando: agendo: bene cõ
sulendo ꝓspere oĩa cedunt. Vbi secordie te atq; ignauie tradide
ris: nequicq; deos implores: irati infestiq; sunt. Hæc ille. Horati⁹
quoq; bene speranti animo rem aggrediendam monet in episto
lis dicens. Nam cur Quæ ledunt oculos festinas demere: si
quod. Est animum differs curandi tempus in annum? Dimidiũ
facti qui bene cepit habet: sapere aude Incipe viuendi qui recte
ꝓrogat annum Rusticus expectat dum defluat amnis &c. Cur in
quit differs curare quod est. i. consumit animum hoc est vitium
animum obtenebrans: cum tamen si ĩceperis facile purgari pos-
set. Vt em̃ dicitur in principio digestoꝶ vniuscuiusq; rei sum-
ma pars est principium. Audendum ergo est. Neq; desperãdum
ꝓpterea q; difficile est ad summam virtutem ꝑuenire. nã vt in
eadem prima ep̃la Horatius dicit. Qui ad summã virtutẽ ꝑueni
re non põt. conari tamen debet vt q̃proxime possit accedat. vñ
ait: nõ possis oculo q̃tum cõtẽdere linceus. Non tamen idcirco
contemnas lippus inungi. Nec quia desperes inuicti mẽbra gly
conis: Nodosa corpus nolis prohibere chiragra. Est quodam ꝓ
Ob. dire tenus: si non datur vltra. Offert: tanq̃ improuidus Compo
Vertex. sita em̃ ex ob præpositione deseruiunt venientibus præter spem
vt obijcio: obuenio: offero: oppono &c. Vertex dicitur a verten
do: & est summum cuiuslibet rei fastigium. quod vbi attigeri-
mus vertendum nobis est si ꝓgredi volumus vnde vertex in ca
pite vnde pili vertuntur dicitur. & vertex montis est summita
eius. neq;

eius. neq; vero propter summitatem vertex dr̃. Nã in aquis
vbi propter profunditatem non profluunt: sed in gyrum reuer-
tuntur vorticem dicimus: antiqui enim familiariter vtebantur
o. vbi nos e: vt dĳ bene vortant. vbi nos dĳ bene vertant. Videa
mus ergo quanti momẽti hæc vna dictio hoc loco sit. Dicit via
virtutis præbet requiem in vertice. per quod expresse vult per-
seuerandum esse vsq; in finem: nam non prius verticem attige-
ris. Deinde ostẽdit perfectionem dextri itineris: quia qui per vo
luptatem & carnis delitias viã leuam calcauerit vbi iam in ver-
tice est: nisi per amaritudinem animę: & per laborem corporis re
uersus fuerit præceps ĩ ęterna supplicia profecto delabitur. Qui
vero per laborem: per ieiunium: per excubias ceterasq; pœniten
tię partes virtutem conscenderit: neq; defatigatus fuerit dũ ver-
ticem auidis manibus prensitauerit illic nimirum coronabitur:
neq; ipsi qua via venerit redeundum erit. vnde est quod dicit fes
sis requiem præbet in vertice summo. ¶ Molle ostentat iter Via
lata. Etiam in sanctis litteris dicitur. quod lata sit via quæ ducit
ad perditionem hæc autem ostendit molle. i. facile & delicatum
iter: sed vltima meta: hoc est extremum tempus vitæ præcipitat.
i. deijcit (vt ad euangelium accedam) in tenebras exteriores vbi
est fletus & stridor dentium & voluit per ardua sua per quam rẽ
ęternitatem pœnarum conspicere possumus. ideo enim philoso
phi cœlum perpetuo motum iri dicebãt: q; voluatur hoc est cir
culari motu impellatur. si enim directo motu ageretur: quando
spacium infinitum non est aliquando terminum contingeret.
voluit ergo hoc est circumuolutat. neq; satis est semel per saxa ce
cidisse. Hoc discrimen dextre & sinistre etiam in euangelio de ex
tremo iudicio videre possumus. sed quoniam recipi poetarum &
philosophorum dicta adducere: totam hanc littere pythagorice
descriptionem in sexto enei. videre possumus. vbi etiam apud
inferos he gemine vie discernuntur. Nam postq̃ descripta sunt
loca in quibus erant infantes insontes. senes deliri: amantes mõ
strosa omnia & imperfecta: quorum opera per insipientiam aut
furorem patrata: neq; bona omnino neq; mala censeri possunt:
ideoq; in basi huius littere locanda progreditur ad biuium. vñ
ait. Hic locus est partes vbi se via findit in ambas Dextera: quæ Dũ
ditis magni sub mœnia tendit. Hac iter elisium nobis. At leua
malorum. Exercet pœnas & ad impia tartara mittit &c. De hoc
malorum carcere: sic idem Cato Bene & composite. C. Cesar pau
lo ante in hoc ordine de vita & morte disseruit: credo falsa existi
mans ea quæ de inferis memorantur diuerso itinere malos a bo
nis loca tetra inculta feda. atq; formidolosa habere &c. Huius itẽ
rei sic meminit Persius. Et tibi quæ samios diduxit littera ramos
Surgentem dextro monstrauit limite callem. Quisquis enim du
ros casus &c. Nunc poeta commendat virtutem: & ecõtrario vi
tia damnat. Vtitur autem simili fere verbo eius quod apud Au
lum Gellium lib. xv. Capite primo comperies. vbi sic ait. Ado-
lescentuli cum etiam tum in scholis essemus ενθυμηματιον. i. cõ
mentatiunculum hoc græcum quod apposui dictum esse a Mu-
sonio philosopho audiebamus. Et quoniam vere atq; luculen-
ter dictum verbisq; est breuibus & rotundis iunctum: perq; li-
benter memineramus αντιπραξησ μετα πονου ομευπονος οιχε
ται: τοδε καλον μενει. αντιποιησης αισχρομ μετα ηδονης τομε
νηδυ οιχεται τοδε αισχρον μενει. id est Si ꝑ laborem honeste q̃p-
piam egeris: laborabit. honestum manet. Si per voluptatem tur
pe feceris quippiam. Quod suaue est abit: quod turpe est manet
Postea (inquit) istam ipsam sententiam in Catonis oratiõe quã
dixit Numantie apud equites positam legimus: quæ & si laxio-
ribus paulo longioribusq; verbis comprehensa est præterq̃
illud græcum quod diximus: quoniam tamen prior tempore an
tiquiorq; est: venerabilior videri debet. verba ex oratione hæc
sunt. Cogitate cũ animis vestris si quid vos per laborem recte fe
ceritis: labor ille a vobis cito recedet: benefactum a vobis dum
viuetis: non abscedet. Sed si qua per voluptatem nequiter fece-
ritis: voluptas cito abibit: nequiter factum illud apud vos sem
per manebit. Hæc ille. Xenophon quoq; in eo libello quem scri
psit de dictis & factis Socratis memoratu dignis: dicit Herculi ĩ
infantia suprema voluptatem & virtutem habitu muliebri ob-
latas qui cum vtriusq; cohortationem audiuisset: virtutisq; ar-
duum iter optatum receptaculum habere didicisset: contraq; vo
luptatis aditum perq̃ facilem sed finem sane amarum grauibus
verbis voluptatem & nequitiam aspernatus: virtutem per labo
res & sudores in dexteram insecutus est. De hac re sic dicit Ci-
cero in pri. offi. Namq; Herculem prodicus dicit vt est apud Xe
nophontem: cum primum pubesceret (quod tempus a natura ad
diligendum quam quisq; viam viuendi sit ingressurus datũ est)
exisse in solitudinem atq; ibi sedentem diu secum multumq; du
bitasse: cum duas cerneret vias: vnam voluptatis alteram virtu
tis: vtram ingredi melius esset: Hæc Cicero. Aristoteles autem di
cebat studiorum liberalium amaras esse radices fructus vero dul
ces: simile est de virtute quod sic dicit Vergilius. Quisquis em̃
&c. Ordo

&c.Ordo est eñ ꝑ quia quisquis:id est quicũq; vicerit amo
virtutis:duros casus.i.omnia aduersa iubenti animo perpes=
siuerit.Ille.i.is parabit.i.cõparabit sibi laudem &decus: At.i.
...sup.qui sequitur desidiam &luxũ inertem:dũ fugit.i.fuge
...conatur incauta mente labores oppositos.i.obiectos sibi.ipse
...pis inopsq; simul transiget æuum.i.vitã miserabile.i.miserã
...detestabilem.Dicit notanter virtutis amore.qa si ambitios⁹.
...vana gloria &popularibus auris bene egeris:operã ludis.Vñ
...Cice.de somno Scipionis.Igitur alte spectare si voles atq; hanc se
...dem & æternã domũ cõtueri: neq; te sermonibus vulgi dederis
nec in præmijs humanis spem posueris rerum tuarum suis te ille
cebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus &c. De hac re ẽ
diuina illa Persij vbi contra desides loquitur sententia . Magne
pater diuum sæuos punire tyrãnos:Haud alia ratione velis,cum
dira libido Mouerit ingenium feruenti tincta veneno. Virtutẽ
vt videant:intabescãtq; relicta: Anne magis siculi gemuerũt era
iuuenci.Et magis auratis pendẽs laqaribus ensis.Purpureas sub
ter ceruices terruit:imus Imus ꝑcipites:q; si sibi dicat & itus Pal
leat infœlix qđ ꝓxima nesciat vxor. Aulus Gellius in noctibus
atticis Capite.i.xvij.libri refert Stoicos dicere Maliciam fatis eẽ
ad summam miseriã. Virtutẽ e diuerso ad summũ bonũ.pipate=
ticos aũt consentire militiam qdem summã miseriã conficere:
negare tñ summũ bonũ virtute sola pfici posse:nisi & nature &
fortune bona accesserint.Idem ipse Gellius lib.xj.sic inquit.Phi
losophũ noie pegrinum virũ grauẽ cui postea cognomentũ ꝓ=
teus factum est audiuim⁹.Qui virũ quidẽ sapientẽ nõ peccatu=
rũ esse dicebat:etiã si peccasse eũ dei atq; hoies ignoraturi essent.
non eñ pœne metu nõ esse peccandũ: sed iusti honestiq; studio
& officio &c.Iuxta qđ iã adduxi Horatij illud.Oderunt peccare
boni virtutis amore.Oderunt peccare mali formidine pœne.Du
ros casus.Casus dr̃ a cadẽdo:itaq; quia in malũ cadere dicimur&
in mortem.sæpe in malã partẽ accipit̃.verumtñ ꝓ euentu poni
tur vsq; adeo:vt ẽt ĩ bonam partẽ accipiat̃ .quocirca dicit duros
casus.i.duros euent⁹.& duros labores.Sicut.j.eneid. vbi hæc lit
tera allegoricos describit̃ cũ dicitur.Per varios casus: per tot di=
scrimina rerũ. Tendimus in latiũ: sedes vbi fata quietas. Oñdũt
illic phas regna resurgere troiæ.Durate & vosmet rebus seruate
secũdis &c.Quid eñ aliud est tendere in, latium nisi in patriam ꝓ
missionis:in quã nimirum per dexterum hunc callem tendim⁹:
vt enim monstratum eit ille in v̾tice summo fessis requiem pre
bet: iuxta

P. Vergi.Maronis Coppa.

COPpa syrisca caput graia redimita mitella.
Crispũ sub crotalo docta mouere latus:
Ebria famosa saltat lasciua taberna:
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid iuuat æstiuo defessum puluere abesse:
Quã potius bibulo decubuisse toro?
Sunt coppæ calices:cyati:rosa:tybia:chordæ
Triclinia vmbrosis frigida harundinibus.
Est & mœnalio quæ garrit dulce sub antro:
Rustica pastoris fistula more sonat.
Est & vappa cado nuper diffusa picato:
Est strepitans rauco murmure riuus aquæ.
Sunt etiam croceo violæ de flore corollæ.
Sertaq; purpurea lutea mixta rosa.
Et quæ virgineo libata achelois ab amne:
Lilia vimineis attulit in chalatis.
Sunt & caseoli.quos iuncea fiscina siccat:
Sunt autumnali cærea pruna die.
Castaneæq; nuces & suaue rubentia mala.
Est hic munda ceres:est Amor:est Bromius.
Sunt & mora cruenta:& lentis vua racemis:
Et pendet iunco cæruleus cucumis.
Est tuguri custos armatus falce saligna.
Sed non & vasto est inguine terribilis.
Huc Alybida veni:fessus iam sudat asellus:
Parce illi:vestri delitium est asinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadæ
Nunc vere in gelida sede lacerta sedet.

bet:iuxta qđ dr̃ sedes vbi fata quietas &c.Sed nõ nisi in sum
mo vertice.vnde est.Durate & vosmet rebus seruare secundis.
Atq; desidiam.Hic manifeste desidiã vt oium virtutũ hostẽ ex= Desidia.
agitat .Virtutis eñ(inquit Cicero)laus omnis in actione cõsi=
tit &c.Ocia vero nos ad oia mala concitant ꝑcipue ad luxuriam
Vñ Oui.in de remedio amoris.Querit̃ egist⁹ quare sit fact⁹adul
ter? in promptu causa est: desidiosus erat.Et alibi.Ocia si tollas
periere cupidinis arcus.Et Iuue.Nũc patimur lõge pacis mala se
uior armis.Luxuria incubuit &c.Dicit aũt bñ luxũ inertem .qa
oino segnes & inertes.i.sine arte nos facit:priuatq; diuinarũ rerũ
contemplatione:qđ significat̃.n enei . vbi Aeneas deos videre
nõ potuit tantisper dũ venus adesset:quos ea absente continuo
vidit Summope aũt prisci illi Romani inertiam fugerunt . Vñ
Sallusti⁹.Prudentissimus quisq; maxime negociosus erat . Inge
niũ nemo sine corpore exercebat.Optimus qsq; facere q; dicere:
sua ab alijs bñfacta laudari.q; ipse alioꝝ narrare malebat.Igitur
domi militie boni mores colebant̃ &c.Quia igitur boni & sapiẽ
tis viri est non modo sapere verũetiam agere. Affrani⁹ (vt reci=
tat Gelius)egregie sapientiam sic describit. Vsus me genuit : mr̃ Sapiẽtia.
peperit memoria Sophiã vocant me graij vos sapiẽtiã. Pacuui⁹
quoq; eodẽ Gellio teste:ad sapientẽ vt bene agat ptinere sic do=
cet Ego odi hoies ignaua opa:& philosopha sententia.Nihil eñ
indignius fieri posse neq; intolerãtius dicebat q; q hoies ignaui
ac desides: operti barba & pallio mores & emolumenta philoso
phiæ:in lingue v̾boruq; artes conuerterẽt : vt vitia facũdissime
accusarẽt:intercutibus ipsi vitijs madentes Hæc illi.Hinc Iuue.
Vltra sauromatas fugere hinc libet & glacialẽ Oceanũ: quoties
aliquid de moribus audent.Qui curios simulant & bacchanalia
viuunt &c.Dum fugit &c.i.dũ fugere tentat non etenim euitat:
sed dum incautus requiem nancisci sperat. senex rebus paternis
consumptis:& corpore omni indulgentia deprauato miser in=
ops & turpis omnibus modis laborat.Dicit notanter ĩ cauta mẽ
te:quia si sapiens esset:non ita fugeret laborem. Est autem quod
dicit in sermonibus Hora.Dum vitant stulti vitia in contraria
currunt.& in de arte poetica.In vitium ducit culpe fuga si caret
arte. Affectate autem videtur Vergili⁹ tempora diuersa ponere:
cum de bono dicit per verbum de futuro laudemq; decusq; pa=
rabit.non eñ bonus vir cõtinuo laudat̃.licet sibi tacite gaude=
re põt.Nã sæpe post fata hoc est post corpis mortẽ:primum gl̃ia
dat̃. Vñ Propertius. At mihi quod viuo detraxerit inuida turba
Post obitum duplici fenore reddet honos.

DOMITIVS.

Coppa syrisca.Omnis huius opusculi summa est vt hortet̃ DOMI.
Mœcenatem & socios ad voluptatem insinuatione qua=
dam vtens coppe mœcenatis liberte: quæ a loco sic nomi
nata græce apud orchomenon Boetie sunt enim Coppe iuxta ce
phisum amnem qui lacum facit copaidem nominatum:syrisca
quæ venerat ex syria.Graia mittella: fuit eñ mitra ornamentũ
capitis primũ apud Meonios.deinde egyptij & syri vsi sunt: te=
ste Hero.Verg.Meonia mentum mitra crinesq; madente. Crota Crotalũ.
lo:crotalum instrumentum musicum quo egyptij in deoꝝ ceri
monijs vtebant̃:& quidã a cruo quod est pulso denominarunt
nonnulli græcoꝝ pro plaustro resonante posuerunt. Alij annu
lum ex ere factum qui secreto baculo percutiebatur ad sonitum
reddendum intellexerunt.Calamos:phystulas quas ipsa pulsa=
bat.Raucos:sonoros: Ad cubitum.id est quietem. Bibulo nam
qui dormiunt videntur bibere susurando in somno . Coppe:
vasa vinaria . Chorde:cythare Triclinia lecti erant:vel tricli=
nia in quibus veteres comedebant.Harundinib⁹:quæ solebant
apponi ad voluptates.Menalio archadico.idest quales solent eẽ
in monte archadio vbi solebant pastores:& etiam potest refer=
ri ad euandrum qui venerat ex archadia:vbi erat palanteum: &
palatiũ condiderat. Vappa vinũ asperũ & fetidum & vappa dr̃ Vappa.
vinum euaporatum.i.qđ amisit saporem.Picato:nigro vel a pi
ce.Lege Martia.Chorolle:dicuntur:a choro & sic a chorona.Ce
cropio apud Himetum montem Atheniensem solẽt adesse apes
Luthea rubicunda apud Buco.Mollia lutheola Achelois nym=
pha fuit acheloi:filie eñ Acheloi dñr syrenes: vt idem Vergil.
alibi Syrenum cantus varios acheloia proles Fiscina canistrum
& calathus.Bromius:cognomen bacchi est a bromo qđ est con=
summo:vino eñ moderate sumpto oẽs humores repellunt̃. Tu
guri casa pastoralis.Custos:priappus saligna ex salice fact⁹. Aly
bida:priape ab alybidib⁹ apud quos in veneratiõe est.Illi. Asel Alybida
lo Vr̃i.i.qđ habet̃ ex vobis. Vitro:cyato vitreo.Aestiuo. Opti
mo & apto tpe æstatis.Strophium:coronã.Decerpes.capies.Pri
sca pereant:illi qui seruant grauitatẽ vt prisci nostri habuere.Ci
neri ingrato:nihil sentienti alibi idem Verg.in.vj.enei.Flebant
& cineri ingrato suprema ferebant solebãt eñ sepulchra vnguẽ
tis & floribus odoriferis spargere antiqui qđ testatur Tibullus
dicens:illic quas mittit diues panchaia merces Aeoiq; arabes di
ues &

[illegible]ues & assyria.Pone:pare & funde vinum. Curat: qui seruat voluptatem ad diem crastinum.

ASCENSIVS.

ASC. Coppa syrisca.Carmen hoc elegiacum quod Vergilio ab omnibus ascribitur facile quidem est expositu:sed non minus delitiosum q̄ quę ab epigrammatistis ac elegiacis scribi solet vt sciamus & elegiacum Maroni non fuisse penitus negatum.Inuitat autem mœcenatem ad voluptatem:sic tamen vt prudentes potius ab ea retrahat.Nam conclusurus opus sic.Pone merum & talos:pereat qui crastina curat.Addit Mors aurem vellens viuite ait venio.Pro quo quidam mendose legũt. mors autem veniens Vellere vero aurem accipi solet pro eo quod est admonere:admonentes enim id facere solebant nam auris memorie dicata est:vt in Buco.Cynthius aurẽ Vellit & admonuit quia vero omnia manifestaria sunt finem facio:hoc solum monuisse contentus.

DOMITIVS.

DOMI. Ver erat. Opusculum: Vergilij de Rosa:in quo virgines hortatur ad voluptatem percipiendam : & pariter viros intelligere possumus erudiri ad ætatis sue commoda percipienda:ita enim pulchritudo & virginum decus præterit: & breue tempus sortite sunt:sicut rosa quæ mane aperta & viuacitatem ostendens peracto die languida & fragilis vero rubore deperdito apparet Ver:tempus veris quo omnia florent.Reuecta: reducta Croceo:purpureo propter aurore ruborem Strictior qa noctes sunt breuiores.Anticipare ante capere.Quadrua quadrata.riguis.aspersis Vegetare:viuaciorem me esse. Pruinas rores Gramina:hærbas.Guttas:congelatas.Grauidas: caules oppressos pruinis.Pestum oppidum in campania abundantissimum rosarum.vnde Biferiq; rosaria pesti.Lucifero:stella matutina. Canebat:albescebat.Rosida:plena rore ad prīos radios quia quādo sol oritur rosa liquescit Duorum:aurore& floris color vnus: Ille color floris dea venus dea floris & stelle. Murex: conchile. quo tingitur purpura hæc rosa.Galero:appellat gallerum illa folia.quibus vestitur rosa.Obeliscus:amianus Marcellinus dicit Obeliscꝰ obeliscum lapidem asperrimum in figura mete cuiusdam sensim a proceritate in celsum consurgentem esse:& vt radium imitetur paulatim gracilescentem:ipseq; quadrata in verticem productum angustum manuq; artificis leuigatum:ad cuius similitudinem rose ipsius tumorem:noster hic poeta obeliscum appellat:rosa videtur obeliscus anteq̄ aperiatur.Mucronem:cuspidē. Illa:alia rosa.Exinuabat:explicabat amictus folia:quæ sunt tāq̄ amictus.Meditans cogitans.Rosa quando est aperta vt calathus ridens:id est lætus.Rutilauerat splenduerat:sed facta est pallida. Punica:rubicunda:Rubore:rosarum.Nouatus nouationes.Iuncta:coniuncta & vicina.Aeuum:suum quia rosa viuit longo tēpore:nomine & fama atq; gloria.Ouid.in amoribus : Venture memores iam nunc estote senecte.Sic nullum vobis tempus abibit iners.

ASCENSIVS.

ASC. Ver erat.Hoc quoq; carmine poeta(siue is Maro:siue vt vir doctissimus Hieronymus aleander asserit ausonius est) nos ad voluptatem inuitare videtur:sed prudētes magis deterret ab eius illecebris.Nam si vt Iob dicit Homo quasi flos egreditur & conteritur & fugit velut vmbra:stultus erit quisq; in hac tam fragili vita beatitudinem suam constituerit & voluptati inhyauerit:vnde poeta concludens opus his verbis.Collige virgo rosas dum flos nouus & noua pubes. Et memor esto æuum sic properare tuum:non tam ad voluptatem q̄ ad laudabilia opera faciēda cohortatur.Cęterum cum omnia facilia sint paucissima præter Calderinum elucidabimus. Blando morsu quia sunt frigora brumalia quæ ledant:vnde in Bucolicis ah ne te frigora ledant : sunt & estiua quæ delectent:vt in eisdem.frigus captabis opacum.Croceo mane id est matutino tempore. Plautus tamen declinauit dicens a mani secundum Seruium iugales eoos:id est equos solis ab oriente venientes Rara gemma grossus ab euangelista vocatur in vitæ nodus vnde pampinus exit sic hic vnde rosa.Venus est domina:qa lucifer & hesperꝰ stella est veneris.Forsan & vnus odos.id est odor vnde devenere in primo eneid.Ambrosieq; come diuinum vertice odorem.Spirauere.dea paphiæ.paphos ciuitas cypri vbi venus quæ paphia inde dicitur præcipue colitur vnde eneid.primo Ipsa paphum sublimis abit sedesq; reuisit Lęta suas &c. Conquerimur natura ordo est.o natura nos conquerimur q; gratia florum est breuis &c. heous.i.sol.anum.i.vetulam.

Si sapis æstiuo recubans nunc prolue vitro:
Seu vis crystallo ferre nouos calices.
Eia age pampinea fessus requiesce sub vmbra:
Et grauidum roseo necte caput strophio.
Formosus tenere decerpes ora puellæ
Ah pereant cui sunt prisca supercilia.
Quid cineri ingrato seruās bene olentia serta,
An ne coronato vis lapide ista tegi?
Pone merum & talos:pereat qui crastina curat:
Mors aurem vellens:viuite ait:venio.

P. Verg.Maro.aut potius Ausonii Rosæ.



Er erat:& blādo mordētia frigora morsu
Spirabat croceo mane reuecta dies.
Strictior eoos præcesserat aura iugales
Aestiferum suades anticipare diem:
Errabam riguis per quadrua compita in herbis
Maturo cupiens me vegetare die:
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere aut holerum stare cacuminibus:
Caulibus:& patulis teretes colludere guttas:
Et cœlestis aquæ pondere tunc grauidas
Vidi pestano gaudere rosaria cultu
Exoriente nouo rosida lucifero.
Rara pruinosis canebat gemma frutetis
Ad primos radios interitura die.
Ambigeres raperet ne rosis aurora ruborem
An daret:& flores tingeret orta dies.
Ros vnus:color vnus:& vnum mane duorum
Syderis & floris est domina vna venus:
Forsan & vnus odor:sed celsior ille per auras
Difflatur:spirat proximus iste magis.
Communis paphiæ dea syderis & dea floris
Præcipit vnius muricis esse habitum.
Momentum intererat:quo se nascentia florū.
Germina comparibus diuiderent spatiis.
Hæc viret angusto foliorum tecta galero.
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hæc peperit prima fastigia celsa obelisci
Mucronem absoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exinuabat amictus:
Iam meditans foliis se numerare suis.
Nec mora ridentis calathi patefecit honorem
Prodens inclusi semina densa croci.
Hæc modo quæ toto rutilauerat igne comarum:
Pallida collapsis deseritur foliis.
Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam:
Et dum nascuntur consenuisse rosas.
Ecce & defluxit rutili coma punica floris
Dum loquor:& tellus tecta rubore micat.
Tot species:tantosq; ortus:variosq; nouatus
Ipsa dies aperit:conficit ipsa dies.
Conquerimur natura:breuis q; gratia florū est:
Ostentata oculis ilico dona rapis.
Quam longa vna dies:ætas tam longa rosarum:
Quas pubescentes iuncta senecta premit.
Quam modo nascentem rutilus conspexit hoeus:
Hanc rediens sero vespere vidit anum.
Sed bene q; paucis licet interitura diebus
Succedens æuum prorogat ipsa suum.
Collige virgo rosas:dū flos nouus:& noua pubes
Et memor esto æuum sic properare tuum.

P. Vergi. Maronis est:& non.



ESt & non cuncti monosyllaba nota frequẽ
tant:
His demptis nihil est hominum quod ser
mo volutet.
Omnia in his:& ab his sunt omnia:siue negoci
Siue oci quicq̃ est:seu turbida:siue quietis.
Alterutro:pariter nonnunq̃ sæpe seorsis
Obsistunt dubiis:vt mores ingeniumq;:
Et faciles:vel difficiles contentio nacta est.
Si consentitur.mora nulla:interuenit est:est.
Si dissentitur dissensio subiciet:non.
Hincfora dissultant clamoribus:hinc furiosi
Iurgia sunt circi:cuneati hinc lata theatri
Seditio:& talis agitat quoq; curia lites.
Verba ferunt studiis:salua pietate loquentes
Hinc etiam placidis schola consona disciplinis
Dogmaticas agitat placido certamine lites.
Hinc omnis certat dialectica turba sophorũ
Est lux:est ne dies ergo?non conuenit istuc:
Nam facibus multis:aut fulguribus quoties lux
Est nocturna,homini:non est lux ista diei.
Est & non igitur quoties lucem esse fatendũ est:
Sed nõ esse diem mille hinc certamina surgunt.
Hinc pauci multi quoq; talia commeditantes:
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt:
Qualis vita hoim:duo quã monosyllaba versant.

DOMITIVS.

ESt & nõ.Deridet dialecticos& sophistas:quorũ ois scietia nugax & vana est nec aliud cõtinet q̃ est & nõ Fatemur hmõi disputationibus ingeniũ reddi acutius sed tñ barbarius fieri inprimis aũt effectũ eorũ exponit.inde hypotethicũ quendã syllogismũ adducit Cũcti mortales.Illorũ.dialecticorũ hoim.Oci.qetis Alterutro vnũ dicimus.Obsistũt:aduersant.Seorsis:a se remotis & incognitis vt mores sunt illorũ sic & disputãt.Si cõsentit ab aduersario.Subiiciat:subiũgat:& dicat aduersarius nõ est verum subit fiunt cõtrouersie.Cuneati,ad similitudinẽ cunei facti.Cõiugia:maritus & vxor agitãt hæc est & nõ: sic & nati faciunt cũ pribus.Cõsona:cõueniens agitat mouet lites.Dogmaticas:dogma significat decretum & iudiciũ atq; deliberationem . Sophorũ:sapientium.Est lux exemplum ponit hipotethicorum syllogismorum quorum species sunt quinq; syllogismorum dialecticorum octo & decem traduntur. Est lux:fateris esse lucem : ergo est dies.Nõ est dies:nõ videtur dies.Certamina disputationes.Qualis vita:exclamatio poetæ qui miratur q; semper vita hominum versatur in his monosyllabis est & non.

ASCENSIVS.

ESt & non.Deridet inquit Calderinus dialecticos.Mihi quoq; deflere videtur miseram mortaliũ sortẽ sub tanta ignoratione degentiũ:vt nihil certo sciant qđ magni viri asseruisse legunt.Est lux.Argumentum sophisticũ.Qñcunq; lux est:dies est:Noctu dum faces accenduntur lux est:ergo dies est. ASC.

De ætatibus animalium.



Er binos deciesq; nouem superexit
in annos
Iusta senescentum quos implet vita
virorum.
Hos nouies superat viuendo garru
la cornix:
Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus:
Alipedem ceruum ter vincit coruus:& illum
Multiplicat nouies phenix reparabilis ales.
Quam nos perpetuo decies præuertimur æuo.
Nymphæ & hamadryades : quarum longissima vi
ta est.
Hæc cohibet finis viuacia fata animantum.
Cætera secreti nouit deus arbiter æui.

ASCENSIVS.

PEr binos.sunt qui hos versiculos præponant Tris annos sepes:& tris sepes canis explet: Tresq; canes beneuiuit equus: sed equos homo ternos . Per binos &c. id est per. xcij.annos hoc est per tres cursus. Saturninos viuit homo ad iustam senectã pertingens.Sunt enim qui quartum addunt: sed meliore luto cõditi aut regimine præditi.Hos nouies scilicet viros Phenix reparabilis ales dicitur enim sola auis esse : & ad vltimum vite ligna colligere & odoribus ac calore solis flatu alarum adiuto incendere incensaq; intrare : & ex cineribus ac rore cœli nouam renasci. De ætatibus autem cornicis:cerui:& corui Plynium legito Hamadryades sunt nymphę syluarum quas cum syluis oriri & interire dicunt:vnde prisci semideos diu quidem viuere:sed aliquãdo mori dicebant. ASC. Phenix.

Monostica de erumnis Herculis.



PRima cleonæi tolerata erumna leonis:
Proxima lernæam ferro : face contudit hy
dram
Mox erymanthæum vis tertia pertulit aprum.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Simphalidas pepulit volucres discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliauit amazona baltheo.



Septima in argeis stabulis impensa laboris.
Octauo expulso numeratur adorea tauro.
In diomedeis victoria nona quadrigis:
Gerione extincto decimā dat hyberia palmā.
Vndecimum mala hesperidū distracta triūphū.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

ASC.

ASCENSIVS.

præstantiam: vt oratores. Demosthenem & Ciceronem: Poetas Homerum & Vergiliũ. Genus vnde latinum Liuius author optimus nusq; latinos commemorat: neq; id nominis in sua historia meminit: donec ab Aenea ipso aboriginibus Troianisq; impositum est. Gens enim cui latinus imperitabat: Aborigenes vocabantur: quos vero æneas duxerat. Troiani. Sed postq; Mezentius Hetruscorum rex: Turno Rutulisq; iam diffisis rebus socia arma iunxit. æneas ea tempestate aduersus tanti belli terrorẽ: vt animos aboriginum sibi cõciliaret: ne sub eodem iure solum sed etiam nomine omnes essent latinos vtramq; gentem appellauit. Qua quidem re effectum est: vt aborigines Troianis studio ac fide erga regem Aeneam nequaq; cederent. Bene igitur a Mantuano Vate traditur Latinum genus ab ænea deductum. Albaniq; patres. Ascanius: cui cognomentum etiam iulo erat queq; Iulia gens auctorem nominis sui nuncupat: incertum si Creusa: an Lauinia genitus: sed proculdubio ænea natus: post patris obitũ Lauinio vrbe relicta. nouam aliam sub albano monte condidit: quæ a situ: vt ait Liuius: porrectæ in dorso vrbis Longa alba appellata est: Liquido ex his constat albanos patres ab ænea profectos. altæ mœnia Romę. Compertum est mihi apud historiarum scriptores: non latinos solum. sed etiam græcos quicunq; veritatis nobilitate præstant. Romanam vrbem. auctores habuisse Remum ac Romulum fratres. sed eorum quoq; genus (si altius initia repetantur) ab ænea sumpsit exordium. Ita enim origo antiquior. & quasi genealogia contexitur. æneas namq; genuit ascanium. qui (vt diximus paulo ante) & longam albam condidit. & in ea regnauit. ascanius genuit æneam Siluium: æneas Sylui9 Latinum Siluium. Latinus genuit albam. alba genuit athẽ. athis genuit Capem Capis capetum. capetus genuit Tyberinum. Tyberinus genuit agrippam. agrippa genuit Romulum Siluium. Hic vero fulmine ictus Auentino regnum per manus tradidit. huic deinceps Proca successit in regnum. qui Numitorem atq; amulium procreauit. Numitor Rheam Siluiam genuit. ex qua a Marte compressa (vt plæriq; fabulantur) geminus partus editus est. natiq; Remus & Romulus. qui Romanæ vrbis incunabula quædam primordiaq; iecerunt. Non absurde igitur dictum. & mœnia initiaq; Romani populi ab ænea fluxisse. Mœnia. PlærIq; hanc particulam vnde ducta sit ignorant. Vulgus autem grãmaticorum mœnia appellari dicit veluti munimina q; totius vrbis munimẽta sint. Verum turba imperitorum hominum ita arbitrantur. nescientes mœuium extitisse qui mœnia primus excogitarit. ac mœnia post ab ipso inuentore Mœnio sumpsisse nomen. Romæ. Sunt q ambigant. quã ob rẽ Roma appellata est & q̄rentes. vñ nomen id ductũ sit in cõtrarias opiniones distrahunt. Quidã arbitrant primũ eã Romę appellationẽ ab Euãdro inditã qui cum oppidum ibi offendisset. quod extructum antea Valentiam dixerat latina iuuentus: ne prioris nominis significationẽ mutaret Romam græce Valentiam appellauit: Nos autem Græcorum volumina perscrutantes. animaduertimus ῥώμην robur significare. Nuper vero apud isocratem: virum apud Græcos magna gloria excellentem id nomen repperimus: vbi de robore & corporis viribus locutus est. Eadem autẽ apud Græcos dictio: fœminino genere ω littera & dasea: quæ crassi spiritus nota est. perscripta modo robur. modo Romam vrbem significat. Quod si Græcos imitemur: prima eius particulæ syllaba aspirationem admittat: cum nusq; in vetustissimis codicibus Romam aut audiuerim aut legerim: fuere nõnulli: in quibus & Heraclides auctor etiam celeberrimus: qui Rhomam a nobilissima quadã muliere & captiua originem traxisse velint. Dicunt enim Troia capta:

Achiuorum

Achiuorum quosdam per Tyberim amnem in ea loca ven-
isse vbi autem Rhoma sita est. Suasu autem romæ quę vna in
captiuas plurimum corporis forma & vultus decore ac venu
state præstabat: sedes inibi locauisse atq; mœnia instruxisse noui
oppidi: quod ab illius nomine romã appellarint. Alij vero quo-
rum in primis fuit Agathocles: eãdem vrbem a nomine rhomes
vocatã ferunt: sed fuit rhome, Ascanij (vt ipsi perhibent) filia &
neptis Aenæ: quam ob præclara virtutum muliebrium meri
ta dignam existimarunt: cuius appellationem rhomana ciuitas
sortiretur. Sed hæc forsitan cæteris omnibus quasi similia veri:
ac probabilia videri possint. Sed nos Liuium in plærisq; auctorẽ
secuti romam a cõditoris noie appellatam credimus. Nam romu
lus ipse post fratris interitum ac cædem turpissimam solus poti-
tus imperio vrbem perfecit: & de suo nomine Romam vocauit.

ASCENSIVS.

¶ Musa mihi causas mẽora &c.
Poetæ heroici quia res supra hu
manas vires se pertractare signi-
ficant inuocant: greci quidem si
mul & proponunt latini vero ꝓ
ponunt & deinde inuocant. vn-
de Homerus in iliade μηνιν αειδε
θεα &c. iram pande mihi dea:
& in odyssea ανδρα &c. i. vt Ho
ratius transtulit dic mihi musa
virum capte post tempora troię
qui mores hominũ multorũ vi-
dit & vrbes: vt autẽ Philelphus
sic. Callentem dic musa virum
q mœnia sacre Diruta post troię

Musa mihi causas memora: quo numine læso
Quid ve dolẽs regina deũ: tot voluere casus.
Insignem pietate virum: tot adire labores
ᵃ Impulerit: ᵃ tantæ ne animis cœlestibus iræ?

PIERIVS.

a ¶ Tot adire labores impulerit. In Ro. codice, impulerat, indi-
candi modo, & exacta specie legitur. Quasi iam hinc ad conci
liationem, quę iouis præcibus subsecuta est, Poeta respexerit.
sed enim codices reliqui tam veteres, q; recentiores, impule-
rit, legunt: hac tñ forma pleraq; alia sic mutata reperiemus.

multumq; diuq; pererrans Et mẽtes hominum multoꝝ vidit &
vrbes. Poeta ergo prius proposuit: vt quid lecturi sumus nosca-
mus deinde quasi minime potens ea exequi inuocat dicens. Mu-
sa mihi causas memora: quasi dicat scio quidem virum insignem
pietate & armis multa passum ob iram Iunonis. at ignoro causas
irarum: & ita illud quo numine lęso non accipiam generaliter de
quocunq; numine quia præmisit iunonem esse lesam: sed in iu-
none cum varia sint numina. id est potestates quibus ad nutũ fa-
cit: dubitat quod in ea lesum sit q virum bonum ad tot mala im
pulerit: de qua re Donatus sic. ¶ Musa. ab inuocatiõe muse quod
erat scripturus incepit: quam cum dea sit nihil latere oportet In-
terrogat ergo vt cum nulla in ænea culpa inueniatur: confirmet
iunonis sęuitiam. Hæc Donatus. Nihil musas latere innuit au-
ctor dicens ænei. septimo. Et meministis enim diue: & memora-
re potestis. Dicte enim sunt muse vel a verbo μυω quod est quero
sunt enim rerum indagatrices: vel a μυεω quod est instruo & in
sacris initio iuxta quod dictum est Georgicorum secundo Me ve
ro primum dulces ante omnia muse. Quarum sacra fero ingenti
perculsus amore. Accipiant cœliq; vias & sydera monstrẽt. Quot
autem sint & quomodo dicte aperuimus in opusculo de musarũ
inuentis. Quid ue dolens Regina deum. Magna laus ænee. cuius
virtus ac gloria a fatis illi prædestinata Regine deum dolori esse
potuit: cum ergo id humanum captum excedat bene musam con
sulit. Tot voluere casus Seruius hypallagem cẽset. i. actiuum pro
passiuo: vt sit dictum pro eo quod est insignem pietate virũ vol
ui a tot casibus. sed longe maior laus est ænee: quem nõ casus vol
uerunt: sed qui casus voluit: fuit enim in omnibus victor quia
infracto animo itaq; casus voluit qui pusillanimos & inconstan
tes voluere solent Donatus sic.
¶ Insignem pietate virum. id est deorum cultorem & spectate vi-
te: quid ergo delinquẽti fecisset cum ita insectetur innoxium. Er-
go collige. Nam cũ irascendi causa non sit: & non possit satiari in
numeris tormẽtis & grauissimis casibus probat illam esse sęuam
His dictis instruit homines ad bonam viuendi rationem. Bonũ
enim virum iustus dolor mouerat & tamen non erat in vltione
immoderatus: nec iustas iras diutius retinebat. Vnde Sallustius.
Et iniuria accepta ignoscere q; persequi malebant. Tante ne ani-
mis cœlestibus ire. Admiratur hoc poeta cum dij lenes esse soleãt
& misericordes q reprehẽdatur in eis: quod in hominibus displi
cet: Hæc Donatus. ¶ Ordo est. O musa. i. dea rerum occultarum
inuentrix: & doctrix aut hystoriarum perita videlicet clio: aut he
roici carminis præses vt calliope memora. id est recense & ad me
moriam reduc: mihi causas scilicet cur multum ille & terris iacta
tus & alto quo numine. i. qua parte diuinitatis aut qua potestate
iunonis (nam vt dixi: si exponeretur quo numine. id est quo deo
iam quereret quod ipse prædixerat: dictum em̃ est quia sæue me-
morem iunonis ob iram sed cum multe sint iunonis potestates
est enim regnorum & partus præses: deorumq; regina: & soror &
coniunx iouis querit in quo sit offensa) lesa. id est offensa: ab Ae
nea scilicet ve pro vel si in nullo lesa est ab eo: quid regina deum
id est deorum iuno dolens. id est egreferens (nam inuidia nõ sem
per ab iniuria aut lesione nascitur: vt qui ad iustum regnũ a deo
exaltatur multis inuidiosus at nulli iniurius est) impulerit. id est
coegerit virum insignem. id est illustrem & præter cæteros præ-
ditum pietate. id est religiosa obseruatione in deos & in parentes
voluere. id est tractare circumagere tot casus. id est erumnas & ad
uersitates. cũ tamen ab eis volutus non sit quia victus nõ fuit: &
impulerit

SERVIVS.

¶ Musa: proponũt. inuocant. ac SER.
tertio loco narrant poetæ. Luca. Inuocan
tamen peruertit. Nam proponit dum qñ.
deinde narrat. postremo iuocat.
Non est tñ inuocandũ nisi quip
piam supra humanas vires regri
mus hinc Horat. in arte poetica.
Nec deus intersit nisi dign⁹ vin
dice nodus Inciderit. vt hic nam
nõ poterat per se irã iunonis nos Iunonis
se. Item in nono nisi adderet iu- numina.
no vires aĩmq; ministrat qs cre-
deret turnum euasisse de castris?
Quo numine læso: quo: in quo.
id est in qua re: vel quo numine
id est qua potestate: nam multa habet numina iuno. Est enim cu-
retis quæ vtitur curru & hasta: vt hic illius arma Hic currus fuit.
præest parientibus: hinc Teren. Iuno Lucina fer opem: est regina
deorum ergo dubitat quod numen in ea læserit. Alij separant: vt
non dubitet de odio iunonis: sed quod aliud numen. id est deum
læserit. Tot volue. ca. hapallage est. id est permutatio. id est volui hypalla-
a tot casibus: intelliguntur enim verba per contrarium: vt alibi ge.
dare classibus austros. id est dare austris classes. Insignem pietate.
nam patrem patriosq; deos ab incendio liberauit. Ostẽdit igitur
merito inuocasse musam: nam si pius cur odio deorum laborat?
Tantę non de qualitate: sed de quantitate queritur. Nimia enim
ira est quæ non habet pietatis rationem. Stoice autem loquitur:
nam Epicurei dicunt deos humana non curare: & est exclamatio
admirantis. Animis cœlestibus: qui oĩbus perturbationibus. ca-
rere consueuerunt nam apud inferos est ira cum assint furiæ.
¶ Musa mihi causas memora. Mos est poetis cũ bonis votisq; & DAT.
præcationibus deorum dearumq; carmina exordiri: sed plærun- Musæ.
q; musas inuocare: quæ vt iam supra ex Platonis sententia osten Inuocan
sum est. Poeticæ præsunt: quippe quæ poetarum ac vatum incœ di mod⁹.
ptis aspirare dicantur & plærumq; quidem musam vnam inuo-
cant: aliquando autem Musarum chorum comprecantur Vnam
alloquitur: Homerus. Vnam rursus in Odissea. Surculus itẽ Sta-
tius in Achilleide. Magnanimum Aeaciden. formidatamq; to-
nanti Progeniẽ & vetitam patrio succedere cœlo Diua refer. Scyl
lius quoq; Italicus vnam inuocat. Da musa decus memorare la-
borum. Antiquæ hesperię quantosq; ad bella crearit: Et quot Ro
maviros sacri quum perfida pacti Gens Cadmea super regno. cer
tamina mouit. Plures alloquitur in Thebaide Statius. Fraternas
acies: alternaq; regna profanis. Decertata odijs: fontesq; euoluere
Thebas Pierius menti calor incidit vnde iubetis ire deæ? Hesio-
dum imitatus est: cuius operis primordium nõ illæpide: quispiã
de nostris in Latinum conuertit. Huc ex pierio' resonantes verti-
ce musæ. Ferte pedem: & cantu vestrum celebrate parentem Nõ-
nunq; deum & deam poetæ inuocant: quale est illud in Georgi.
Vos o clarissima mundi: Lumina labentem cœlo quę ducitis an
num: Liber & alma Ceres. Adhibet & alios post deos deasq; quos
orabat vt præsentes: ac propicij forent. Interdum nullius dei pro
pitium nomen adijcitur sed omnes simul inuocantur: quale est
apud Ouidium in Metamor. li. Dij ceptis aspirate meis. Vna dea
nonnunq; contenti sunt. cuius ope vtantur. Id. T. Lucretio cõtin
git ita exordienti: Aeneadum genitrix hominum: diuumq; vo-
luptas: Alma venus. Sed illud in his præcationibus aptissimum
videri debet: si qui ei rei: de qua agendum sit præfuerint. ij a poe-
tis dij deæq; inuocabuntur. Recte igitur agricolationis præcepta
canenti: Rustica numina inuocantur: & inferorum res quispiam
agat commodissime ei Dis pater & Dij manes adsunt quale apud
Claudianum poetam insignem inueniri licet. Dij quibus in nu-
merum vacui famulentur auerni. Vulgus iners opibus. quorum
donatur auaris. Quicquid in orbe perit: quos styx liuẽtibus am
bit Interfusa vadis: & quos spumantia torquens. Aequora gurgi
tibus Phegetõ perlustrat anhelis Vos mihi sacrarum penetralia
pandite rerum. Hoc apud Vergilium non infrequens est. Sed il-
lud peroportunum. quo in sexto Aeneidos libro vsus est dicens.
Dij quibus imperium est animarum: vmbræq; silẽtes. Et chaos:
& Phlegeton loca nocte silentia late. Sit mihi fas audita loqui sit
numine vestro: Pandere res alta terra: & caligine mersas. Magni
enim refert: quem deum quamq; deam poeta inuocet: Calliopẽ
modo

Quo modo præcatur vates: cuius munere atq; ope vtendum esset. Nouem enim musæ sunt: & suo quæq; officio fungitur. Insignē pietate virum. Pium hominem quæq; sit pietas virtus: plærią;

Pietas. ignorant: atq; ob eam ignorationem. Aenee pietatem perperam indocta atq; imperita grammaticorum cohors interpretatur. Sæpe Aeneam Vergilius commemorans insignem pietate virum fuisse testatur. M. Cicero in Rhetoricis libris pietatem a religione seiunxit: ac finiuit eam virtutem esse: per quam sanguine coniunctis: patriæq; beniuolis officium & diligens tribuitur cultura. Hāc ego diffinitionē considerans: vereor ne hi libri sint: qui inchoati ac rudes a Cicerone puero adhuc atq; adolescētulo exciderūt: qd' ad. Q. Fratrem scribit. Neq; em̄ ea pietatis ratio: vt pietate in sanguine coniunctos: vtendum sit: sed (vt veteres existimabant) in deos immortales (vt nos rectius arbitramur) in principem vnum atq; omnipotentem deum. Nimis tum Cicero familiaribus negocijs impediebatur. Sed cum post acrius philosophari cœpit: non inconsiderate pietatem diffiniuit: sed eius noīe rectissime vsus est. Nam in libris quos scripsit de natura deorū: persæpe pietatem ad deorū cultum retulit: ac differēs contra eos: qui oīno nullam habere censerent rerum humanarum procurationem deos. cōtinuo horum inquit. Si vera sententia est quę pōt esse pietas: quæ sanctitas: quę religio. Et rursum. In specie ficte simulationis: sicut reliquę virtutes: ita pietas inesse nō pōt: cum qua simul sanctitatem & religionem tolli necesse est: Et in alio loco idē. Cultus deorū est optimus: idemq; castissimus atq; sanctissimus plenissimusq; pietatis: vt eos semper pura: integra: incorrupta & mēte & voce veneremur. Sed quid multa. Inest in pietate ingens quedam: ac præcipuus amor: cum quadā veluti veneratione ac cultu: quæ cum dijs immortalibus potissimū debeantur: erit pietas (si quis proprie & sana mente loqui velit) ad diuinum cultū referenda pietatem vero habendam in deos immortales cū alij testes sunt. tum in primis Aurelius Augustinus in libro: qd' ευγχειριδιον appellauit eandē dicit apud latinos esse pietatē: quā apud græcos θεοσεβιαν quem bonū cultum merito interpretatur. Et qui Iob librum transtulere vbi apud græcos in eo volumine θεοσεβιαν repererunt: & σοφιαν conuerterunt pietatem & sapientiam Nam ad hominem dictum est. Ecce pietas est sapientia. ευσεβια autem quid sit: probe ostendit Hermes vir admirabili sciētia prę ditus: diffiniēs his verbis. η γαρ ευσεβια inquit γνωσις εστι του θεου: Pietas est dei cognitio. De eadem vero in alio loco μια φιλακη ευσεβι ευσεβους γαρ ανθρωπους ουτε δαιμων κακος ουτε

Eusebia. ειμαρμενη κρατει Et paulopost το γαρ εν και μονον εν ανθρωποις εστιν αγαθον ευσεβια. Vbiq; viri eruditissimi: & qui vtrāq; linguam callent ευσεβιαν pietatem interpretantur: quod si ευσεβια ad diuinum cultum & dei cognitionem pertinet: eodē spectabit & pietas. Quocirca bene Cicero: ac multo etiam rectius: q̄ in Rhetoricis libris in sexto de Republica: pijs omnibus retinendus est animus. in custodia corporis: nec iniussu eius: a quo ille est vobis datus: ex hominum vita migrandum est: ne munus humanum assignatum a deo effugisse videamini. Ostendit pios esse qui & dei legibus parent: & religionis iura non violant. Nā (vt in Tusculanis quæstionibus dictum est) vetat dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare. Vnde & in eodem libro de Republica hortatur Paulus Aemilius Scipionem filium ad iustitiam colendam: ac pietatem quæq; ea cum magna in parentibus & propinquis: tum in patria maxima sit: Dicit pietatē potissimum esse erga patriam seruandam: quia nihil est illi principi deo: qui omnem mundum regit: quod quidem in terris fiat acceptius, q̄ concilia: cœtusq; hominum iure sociari. quæ ciuitates appellantur. Est igitur hæc causa: quare pietas erga patriam maxima est: & ad diuinū cultum nihilominus referri debet: Ne igitur plura de pietate dicam: præcipua est in deo: magna in patria: non mediocris in parentibus: non adeo in bene conuenientibus propinquis manifesta: non nulla deinceps in amicis: de qua etiā Cicero ad CN. Lentulum. Ego omni officio: ac potius pietate erga tè cæteris satisfacio omnibus. Sed ea pietas non satis proprie dicta est. quam Platonici etiam iusticiæ partē esse voluerunt: de qua etiam religio nata est. His igitur ita explicatis ostendendum

Pius. censeo quamobrem pius sit appellatus Aeneas: ac putant plærīq; dici ob eam causam insignem pietate virum: q̄ patrē miro semper amore coluerit: præstiteritq; obsequentium liberorum officio: freti forsitan Vergilij ipsius verbis in plærisq; locis: quibus patrem Anchisen pius alloquitur Aeneas. Ergo age chare pater ceruici imponere nostræ. Ipse subito humeris: nec me labor iste grauabit. Quo res cumq; cadet: vnum ac commune periclū Vna salus ambobus erit. Atq; iterum. Latos humeros: subiectaq; colla veste super fuluiq; instemor pelle leonis. Succedoq; oneri. Et alio in loco Amphrisiam vatem præcatur idem æneas. Vnum oro (quando hic inferni ianua regis. Dicitur & tenebrosa palus Ache

ronte

(Cur) impulerit adire (quod fortis animi est qui terribilia constanter sed & prudenter aggreditur) tot labores signanter & [illegible] ferte dictum. vir enim prudens adit labores: quippe per [illegible] virtutem itur: & qui ipsi mali non sunt non autem adit [illegible] adeuntes voluit. obluctando enim vincit eos. vnde di[illegible] superanda omnis fortuna ferendo est. Ne. id est tantę sunt [illegible] irę animis cœlestibus. id est habent ne animi cœlestes tantas iras vt etiam in virum insignem virtute odia exercere valeant. quasi dicat id perspicere non possum: Itaq; musa mihi causas memora.

(F)ronte refuso) Ire ad conspectum chari genitoris & ora Contingat doceas iter: & sacra ostia pādas. Illum ego per flammas & mille sequentia tela Eripui his humeris: medioq; ex hoste recepi. Sed & mortuo quoq; iusta semper Aeneas patri officia psoluit. Hinc est illud in quinto eiusdem carminis libro. Dardanidæ magni genus alto a sanguine diuum Annuus exactis completur mensibus orbis. Ex quo reliquias diuiniq; ossa parentis Condidimus terra: mœstasq; sacrauimus aras. Iamq; dies (nisi fallor) adest: quem semper acerbum: Semper honoratum (sic dij voluistis) habebo, His igitur fortasse argumentis freti pium Aeneam plæriq; in patrem: & suos omnis fuisse arbitrantur: nulla religionis mentione habita: quam diligentissime semper Aeneas seruauit. Qui multum & fatigatus terris & mari iactatus est. dum conderet vrbem. Inferretq; deos latio. Quam rem molestissime ferens iuno apud Aeolum quæsta hæc dicit. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Ilium in Italiam portans victosq; penates. Et patria decedens Aeneas ante omnia pietatis ac religionis memor patrē hortatur. Tu genitor cape sacra manu patriosq; penates. Ac ne sacra violaret. ne ve aliquid contra religionis iura ac sanctiones pontificiorum rituum efficere videretur. subiunxit: Me bello ex tanto digressum: & cæde recenti. Attrectare nefas. donec me flumine viuo abluero. Quare & cū Cumas venisset. & alij sese Troianorum advaria accingunt munera tamen Troianę pubis pars densa ferarum Tecta rapit syluas. inuentaq; flumina monstrat. quibus se abluere Aeneas posset. qui cerimoniarum semper ac sacrorum rituum vnus omnium extitit diligentissimus. vt merito ab insigni poeta pius plærumq; nuncupatus sit. Nam quę sit pietas virtus. satis multis verbis patefactum est. Tantæ ne animis cœlestibus iræ. Admirari sese ostendit poeta iunonis insectationes. atq; inimicitias. quas aduersus Aeneam: hominem pijssimū exercere videretur. Negant Epicurei atq; Stoici simul cadere in deum iram: quod fœdum sit diuinitatis Maiestati pollui iræ ardoribus: atq; vllis perturbationum fluctibus commoueri. Et q̄q; de fictis atq; commentitijs Deis sermonem poeta intulit. operepræcium tamen erit. clarissimorum hominum ac sapientum hac de re nosse sententiam Nostram autem explanationem omnem non ad falsorum Deorum vanitatem. sed ad veri ac summi dei veritatem referri volumus. Irasci deum & ratio ipsa suadet. & scripturarum testimonia comprobant. Sed cum: irasci Ira dei.

deum dicimus. id ita intelligendum est. vt nulla prorsum perturbatione concitetur. Hoc autem verbum (vt eruditissime Aurelius augustinus differit) vindictæ vsurpauit effectus. non illius turbulentus affectus. Nam & si quædam operum similitudo in deo ad punienda hominum scelera inesse videatur. nulla tamen affectionum humanarum infirmitas cadere in deum potest. Lactantius autem Firmianus. cuius incertum est. vtra fuerit: aut eruditio maior: aut facundia dulcior pulcherrime hunc locum differuit. cum in alijs libris. tum in his maxime. quos de ira dei ad Donatum scripsit. Nam cum de gratia paucula esset locutus. tandem de ira dei in hunc modum argumentatus est. Complures sunt inquit. facinorosi & nefarij qui omnia libidinibus polluant. cædibus vexent. fraudent: rapiant: peierent: nec consanguineis nec parentibus parcant: leges & etiam deum ipsum negligant. Ex quibus infert habere iram in deo materiam. Neq; enim fas est eum. cum talia fieri videat. non moueri: & insurgere ad vltionem sceleratorum: & pestiferos nocentesq; delere vt bonis omnibus consulat. Quidam vero cum intelligerent plærosq; affectus non cadere in deum. vt libidinem. timorem. auariciam. mœrorem. inuidiam. omni prorsus affectu vacare crediderunt. Sed cum affectus duplices sint. alteri vitiorum. vt quos modo nominauimus. alteri virtutis. vt ira aduersum improbos. charitas erga integros. miseratio in afflictos. priores a deo longissime abhorrent. posteriores vero diuina potestas. proprios iustos. veros habet. hisq; ipsis diuina iustitia plurimum illustratur. Sapiens igitur vates non admiratur. si cadit ira in deos immortales. sed quod tantæ essent animis cœlestibus irę. Ac paucis verbis explicata a nobis quæstio est. quæ forsitā librorum volumina postulare videretur.

Vrbs ab

SERVIVS.

¶Vrbs: ab orbe: quia antiquitꝰ in orbem fiebant vrbes: vel ab vrbo parte aratri: nam sulco aratro designabantur. Antiqua. s. nã ante. lxx. annos vrbis Romæ cõdita erat: quam Scipio deleuit: nam quę nunc est a Romanis cõdita fuit. Ergo antiqua comparatione eius quæ nunc est: & Roma antiquior. Tyrij te. deest quã. sic alibi: Est locus. Italiã graij cognomine dicunt. i. quam dicunt Coloni cultores aduenę sunt. Italiam contra: quoniam tria habet latera. s. maris superi: inferi: & alpium: vt discerneret addidit tyberinaꝗ littora. Longe: valde Sal. Longe alia mihi mẽs est. Diues op. absolute antiq dicebant diuites nunc iungunt cuius rei: vt diues equum diues pictai vestis & auri. Studijs belli: qđ miraculum est cum ociosa sit semp opulentia: Studijs & non studio Ter enim rebellauit contra Romanos. Vult iuno istis regna forti. Fertur dicitur & artificiose i rebus fabulosis denegat suam fidem poeta. Post habita: non neglecta: sed habita in secundis partibus amoris: amabat enim Samum genitale solum: sed magis carthaginem. Hic pro illic & est figura crebro in vsu: Arma: nam armatam alibi iducit: vt fero accincta vocat: Currꝰ: aut vere currus quo ipsa in cœlo vtitur: vel thensa quæ dicitur a θειος. i. a re diuina: & est qua deorum simulacra portantur. Fuit. quotiens sunt diuersorum numerorꝫ noĩa verbum respondet vicinori: ergo si esset hic illius currus: hic arma dixisset fuerunt & non fuit: si sint noĩa diuersorꝫ generũ adiectiuum respondet vicino: vt vir mulierꝗ magna & non magnus: nisi transeat ad pluralem: nam tunc erit masculinũ. vt vir mulierꝗ magni. Qua vacat me tri causa: vt gẽtium locorum & tandem. iam tum. i. ab ipso ædificationis principio. Tenditꝗ fouetꝗ. i. tendit & fouet vt regnũ esse possit. Duci. i. ductum iri: vt sit pñs tẽpus pro futuro. Audierat a Ioue vel a fatis: nã non oẽs dij futura sciunt. Quapropter & Apollo ꝙꝗ vates est a ioue accepit. vt Quæ phœbo pater oĩpotens mihi phœbus Apollo prædixit: & perite audierat dixit. nã apud Enni. iuppiter Romanis ꝑmittit excidiũ carthaginis. Tyrias: carthaginenses a tyrijs conditas. Olim: in futurũ: sed & pñs & ꝑteritũ significat. Superbum: nobilẽ. Excidio ad excidiũ nota figura. Libyæ: regionẽ pro vrbe Dicta autem est libya quia inde flat libs ventus vel vt ait Varro qsi λειπουσα. i. egens pluuijs Hinc Sallu. Cœlo terra pœnuria aquarum. Voluere: a filo duxit. Vna em̃ loquitur: Altera scribit. Tertia fila reducit. Dicunt eẽ parcę per antiphrasim. i. ꝯtrariũ sermonem quia nemini parcant. Sic lucus cũ nõ luceat: Bellũ ꝙ nulla

⁂ res bella

Vrbs antiqua fuit: tyrii tenuere coloni:
Carthago: Italiam contra: Tyberinaꝗ longe
Ostia: diues opum: studiisꝗ asperrima belli:
Quam iuno fertur terris magis oĩbus vnam.
Post habita coluisse Samo: hic illius arma
Hic currus fuit: hoc regnum dea gentibus esse:
(Si qua fata sinant:) iam tum tenditꝗ: fouetꝗ:
Progeniem sed enim troiano a sanguine duci
a Audierat: Tyrias olim quæ verteret[a] arces.
Hinc populum late regem: belloꝗ superbum
Venturum excidio Libyæ: sic voluere parcas.
Id metuens: veterisꝗ memor Saturnia belli
Prima quod ad Troiã ꝓ charis gesserat Argis:
b (Necdum etiam causæ[b] irarum: sæuiꝗ dolores
Exciderant animo: manet alta mente repostum
Iudicium Paridis: spretæꝗ iniuria formæ:
c Et genꝰ inuisum: & rapti Ganymedis[c] honores)
His accensa super: iactatos æquore toto
d Troas: relliquias[d] Danaũ atꝗ immitis Achilli:
Arcebat longe Latio: multosꝗ per annos
Errabant acti fatis: maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

PIERIVS.

a ¶Tyrias olim quæ verteret arces. Antiqui aliquot cod. euerteret, legunt, quod nonnulli aiunt maiorem præ se ferre conatum, sed enim Ti. Donatus vertere, eam habere intellectus expressam rationem dicit, vt nihil post excidiũ supersit, huicꝗ illud simile subiungit. Quæ te genitor sentẽtia vertit, hoc est sic mutauit, vt nihil pietatis remanserit in sensibus iouis. Additꝗ etiam illud ex alio loco, tum vero om. mi. vi. con. in ig. Ilium, & ex imo verti neptunia Troia, quoniã (ait Donatus) constabat nihil eius remansisse post flãmas, ideoꝗ hæc principalis fuerat caussa, quę etiam si sola existeret, sola posset aduersus Troianos animum Iunonis vrguere. b ¶Nec dum etiam causæ irarum sæuiꝗ, dolores exciderant animo. Superfluum videtur veterum monumenta in testimonium afferre ꝯsuesse priscos, caussam, duplicato, ss, passim scriptitare, quũ tot Romæ marmora spectemus, quæ dictionẽ eam per, ss, geminatum notatam ostentent, scriptionis vero huiusmodi rationem hãc afferri solitam ait Ter. Scaurus, ꝙ caussa dicta sit a cauillationibus, vel a cauendo cauissa, deinde κατα συγκοπην, caussa, ita, s, litteram geminandam putauerunt, vt appareret originatio, aliter tamen ipse sentit, qui dicat, s, litteram non solere geminari, nisi præcedente vocali correpta, quare, causam, vnico, s, scribi mauult. Nos tamẽ libẽtius, s, in caussa, geminamus, quia sic Virgilij & Ciceronis manu scriptum asserit Quintilianus. Vbi vero, sæuiꝗ dolores: legitur in vulgatis codi. Vetera exemplaria quædam cum Longo. labores, habent, quos scilicet cõtra Troianos antea susceperat, toto eo decennali bello. Nam quod sequitur, manet alta in mente repostum iudicium paridis, & quæ sequuntur, ad exaggerationem posita sunt. Sed neꝗ illud dissimulandum est, emendatiores codices, alta mente, absꝗ, in, præpositione legere. Quã quidem particulam Virgilius libenter præterire solet. Quod vero ad, dolores, pertinet. In veteribus plerisꝗ cod. altera illa sublata lectione, dolores, superinductum est, nõ omnino male, si quę sequunt̃ inspicias, q dolendi caussam daret. c ¶Rapti ganymedis honores. Quod in codi. aliquot antiquis duo illa verba. Rapti ganymedis, per lineolas alio atꝗ alio loco ductas, distingui videntur. Nempe in aliquot ante, & post dictionem Ganymedis, hoc pacto. Rapti Ganymedis honores In aliquot inter particulã copulatiuã & participiũ. Rapti, hoc modo, & Rapti Ganymedis honores, in memoriã suggerit varias itidẽ huius hemistichij sententias apud interpretes esse Nonius enim Marcellꝰ, honores, pro integritate & pudicitia vult hoc loco intelligi, quare, Rapti honores, legere videtur

⁂ hoc est

ASCENSIVS. ASC.

¶Vrbs antiqua fuit &c. Hæc est pars executiua in qua velut musa narrante recitant̃ primũ diuerse causę irarum. Non em̃ (vt quidam censent) potuit ꝗuis vnam satis efficacem cõminisci ad tantas iras iunonis in Aeneam sicut ecõtrario Homero satis visa est vna causa irarum Achilis in agamennona. raptus videlicet bresedos indulgẽtissime atꝗ amãtissime puellæ Nihil em̃ mortalis aĩos tam concitat ꝙ amorꝫ occupatio: verũ aliæ fuerunt Iunoni irascendi causæ: sed si propius inspiciant̃ ad hanc vnam redeũt quam postea sic Iuno dictura est Vincor ab Aenea & quã hic sic dicet Me ne incœpto desistere victam: nec posse Italia Teucrorũ auertere regẽ: Quippe vetor fatis. vna ergo fuit irascendi causa ꝙ fatis iuuãtibus ab Aenea vincebatur. Suscepti aũt furoris atꝗ odij causæ due fuerunt: altera ꝙ Paris iudicium pro venere contra Iunonem & Pallada dederat altera ꝙ Hebe Iunonis filia repudiata erat postꝗ Ganymedes puer Troianus & Trois regis filius ab Ioue raptus in eiꝰ locum suffectus erat in quarum secũda duplex est iniuria: quia & hebe prælatus est in officio pincernæ: & iunoni: quia raptus est ad stuprum. Ex tũc ergo iuno semper conata erat gentẽ troianã penitꝰ delere: egerrime ferens ꝙ in fatis esset eam aliqñ rerum potiturã: ad quod impediendum in bello ꝯtra troianos a græcis gesto summa fuit græcorꝫ adiutrix si forte totam gentem delere posset. Carthaginem etiã summopere fouit vt quam Italiæ vbi imperiũ tandem constituẽdum a troianis in fatis erat maximo incommodo futuram præuiderat. Verum cũ reliquias troiani generis supesse videret: nec eas fatis obsistentibus submergere posset: orauit vt saltem dispergantur: quia quod inuiti videremus si penitus abolere nequimus differre conamur Itaꝗ cũ iam post longos errores accederent ad portũ Italiæ a ventorum deo tempestate exorta iterum in carthaginem redire com pulsis sperans aut regnum suũ illic cõstituere aut Romanum qđ futurum norat impedire. Sed cũ inde auocaret̃ æneas & iterũ suborta tempestate i siciliã redierat curauit Iuno vt classes cõburerẽtur quibus in Italiã traijcerentur sed tñ abfuit vt voti cõpos per id facta sit: vt etiã suis votis ꝑ id obstiterit: nã matres & inualidi propterea dũtaxat in sicilia mãserant verũtamen cũ in Italiã venisse videret & vrbẽ iam cõdere acrior dolore mota causas belli per allecto furiam ifernalẽ inuenit: Turnũꝗ & Amatam latini cõiugem in æneam concitauit: tandẽ tñ fatis victa concessit: qđ significat vt dixi: carthaginem aliqñ a romanis delendam: verum cur Iuno regnorꝫ dea dicat̃: Iuno.

 ☞ quidã

quidam volunt quod inferiorem significat aerem : ac faciem terræ. Iuppiter autem eam partem vbi tonitrua fiunt & nubes: vnde in Georgicis coniugis in gremium late descendit: quãdo imber in terram decidit: sup terram autem omnia geruntur regna. Sed hæc secundum suum cuiq; captum exposita sint: deligat sibi quisq; quam sequi velit sentnetiam. Sed audiamus Donatum. Post inuocationẽ in adiumentum carminis & in fauorem suscepti sui operis positam: causas enumerat quibus lector in initio auertat: & Iunonem sæuam: & deos malo studio Iunonis motos : & æneam non sua culpa hæc esse passum . Vrbs antiqua. Primam odiorum Iunonis causam qua æneam insectatur dicit quoniam ab eo gens oritura erat quæ imperium qđ ipa carthagini seruari cupiebat præreptura esset. volebat ergo si posset illum extingui. Igitur hęc sola causa satis erat ad odia excitanda : verum alie quoq; enumerantur vt cum sint procul a culpa æneę & ipse purgetur & Iunonis factum iniquissimum cognoscatur. Laudat multipliciter carthago vt ostendat illa Romanum imperiũ opprimere potuisse maxime annitẽte Iunone. Antiqua nõ magna vt multi dicũt sed plapsi tẽporibus vt annositate corroborata imperiũ Romanum nascens longeuis viribus pmeret. Coloni : vt pter incolas etiã aucta sit colonis. Italiã cõtra la⁹, est a situ. Diues a fortuna: studijsq; a natura: & a morib⁹: ergo omis erat occasio Iunonis fauor locorum proximitas: substantia rei familiaris: bellatorꝝ numer⁹: fiducia naturalis: & innatum studium dimicandi Posthabita coluisse samo. Tanta obstinatione cõtra romanorꝝ imperiũ niteba tur pro carthaginis opib⁹: vt oibus terris: & ipsi loco genitali illam præposuerit & insignia sui

Dona.

Antiq

Laus carthaginis

hoc est rapta pudicitia honores alij p dignatione, qua fuerit Ganymedes honestatus, exponunt, quippe quod mithologi eum dicunt in zodiaco sedẽ sortitũ esse, qđ quidẽ dictu fœdum ait Donatus, Seruius, qui honores Ganymedi habitos interpretatur Rapti, hoc est stuprati exponit, vt Rapta Garamantide Nympha. Cui Ouidij etiã subscribit parodia vt, Fastorum, caussa duplex iræ, rapto Ganymede dolebam, forma quoq; iõ iudice victa mea est, sed hæc alij viderint. d ¶ Troas relliquias danaum atq; immitis Achilli. Sunt qui ex poetarũ veterum exẽplis, reliquias, vnico, l, recte scribi cõtendant, vt in bona codicũ antiquorꝝ parte notatũ inuenit. Aiunt enim, re, particulã pro cõmuni habitã a Veteribus, hinc apud Oui. Quod in ipsum recidat opto, quã tñ Valerius Probus semp breuẽ dicit, vbicũq; loquelaris sit, ideoq; iuniores, ll, geminari cẽsuere. Quam quidẽ quæstionẽ ita Cominianus absoluit vt in noie, relliquias, Barbarismũ esse dicat adiectione litteræ, perinde ac. Italiã fato, tẽporis adiectione. Nam Italiã Probus quoq; primã correptã habere cõtendit, & vitiũ in eo noie spatio factũ, ait Quintilianus. Quare in altero cõsonantẽ geminare necesse est, alterũ vi quodãmodo sua crassescit, nulla parenthesi. Vt vero præterea, qđ minime placet, atq; ex hoc versu sublatũ aliquot in codi. vt sine copula legaẽ, relliquias danaum immitis Achilli, prout apud catullũ. Iuppiter vt calybum oẽ genus pereat & apud tibullũ cimmeriũ etiã obscuras accessit ad oras, quo nonnulli offensi, cimmeriũ obscuras etiã cõcessit ad oras, legendũ censuere, alterũ vero locũ grȩce scribendũ curauere, hoc tñ loco, si quis eã coniunctionẽ, quæ est, atq; demat, venustatẽ carminis demere videaẽ, est & illud varie tam in veteribus q̃ in recentioribus exẽplaribus positum, immitis Achilli, nam Achillei, in Oblõgo habeẽ codice, quo declinatu vsus est Horati⁹, matronisq; phrygũ classis Achillei, atq; alibi, heu peruicacis ad pedes Achillei, sicut etiã Vlyssei, idem, laboriosa nec cohors Vlyssei, q̃ quidẽ forma grȩcanica est, & noĩatiuũ habet in, eus, vt Achille⁹, odysseus, orpheus. Vt in veterũ monumẽtis. M. Valerius Achilleus lictor. Inde aũt putãt Achilli factũ κατα συναιρεσιν. Seruius detractã, s, litterã ad ὁμοιοτελευτον euitandũ putat, pluraq; demũ exẽplaria ita scriptũ ostẽdunt. Quidã datiuũ p gtõ positũ aiunt, more veterũ, noĩa quædã agnoscit probus in arte, q̃ in genitiuo casu num. sing. in vno vocabulo suo duab⁹ his formis finiaẽ, i, &, is, vt puta hui⁹ Achilli, & hui⁹ Achillis. Carisius inueniri ait apud veteres ex noĩbus in, es, rectum efferẽtibus, quę sine rõne genitiuũ faciant per i vt apud Sall. in prima historia, bellũ persi macedonicũ. Itẽ apud Virg. immitis Achilli, & alio loco, fallacis vlyssi. Priscian⁹ veteres ait frequentissime datiuũ p gtõ ptulisse aristoteli, demosthenI, thucididi, eurypidi p aristotelis, demosthenis, thucididis, eurypidis, desumitq; sibi ex Virgilio exẽpla. Nũc acris oronti, & Immitis Achilli, & miles vlyssi. itẽ ex Terẽtio arconidi filiã, p arconidis, ex Ci. in. ij. Verr. in timarchidi potestate, q ea dem voce vsus est etiã in datiuo. Neq; in psentia timarchidi qd rñderet, habuit, ne aliã qs esse declinationẽ putet, & Achilli, absq; s, sciant oẽs præter vsum non esse.

res bella in eo sit. Id metuẽs: de futuro timor ẽ. Odiũ de pteritis. Metuebat ergo carthagini. Odiũ aũt habebat pter causas sequẽtes: & eit de vtroq; exẽplũ. Cõueniunt qbus aut odiũ crudele tyrãni: Aut met⁹ acer erat. Veteris bel. quantũ ad Ver. pertinet antiq. Si ad Iunonẽ referas diu gesti. Tunc aũt ad psonã referendũ est: cũ ipsa loquiẽ: q si nulla psona sit: ad poctã referẽ. Nunc ergo veteris ex psona poetæ intelligẽdum est: sicut ipse alibi Mirãtur dona æneæ: miranẽ iulũ flagrantisq; dei vultus: Partẽ ad se retulit: partẽ ad tyrios. q deũ esse nesciebant. Saturnia: antonomasia est: nõ epitheton: q fit quoties pprio noie poniẽ: qđ põt esse cũ pprio noie: & epithetõ dici. Prima: atq Hercules prior cõtra troianos pugnauit : vñ mõ prima princeps accipiendũ est. Nã plerũq; poeta significationẽ noim dat participijs. Vel ecõtra. vt voluentibus annis : significat enim volubilib⁹: Hac licẽtia & in nomine vsus est vt prima p principe poneret. Ad Troiam: & ad & apud accusatiuæ sunt ppositiones: sed apud semp in loco signi ficat ad & in loco & ad locũ : vt Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est: Cice. in verrinis Decẽ fiscos ad senatorẽ quẽdã relictos. Itẽ. ad Marcũ Leccã te habitare velle dixisti. Charis argis: illic eñ eã coli oibus notũ est. Argos aũt i numero singulari neutri generis est. Vt Hora. Aptum dicet eqs Argos: in plurali vero masculini: vt hi argi . Cæterũ deriuatio nois argiuos facit nõ argos. Causæ irarũ: nũc de pteritis loquiẽ. Manet alta mẽte repostũ iudiciũ paridis: in quo pvenere Alexãder ɔtra Iunonẽ. Mineruã q iudicauit. Alta mẽte: secreta recõdita. Repostũ aũt syncopa est. Vnã eñ e medio litterã vel syllabã tollit: sed cũ oẽs sermones aut integri sint. aut pathos habeant: hi qui pathos habent ita vt lecti

numinis & quicquid potuit in ea collocauerit. Tyrias olim quę verteret arces . verteret eã habet significationẽ vt nihil post excidium supersit vnde alibi. Quæ te genitor sententia vertit: id est penitus ita imutauerit vt nihil in illo pietatis relictum sit : Item. Et omnis humo verti neptunia troia &c . Id metuens : vt firmet primam fuisse principalem causam incipit dicere alias. Timet ergo ne troiani ab excidio liberati vel vires aduersus græcos reparent: vel in Italia cõsistentes carthagini officiant . Artificiose deinde aliam causam addit iudicium Paridis: & vnam iniuriam facit duplicem scilicet q offensa sit in eo iudicio q minori sit postposita: & q sit spreta forma sua quia in pomo scriptum erat Pulchriori detur Hoc maxime vexat mulieres . Hanc igitur partem faciat Vergilius : cum dicit manet alta mente repostum iudicium paridis : spretęq; iniuria forme : Vt non tantum irascatur q victa est . quantum q forma sua sit spreta . Manet : ergo ad omnia pertinet . Repostum . autem ad iudicium paridis . Iudicium scilicet corruptum libidinis præmio. Paridis. to coniuiũ sit non hominis nomen scilicet quasi abiecti. venalis . vulgaris: & inhonesti. Falluntur autem qui referunt iniuria forme ad antigonen. Vnde addit. Et genus inuisum: vt ad principalem causam gentis æstus reduceret Ganymedis . Qui turpiter amatus est a Ioue. Est autem fœdum hoc loco aliquid intelligere de zodiaco: in quo Ganymedes dicitur collocatus. ne infames inter sancta sydera sint collocari & sentiamus id quod poeta non dixit. Ostẽdit omnes has causas esse alienas ab Aenea . Atq; vt posterius dictas ostenderet incidentes ait. His ac. su. i. super illam quæ fuit ob excidium

Paris.

sunt debẽt poni qđ etiã Maro facit. Nã repostus & porgite de Ennio trãstulit: integris aũt & ipsis vtimur & eorꝝ exẽplo alijs. Spretæq; iniuria for. epexegesis est: hoc eñ fuit iudiciũ paridis vt q particula vacet: sicut alio loco: dixitq; & plia voce diremit: Licet nonnulli separẽt dicẽtes aliud esse. Nusq; eñ cõiunctio poniẽ nisi inter duas res: & spretæ formæ referũt ad Antigonẽ Laomedõtis filiam: quã a Iunone pter formȩ arrogantiã in ciconiã cõstat esse cõuersam. Et gen⁹ inuisum: pter Dardanũ Electrȩ pellicis filiũ Electra pellex fuit Ioui: ex qua Dardan⁹ natus est: a quo Troiani ducũt originẽ. Rapti: stuprati: vt est Rapta garamãtide nympha. Itẽ & raptas sine more sabinas. Ganymedis honores. Trois regis troianorꝝ filij. Honores aũt dixit vel pter ministeriũ poculorũ ad qđ recept⁹ est remota Hebe Iunonis filia: q Ioui bibere ministrabat: vel ob hoc q inter sydera collocat⁹ aquarij nomẽ accepit His accẽsa sup: iactatos ęqre toto: sup his: aut de his. aut sup metũ carthaginis his qq; accẽsa: Relliqas vt stet vsus geminauit l: nã in psa reliqas dicim⁹. Atq; immitis achilli. bñ scdm Home. segregauit ducẽ a pplo. Sic ęneas i scdo post oim casum Priami sepauit: teritũ vt Forsitã & Priami fuerint q fata reqras. immitẽ aũt dixit etiã circa extinctũ Hectorẽ crudelẽ. Achilli pter ὁμοιοτελευτον fed detraxit. s. litterã. q plerũq; p sibilo habeẽ nõ solũ necessitatis: sed etiã euphoniæ causa: vt Sal. a principio vrbis ad bellũ Persi macedonicum. Detrahitur aũt s tertiæ declinationis genitiuo . Acti fatis: sed hoc ipsum Iunonis odio Iunonis quomodo acti fatis: sed hoc ipsum Iunonis odium fatale est Laborat enim Vergilius. nil troianum meritis: sed omnia fatis ascribere. Est & alter sensus . Nam fatum voluntatem

luntatem legimus: vt Fatis Iunonis iniquæ: vt hic intelligamus agebātur fatis iunonis.i. voluntate. Maria oia circum: In ĩe accentũ ponimus cõtra morem latinorum: sed corruptio hoc facit. Nã ꝑpositio postposita corrupta est sine dubio. Tãte molis erat. difficultatis. Romanã condere gentem latẽter oñdit hinc odiũ Iunonis æneã pertulisse ꝙ romanæ gentis auctor extabat. ¶Tyrĳ tenuere coloni. Alĳ sunt colõi: quos meminit supra singulari numero. Vt ꝗuis auido parerent arua colono. Alĳ q modo positi sunt Cartagini nem tenuisse. Ac secundum posteriorem hanc significantiam: sæpe apud Historicos lectum est in ciuitates Colonias deductas: & ad locum quempiã Colonias missas q vero coloni mittendi essent: ĩi nomina dabant in eam vrbẽ atq; in id oppidum: quo migrandũ erat Tyberina. a Tyberi inflexũ nomen Tyberis autem non a Græco sermone venit: vt quidam arbitrati sunt. i. ἀπὸ τῆς ὕβρεως: quę iniuriam significat: propter regẽ Tyberinũ qui in eis locis latrocinaretur: ac prætereuntib⁹ iniuriam inferret: Sed a Rege ipso potius nomẽ deduxit: qui (vt ait Liuius) in traiecto. Albulæ amnis submersus celebre ad posteros nomen flumini dedit. Hic vero fluuius prius Albula: mox Tyberis appellatus Hetruscis Latinisq; finis erat. Ostia. Ostia fluminũ exitus atq; ora appellari neminem latet: cui antiquitas nota est & qui Vergi. in hoc loco accuratius inspicit: & ob hanc nominis huius significantiam: quam vrbem Ancus Martius Rex. iiij. Romanorum in ore Tyberis condidit: merito iure Ostiam appellauit. Diues opum studĳsq; asperrima belli. Duo de carthagine dicit Vergilius ꝙ opulenta: ꝙ bellicosa esset. Nam plærunq; eæ ciuitates: quæ opibus præpollent ad gerenda bella propensiores sunt. Sunt enim opes: quæ vel ampliores diuitias significant vel potentiam belli non minus incitabula ꝙ subsidia. Nõ hæc est magna Cartaginis laus: quoniam illa ciuitas plurimum laudatur: quæ iure sociatam ciuium multitudinem cõtinet: abũdantem agris: & sufficienter pecunĳs affluentem non ad studia bellorum sed ad tuendam pacem atq; (vt Aristoteles ait) ad bene viuendum. Aptissime igitur & callidissime Cartaginem vituperat olim futuram infestissimam Romano nomini. Samo. Hæc fuit & insula & ciuitas in ea: ex qua fuit Pythagoras oriundus: quamq; postea reliquit cum Polychratis tyrannyde teneretur. Hanc Italiæ partem extitisse falso nonnulli argumentantur. Nam quia philosophiæ genus: qđ primus instituit Pythagoras Italicum appellatum est: Italum Pythagorã & Samũ: vnde nat⁹ est Italiæ partẽ esse arbitrati sunt. Nescientes iõ Italicum dici: ꝙ eius auctor Pythagoras plurimum in Italia philosophatus est. Hic illius arma: hic currus fuit. Non poterat audere Iuno: vt ait Lactantius. Aut Cartaginem defendere: nisi quia illic arma eius & currus fuit aut Romanis nocere: nisi quia ꝓgeniem. Troiano a sanguine duci audierat. Tyrias olim q̃ verteret arces. Has sibi iuno causas prætexebat. Quapropter tam infesto animo Aeneã ac reliquos Troianos ĩsectaretur. Si qua fata sinant. Fata tria esse scđm veterum figmenta omnib⁹ exploratum est: sed quid fatũ sit. ex intimis phĩæ penetralibus petendũ est. Nam tria esse fata ꝓpterea dicunt: quia tria sunt tpa: quæ oia fato subiacent. Nec solum Poetæ fata prædicãt: qbus ois hoĩm vita gubernet: sed & multi quoq;: & hi quidẽ illustres Philosophi: in quis. Democritus Heraclitus Empedocles Aristoteles censuerũt omnia fato ita fieri: vt id fatum vim necessitatis afferret: vt pro eoꝝ sententia fides mulieribus adhibenda sit dicẽtib⁹: vt ait Socrates: fatũ a nemine oĩno vitari posse. Fatum est aũt: vt dicebat Plato. dei iussio qđ & Statius cõfirmare visus est: Fata appellãs: q̃ Dĳ Fant. Stoici. Fatũ vocant qđ ex oĩ ęternitate sp veꝝ fuerit. At Chrysippus Stoic⁹ acutissimo vir ingenio. Fatũ est inqt: sempiterna q̃dã & indeclinabil̃ series reꝝ & catena voluẽs semetipãm sese & implicãs ꝑ æternos cõsequentiæ ordines: ex qb⁹ apta cõnexaq; est. Tãdẽ Boeti⁹ Seuerin⁹ optim⁹ haꝝ reꝝ iudex. Fatũ a ꝓuidẽtia secernit. & diuersa eẽ finitionib⁹ mõstrat. Nã ꝓuidẽtia ẽ q̃dã diuina rõ ĩ summo oĩum pricipe cõstituta. q̃ cũcta disponit. fatũ ỽo ihærẽs reb⁹ mobilib⁹ dispositio est ꝑ quã ꝓuidẽtia suis quæq; nectit ordinib⁹. Quo circa ꝓuidẽtia oĩa simul ꝗꝗ diuersa sunt atq; infinita complectit̃. Fatũ ỽo singula quæq; in motum digerit locis formis ac temporibus distributa. Omnis hæc igit̃ temporalis ordinis explicatio diuinę mẽtis velut quodã adunata ꝓspectu ꝓuidentia est: eadem ỽo adunatio digesta atq; explicata temporibus fatum vocatur. Exẽplo est artifex: qui fingendæ rei formam mẽte perspiciens mouet operis effectum. Verum quod simpliciter ac præsenti quodam conspectu fuerat intuitus: id per temporales ordines ducit. & qui doctor multa allaturus est & per tempororum ordines expositurus: ea ipsa secũ vno veluti intuitu ac simplici ꝓspectu cernit. Modus igitur regendarum rerum quum in intelligentia diuina cõspicit̃: prouidentia nuncupatur: cũ vero ad ea refertur: quæ ipsa mouet: ac disponit fatum est a veteribus appellatum. Ex his non incommode elici potest: eos falsos non eẽ: qui fatũ

excidium carthaginis Iactaros equore: hæc oia ad exprimendam Iunonis iniquitatem pertinent vt ostẽdat excidium carthaginis solã causam fuisse. ne ipsa misereretur. nec desereret intẽtionem suam quæ cognoscens non posse expugnare fata. cupiebat saltem illos arcere quos ad plenum superare non poterat. Non miserabatur igitur vt iactatos toto equore: & eos qui ex infinito numero ad paucos redacti essent quos e manibus seuissimorum hostiũ fortuna seruauerat. insidĳs assiduis obtereret. Reliquĳs danaum. Magna crudelitas quæ nullis cladibus satiari poterat. Laus autem Aeneæ magna quod de solis reliquĳs troianorum imperium Romanum cõdere potuerit. Ergo ni fata obstitissent patriam integris opibus defendisset. cum in aliena terra imperium condiderit. Acti fatis id est ipsi qui fatis agebantur in Italia errabant iunonis inimicitĳs. Tante molis. Non fiunt sine magno labore magna. Laudatur autem æneas: qui nullo labore nulla diuturnitate erroris desistebat ab incepto. Hec Donatus. quibus nihil disertius. Addere potes ꝙ colonus is dicitur qui a quouis imperio mittitur ad occupanda arua aut oppida expulsis hostibus vacantia: ne scilicet ab inimicis occupentur: aut vt qui illic reliqui sunt in fide permaneant. vt autem ordinem & constructionem textus faciliter capiat puer. meminerit tria. Primum ꝙ hæc verba tanq̃ a musa dicta causas quas poeta exquisiuerat recitant. Secundum, quia moris est Vergiliani prius ꝗ ad quesitum respondeat locum in quo res super qua queritur facta sit describere. Sicut in buco. vrbem quam dicunt romam &c. & in hoc primo. Est in secessu longo locus &c. Tertium: ꝙ poeta sæpe relatiuum subricet vt hic vrbs antiqua fuit: tyrĳ tenuere: subaudit quam & in dicto loco. Est in secessu subaudit quem &c. ASC.

pro vna parte orationis: quod diligenter animaduertit Donatus apud Terentium: & curiosis auribus demonstrauit: scribēs ꝙ plærięꝙ oēs pro vna parte orationis dixerunt veteres: vt plus ius allegatq; illud neuianum: plærięꝙ omnes subigunt sub suū iudicium: hoc locutionis genus vsurpant locupletissimi scriptores: inter quos haud dubie numeratur Gellius qui ita scriptum reliquit in primo: versus istos ex Georg. plærięꝙ omnes sic legunt: & alibi plæraq; omnia veterum litterarū quæsita: & Macrobius vultis ne diem sequentem: quem plærięꝙ omnes abaco & latrunculis conterunt. Item nimis concisus est Seruius in explanatione heroum: nec absolutam expressit rem in non parua significatione: audiatur itaq; copiosissime docēs qui sint heroes Augustinus lib. x. de ciuitate dei his verbis. Nomen heroum a Iunone dicitur tractum ꝙ græce Iuno hera appellatur: & ideo nescio quis filius eius secundum græcorum fabulas: heros fuit nuncupatus: hoc videlicet mysticum significante fabula: quod aer Iunoni deputet̃: vbi volunt cum demonibus heroas habitare: quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idem in. vij. inter lunę gyrum & nymborum ac ventorum cacumina aerias esse animas sed eas animo nō oculis videri & vocari heroas & lares & genios ex his liquido patet qui sint heroes: & vnde nomen sortiātur. Trimegistus quoq; author est heroas habitare inter aeris purissimā partem supra nos & terram vbi nullus est nebulis locus. Minime prætereundum est id quod Martianus capella tradit. in nuptijs philologie heroas videlicet ab hera: quæ terra dicitur esse nuncupatos: ista curioso interpreti fuerant vestiganda & enarranda: nisi forte Seruius existimauit satis superq; esse id qd' tractabat mutilatum tradere atq; concisum: cum boni tamen grammatici officium sit etymologias verborum significataq; vbertim explicare Hæc ille. ¶Ordo autem est. Aeneas conscendit interea scilicet dū Aeneadę fruges parabant & cerealibus rebus intendebant & petit. id est dirigit late. id est in latum aut per latum omnem prospectum. id est totam virtutem prospiciendi: pelago. id est in pelag⁹ (vt sit datiuus ad locū vt etiam Seruius sentit qui antea vult esse accusatiui casus a nominatiuo anteus. Erat enim Anteus etiā vn⁹ ex troianis: sunt tamen qui velint esse aduerbiū sicut postea quæ quia composita sunt ex pronominibus retinēt quantitatem hoc est vltimam corripiunt: nam nomina dum aduerbia fiunt quantitatem seruant vt antea hodie transuersa crebra &c. Vel sic petit omnem prospectum si videat quem iactatum antea pelago. i. per pelagus. vento. i. a vento: sed prior constructio mihi conformior videtur. sicut & sequentium hæc) ideo petit si videat. id est vt forte videat: aut vt experiatur si videat quem. i. aliquem iactatū antea. id est paulo ante vento. i. a vento: & si videat biremes sup. naues quæ duorum remigum ordine impelluntur: phrygias. id est Troianas aut Troianorum: aut capyn aut arma. i. insignia Cayci illius troiani: in celsis. id est sublimibus: puppibus. i. posterioribus partibus nauium in quibus directores quos patronos nūc vocant considunt: suntq; altiores cæteris: vt in. iij. dicitur. Stans celsa in puppi (Seruius autem censet particulam quem vacare: & antea nomen esse sic. Si videat antea iactatum pelago: & biremes phrygias iactatas pelago. Aut capyn aut arma Cayci i celsis puppibus scilicet fixa) Nullam. i. non vllam. Aeneas sup. non prospicit vllam nauem in conspectu: sed sup. prospicit tris ceruos errantes. i. libere pascentes errantium more nunc procedendo nunc retrocedendo: nunc in transuersum diuertendo in littore (Elegā- ter omisit particulā sed: nam nō dices. Nullā nauem ꝓspicit sed tris ceruos prospicit: verū sic: nullam nauem ꝓspicit. sed tris ceruos. Aut sic. nauem non ꝓspicit: tris ceruos ꝓspicit) tota armēta scilicet ceruorum reliquoꝝ (quia gaudent gregatim pasci & errare vsq; adeo vt authore diuo Augustino dū flumina transeunt onera cornuū sequentiū præcedentes vicissim supportent: sequūtur ergo a tergo. i. directo tramite ita vt nō a latere: nā sequi non possent licet nō præcise a tergo: vidimus tm̄ donatū aliter sentire qui nō vult a tergo dicant̃ sequi: sed agmen pasci a tergo per valles (Queres aūt quomodo illic ceruos dicat poeta: cū secundū Herodotum ceruis & apris oīs libya careat cum tm̄ habeat leones elephantes vrsos serpentes & asinos cornua habentes. Ad hoc autē responde vt Seruius: aut in superiori libya ceruos nō esse: in citeriore vero in qua Carthago est non deesse) & longū agmen scilicet ceruoꝝ pascit̃ per valles a tergo scilicet triū ductoꝝ. nam ductor & agmen correlatiua sunt: nam agmen ab agendo dicit̃ agit̃ enim sed a duce: hoc est ab eo cui ducendi animus esse debet licet agat: duces quoq; p̄rij fere sunt: actores aūt sequentes. Queri posset quō dicatur sequi & pasci: sed notū est quia pascentes incedūt vnde & pasci & insequi ijdem possent dici. Aeneas constitit. i. firmauit & repssit incessum: hic. i. vbi vidit ceruos & corripuit manu arcum & sagittas celeres. i. quas celeriter emittere peritus erat & Achates solebat: quæ tela. i. quas sagittas. (Eleganter em̄ sequēti non p̄cedenti conformatur relatiuū) Achates fidus scilicet comes: qui nusq; Aeneā dereliquit (vn̄ intelligendum est ꝙ postq; ignem excuderat relictus alijs ad humiliora ministeria deputatis Aeneam secutus sit: ad quod innuendū additū est primū: vt scilicet in primo ingressu excuderit ignem & postea Aeneā secut⁹ sit sicut etiā post refectionē corporis Aeneæ comes ibit in disquirendis locis: quia vero dicit eū celeres sagittas gestare solitum posset idem intelligi hic fidus qui supra fortis dictus est vt eius nauis prius dispersa sed postea collecta intelligat̃ inter eas de quibus dictum est. Huc septē Aeneas collectis nauib⁹ oī ex numero subit) & sternit. i. ꝓsternit primū ipsos ductores ferentes capita alta cornibus arboreis. i. ramosis: tum. i. deinde: miscet. i. mixtim persequtur aut reuera miscet: vt ad acies alludat q̄ cęso ductore misceri & confundi solent nec in suo ordine persistere: miscet ergo. i. cōfundit vulgus scilicet ceruoꝝ & oēm turbam. i. turbatam multitudinem: agens. i. persequēs. s. eam telis. i. sagittis: inter nemora frōdea pro eo qd' est frōdosa. i. inter syluas aut arboreta: nec absistit. s. a ꝓsecutione prius q̄ ipse victor. i. voti cōpos: fundat: ꝓ fuderit humi. i. per humū septē ingētia. i. valde magna: corpora. s. ceruoꝝ & equet. i. equauerit: aut equaret. i. equalē fecerit numerū. s. ceruorū ꝓstratoꝝ: cū nauibus: quas septē collectas supra meminit poeta. Hinc. i. ab hoc loco aut facto: ipse Aeneas. s. petit portū vbi videlicet socij erāt & partit̃. s. ceruos in oēs socios: & diuidit deinde vina q̄ acestes. s. sicilię rex: bon⁹. i. bn̄fic⁹: onerarat cadis. i. ꝑ cados: hoc est vasa vinaria qbus onerauit naues: qa quantū oneris poterant portare tm̄ vini dederat: & q̄ ipse heros. i. princeps magnificus & heroica ꝟtute p̄ditus: dederat. i. donauerat abeūtib⁹. i. discedētib⁹ littore trinacrio. i. siciliēsi: & hꝰ mō littore trinacrio regit̃ a dictiōe abeūtib⁹ ꝟtute p̄positiōis: aut si ordo est dederat littore trinacrio more poetico subtraxit appellatiuo p̄positionē. Sicut ibi littore ahena locāt alij: & ipse mulcet. i. mitigat & solat̃ pectora. s. socioꝝ merētia. i. mœsta ob casum cōsocioꝝ dictis. i. sermone sequēti: de qua re sicut de alijs multis subtilissime locut⁹ est Donatus vt iā vidimus.

Asinī cornuti.

a O socii (neq; enim ignari sumus ante malorū[a]
O passi grauiora: dabit deus his quoq; finem:
Vos & scyllæam rabiem: penitusq; sonantes
b Accestis scopulos: vos & cyclopea[b] saxa
Experti) reuocate animos mœstūq; timorem
Mittite: forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per varios casus: per tot discrimina rerum
c Tendimus in latium: sedes vbi fata quietas[c]
Ostendunt: illic fas regna resurgere troiæ.
Durate: & vosmet rebus seruate secundis.

SERVIVS.

¶O socij reuocate animos: dixit autem socios: vt se illis æquaret Ignari imemores. A cyrologia est. Ignarus enim est qui ignorat. Immemor qui oblitus est Ante malorum υφεμ est: vt cœli subter labentia signa: ante em̄ hic ad solam pertinet cōiunctionem: & plenitudinem versus. O passi grauiora artificiose demonstrat præterita grauiora vt præsentia facilius tolerent: His sicut & grauioribus. Scylleam: exempla pro negocij qualitate ponenda sunt. Ergo in maximis periculis ponit tempestatis exempla Penitus: valde: Accestis. pro accesistis: aut valde sonantes: aut valde accessistis: quia non passi sunt hæc: sed his fuerunt vicini. Cyclopea: aut quæ Cyclops in Vlyssem iecit: aut siciliam in qua Cyclopes

PIERIVS.

a ¶Neq; enim ignari sumus ante malorum. In veteribus omnibus exemplaribus distinctas inueni dictiones, in nonnullis puncto etiam interiecto, ante, malorum, quæ quidem græca est figura, τωρ περιρ κακωρ. Vt illud, τωρ ν. ναν. ωτωρ, sub intelligitur quidem in hoc, q̄ passi sumus ante, in illo, ον των qui nūc

ASCENSIVS.

¶O socij (Neq; em̄) Oratio hæc consolatoria in genere deliberatiuo constituta grauitatis & prudentiæ virū talē: qualis Aeneas est decētis plena est. Nihil enim prætermittitur quod a prudenti & eloquenti viro dici debeat vt ex Donato discere possum⁹. Cuius verba sunt. O socij. s. laborū. Mira arte loquit̃. Norat eī odiosum illud esse laborātibus. vtpote cuius causa vniuersi trahebantur per tot & tā diuturnas calamitates. Ponit ergo præmiū. o socij laboꝝ. q. d. qui nil sine me passi estis: ergo debetis audire quæ dicam. Ignari. Mira consolatio: nā cum odiosa sit infortuniorum dura commemoratio exulcerās eorum corda: qui passi sunt adiungit poeta commemorationi comparationem: vt dicta ipsa potius medicine sint q̄ exulcera tioni.

ASC.

Dona.

tioni. Nam enumeratio p̄te
ritorꝝ malorꝝ ac grauiorum: ōn=
dit ferenda esse p̄sentia. Addit: &
sustinēdi consuetudinē nutrisse
patientiam. Grauiora: vt incom
modorꝝ nouitas grauiꝰ p̲uertit:
sic ferendi cōsuetudo q̲cq̲d acci=
derit facilius tolerat. Dabit de. s.
vltro respondit si quererent qn̄
hæc mala inuenient finem & post
cōparationē grauat p̄terita: & le
uat p̄sentia & a generali ad spe=
Scylla. cialē rationē venit: Scylleam: in
mari siculo est locꝰ horrendis sa
xis obsessus. Nō aūt mulier vsq̃
ad pubē humani corporis: infe=
rius vero canibus armata. Acce
stis: Ostēdit fortune suffragio ex
intima saxorꝝ p̲te liberatos. For=
san & hæc delectabit nos cum ad
p̲spera venerimꝰ etiā hæc inter
Olim. mala enumerare. Olim tria tem
pora significat præteritum præ=
sens & futurū. Durate, qn̄ p̲ ma=
la ad bona transeundum est: spe
bonorum toleranda sunt aduer=
sa, p̄sertim vbi spondet̃ p̲ breuis
simū tp̄s ociū sempiternū. Fata
ergo parendū est nā illis obsisti
nō pōt. Illic fas: & euadēdi & per
ueniendi spē pollicetur & asserit
Italiā solā esse q̄ digna sit in qua
Troiæ imperiū resurgat. Hæc il
læ. ¶Ordo est. O socij. s. errorꝝ &
Ordo. laborum per quā appellationē
sibi illos cōciliat vt q̲ se illis pa=
rē existimet: ordo aūt sic conserē
dus est. o socij reuocate animos

*qui nunc sunt: cuiusmodi sexcenta in singulis græcorum
libris iuenias. Quod si quis subunionem magis adamet, vt
apud catullum: postphasellus, & in pandectis. Postdomus,
non laboro. Non enim institutum est nostrum aliorum im
probare sententias, nisi error manifestus occurrat, Sed varias
codicum veterum lectiones recitare. Cuiusmodi ea etiam est
quæ. Neq̃ enim immemores sumus, scriptum ostēdit in co=
dice Mediceo, nimirum ex paraphrasi seruiana desumpta, ac
b aliena etiam manu inculcata lectio. b ¶Vos & cyclopea
saxa. Antiqui pleriq̃ codices. Cyclopeia pentasyllabum le=
gunt, sed repugnante syllaba: quæ non tantū ω μεγα est, sed
etiam ex altera vocali coalita in crasin, quæ non nisi in lon=
gam fieri potest. Quod si quis etiā Syncopen malit. κυκλοω
πες, κυκλωπες. o itidem paruū, vt pote minus validum, eli=
detur. ωψ vero ω πος Grammatici notant per ω μεγα, p̲ fa=
cie, & oculo, οπος vero per. o. paruum, si vocem significet.
Sunt tamen qui nomē originationi reddi posse putent. ωψ
enim. παρα το οπτω. Cuius futurum οψω, vnde οψ απο=
βολη του. ω. alterum vero illud ωψ, κατ αυξησιν factum, vl'
ω μεγα. In ο μικρον secundum dores, quos latini bona sermo
nis parte sunt imitati, mutari posse dicant: eademq̃ propor=
tione, qua pene vltimam in αιθιοπα, & αιθοπα οινον corri=
pimus ex eodem fonte haustis, ita licere etiā in cyclopeia fie
ri, dictione maxime in denominatiuum excrescente. In hoc
autem ad exempla confugiendum duxerim, quorum nullū
hactenus ex antiquis auctoribus reperi, qui cyclopa pene vl
tima longa non poneret. Quidam tamen ex recētioribus ma
gni omnino viri, quorum auctoritas pro ratione sufficiat, ī
differentem protulere: rationes nimirum, quas supra memo
c rauimus, secuti. c ¶Sedes vbi fata quietas ostendunt. In p̲=
ueteri codice legere est, quietis, quippe nobis. Nam, sedes, p̲
se plenū est ad otium indicādū, etiam sine alio epitheto. Sed
em̄ grāmatici plurium codicū veterū cōsensu. Sedes quietas
agnoscunt, & poetarū est, ita res epithetis exornare. Sunt etiā
codices, qui legāt. Sedes ibi fata quietas ōndūt, veluti etiam
sequit̃, Illic indicatiue. Sed em̄ magis receptum ab omnibus
est, vt relatiue positum sit, vbi.

*Cyclopes fuere Vel ætnam
intelligit. Nam ipse in. iij. ait no
ctem illam tecti syluis immania
monstra perferimus. Mœstum
qui mœstos facit: vt mors palli
da. Mittite omittite: ē apheresis
vt tēnite pro contemnite. For
san: fortasse fortassis: & fors idem
significant. Olim in futurum.
Meminisse & accusatiuum & ge
nitiuum regit. Nam obliuiscor
quod illius contrarium est idem
facit. Iuuabit: anomalon verbū
est nā cum prima cōiugatio aut
ī aui vt amaui: aut ī vi solutā vt
sonui: hoc facit ī uui vt iuui. Per
varios casus Argumentum a cō
pensatiōe. Quietas Nam habue
runt sedes in Thracia & in Cre
ta: sed nō quietas. Fas illic. Ergo
alibi nephas. Occurrit autem co
gitationibus sociorum ne fatiga
ti malis quascunq̃ requirerent se
des. Hoc idem facit in. v. incen=
sis nauibus. Durate. duri estote.
Vosmet παρελκον. Hæc enim
particulæ met piam pte vt ego=
met quispiam suopte: ornatus cā
ponūtur. Aduerbia autem sunt
Nam quicquid ab illis septem
partibꝰ recesserit fit aduerbiū.

membra: iuuabit. s. animos.
i. delectabit & iucūdum erit for
san olim. id est tempore futuro
vbi omnibus periculis defuncti
erimus: meminisse. i. aut memo
rare. id est recitare: aut recordari: & id est etiam hæc scilicet præ=
sentia mala: quia iuuat euasisse mala: plus q̃ non incidisse: vn=
de in tertio. Iuuat euasisse tot vrbes. Argicolas: mediosq̃ viam
tenuisse per hostes. Nos tendimus in latium: id est in patriā no
bis fatalem vnde originem traximus & vbi Saturnus latuisse
perhibetur: per varios casus, & tot discrimina: id est pericula re=
rum: Fas est: id est a fatis permissum: regna troiæ resurgere: id
est reparari & renasci illic: scilicet in latio non in creta: non in de
lo non in sicilia: vbi fata. id deorum præordinationes & volun
tates nobis p̄fata id est vaticinio significate: ostendit: id est in=
dicant vaticinio multorum: vt in tertio dicetur: sedes quietas:
id est immutandas: quales non erant in creta de quibus in tertio
Mutande sedes non hæc tibi littora suasit Delius &c. Durate id
est perdurate: aut durate animos vestros contra mala: & sitis du
ri ad tolerandos labores donec obtinueritis: sedes q̲etas iuxta
oracula penatum qui vobis dixerunt: vt recitabitur in tertio hu
ius Dardanide duri quæ vos a stirpe parentum. Prima tulit tel=
lus: eadem vos vbere leto Accipiet reduces: antiquam exquire=
rite matrem) & seruate, vosmet id est vosipsos: rebus secundis id
est prosperis: post aduersas quæ nunc vos præmunt: & est sen=
tentia sane moralis: & cuius facile esset ad allegoriam transferre:
vt per latium patriam cœlestem intelligat. ad quam per casus
varios per tot discrimina rerum tendimus: & sedes vbi fata quie
tas ostendunt.

&c. nā cetera p̲ parenthesim inserta sunt. q. d. vt socij estis in ad=
uersitate volo socij sitis in magnanimitate tolerando aduersa ne
q̃ em̄ sumꝰ. i. nā certe nos nō sumꝰ ignari. i. īmemores scd'm Ser=
uiū vt sit acyrologia. i. īproprietas sermonis: sed meo iudicio sic
dicit vt Dido dicet. Non ignara mali miseris succurrere disco.
Ignarꝰ ei ē malorꝝ q̲ nūq̃ ea passus est: nō sumꝰ ergo ignari. i. ne
scij: an̄ malorꝝ: vna est perticula. i. malorꝝ p̄teritorꝝ & q̲ ante hac
passi sumꝰ. O passi grauiora. s. mala: quorꝝ deꝰ finē dedit: q̲a alit̃
nō dicerent̃ passi sed adhuc pati: vn̄ subinfert: deus dabit quoq̃.
i. ēt: his. s. malis minꝰ grauibꝰ: finē. i. exitū & terminū ac desitionē
q̲ āt grauiora passi sint, p̲bat dicēs: vos &. i. sil' accestis: p̲ accessi
stis: rabiē Scilleā. i. q̄ inter Scyllā & charybdim est ī mari siculo
cuius dextrū scylla latꝰ leuū īplacata charybdis obsidet: & sco=
pulos sonātes penitus. i. valde & quasi pene intꝰ: & hoc ē cur scyl
leā rabiē dixit: q̲a sonitu aquarꝝ imitant̃ scopuli latratū canū ra=
biosorū: vos &. i. simul experti æstis: saxa cyclopeia. i. a cyclopi=
bus ī sicilia obsessa. O socij igit̃ q̲a nō ignari an̄ malorꝝ & grauio
ra passi. (Est aūt orō ītricata q̄si a turbato animo p̲lata: q̄lis erit
in scd'o huius vbi socios ad arma cohortabit̃. atq̃ summū artifi
ciū est vbi ab īperitis minus artis censet̃) reuocate aīos quibus. s.
grauiora tulistis vt & hæc feratis & mittite. i. deponite & reijcite
ac omittite: timorem mestum: qui vos mestos facit: aut mestum
ī. detestabilem: cū sit timor approbandus qualis erat dū in pericu
lo fuerant: vnde dictum est. Ex templo Aeneæ soluunt̃ frigore
membra

SERVIVS.
¶Voce: pleonasmos est. Fit aūt
SER. q̊ties adduntur sup̲flua vt alibi
vocēq̃ his auribus hausi. Teren.
His oculis egomet Vidi. Curis
Cura cura dicta q̲ cor vrat. Aeger: &
Aeger. tristis: & male valens significat.
Aegrotꝰ Aegrotus aut ægrotans maleva
lens tantum Spem lætitiam. Si=
gnificatur autem ab eo quod p̄=
cedit id qd' sequitur. hac figura
crebro vtitur poeta. Lætitia em̄
spem sequitur: & in vultu vide
tur. Spes vero non videtur. Cō=
tra aliquando significatur id
quod præcedit ab eo quod sequi
tur vt meritæq̃ expectent p̄mia
palmæ. Palmam em̄ pro virtute
posuit

Talia voce refert: curisq̃ ingentibus æger
a Spem vultu simulat: premit altū[a] corde dolorē.
Illi se prædæ accingunt: dapibusq̃ futuris
Tergora diripiunt costis: & viscera nudant.
b Pars in frusta secant: verubusq̃ [b] tremētia figūt:
Littore ahena locant alii: flammasq̃ ministrant.
Tum victu reuocant vires: fusiq̃ per hærbam
Implentur veteris bacchi pinguisq̃ ferinæ:
Postq̄ exempta fames epulis: mensæq̃ remotæ:
Amissos longo socios sermone requirunt

ASCENSIVS.
¶Talia voce refert. Post conso= ASC.
lationem verbalem additur sola
tium epularū & vini quo & ani
mus & corpus refici solet. Seruiꝰ
censet pleonasmon esse id est su=
perfluitatem illius particule voce:
sat em̄ fuerat dixisse talia refert.
Verumtn̄ mihi nequaq̄ super=
fluum videtur: sed discretiuum
vt sit refert quidem voce sed iō=
ge aliter referebat & reuoluebat
casus suorum animo vt ex ordi=
ne patebit quem priusq̄ posue=
ro Donati verba subijciam quæ
sunt. Curisq̃ ingē. eger: persuasio
ris erat. vt metum dissimularet
cum spem persuadere tentaret
& regis

Spemq́ metumq́ inter dubii: seu viuere credāt:
Siue extrema pati: nec iam exaudire vocatos:
c Praecipue pius æneas: nunc acris Oronti[c]
Nunc Amyci casum gemit: & crudelia secū
Fata lyci: fortemq́ gyan: fortemq́ cloanthū.

...& regis erat afferre cōsolatio nem vtrumq́ ergo præstitit ne... q̄ oportebat illum in sua causa sine cura esse. Illi ostēditur q̄d potuerit consolatio. Nā nisi me ror sublatus fuisset refectionem aliquam non quesisset. Tergora diripiunt: diuiditur per officia procuratio epularum neq́ delitiose dapes aut irritamenta gule erant nūc paranda: qui naufragio & inedia laborauerant. Tergora: eodem tempore alij detrahebant coria. Alij anteq̄ tota corpora apparerent resecabant partes: & vt plenam properationem ostendat addit Verubusq́ tremētia figunt. Hoc est quibus adhuc aliquid spiritus teneretur: Ahena aquam imponebant igni vt elixam facerent carnem. Hęc coquēdis visceribus celeritatem præstant. Deniq́ epulis paratis vires labore & fame perditas reuocant. Fusiq́ per. adeo aduersariorum obliti erant vt fusi per hærbam plus cibi ingererent q̄ refectio postulabat. Hoc autem præstitit persuasio consulti regis. Ferina: p̄ se suauis caro est hæc sed additur pinguedo vt suauior animos appetentium irritet. Vino autem accesserat gratia a tempore qualitate & quantitate. Nam & vetus & optimum & abundās fuerat. Hinc dixit implentur veteris Bacchi. Postq̄ exempta. Fame & lassitudine oppressos nullius cura tangebat. Refectis vero venit in mentem recordatio sociorum quorum cum de morte incerti essent erant inter spē vitę & metum mortis. Aenee autem maior ponitur virtus qui nec cibum sumpsit nec dissimulare a perditis potuit. nec eorum curam posuit: qui nec superesse poterant. Secum: Nam apud alios spem vultu simulat. Ordo est. Aeneas sup. refert. i. recitat & exprimit talia voce. i. sermone vocali: cū alia lōge referret sermone mentali & ipse eger. i. saucius & dolore affectus ingētibus. i. valde magnis curis. i. sollicitudinibus cor eius vrentibus: simulat. i. fingit (non enim omnis simulatio vitiosa est: vnde & saluator finxit se longius ire) & per similitudinem indicat & præ se fert vultu. i. dispositione facieī: qua voluntas prodi solet: spem scilicet melioris euentus aut rerum recuperādarum & præmit corde. i. in pectore: altum. i. profundum dolorē Illi scilicet socij eius sic consolati. accingunt. i. apparant se præde. id est ad prædam parandam & diripiunt. id est rapti distrahūt: costis scilicet ceruorum ab ænea occisorum: futuris dapibus. id est ad futuras dapes aut appositorie quæ erant future dapes: tergora id est pelles aut cutes tergorum: & pro. i. nudant viscera. i. carnes interiores: videtur tamen laniorum partes expressisse poeta nam tergora. id est quibus terga teguntur: diripiunt. i. vno tractu abstrahunt: sed pelles quibus viscera. i. intestina obteguntur: non tam faciliter abstrahunt: vnde nudant dixit: Pars scilicet sociorū id est partim socij: secant. i. incidunt carnes: in frustra. i. particulas & figunt verubus (alij veribus legunt sed plures verubus) frusta sup. trementia. id est adhuc palpitātia & spiritu vitali mota. Alij locant scilicet ad lauandas carnes ahena sup. vasa. i. lcbetes aut cacabos ex ere factos: littore pro in littore & ministrant. id est subijciunt flammas: quas scilicet ex cōbustibilibus excitāt: tum. id est deinde peracto scilicet officio coquendi: ipsi reuocant. i. reparant & in loca pristina alliciunt: vires scilicet suas victu. id est cibo & fusi. id est prostrati per hærbam: quia sedilia nō habebant nec toros extructos. implentur bacchi. id est vini: veteris quod præstātius ab omnibus censeri solet. & ferine scilicet carnis: hoc est carnis ceruine: pinguis scilicet quia septem ingentia corpora fuderat humi (Sicut plenus genitiuo & ablatiuo iungitur & verba a pleo composita vt hic implentur veteris bacchi.) Postq̄ fames est exempta. id est fugata & perempta epulis. i. epulando & men✤se. id est

PIERIVS.

a ¶ Spem vultu simulat præmit altum corde dolorem. In Oblongo codice Peruetere & aliquot alijs manu scriptis, præmit alto corde, legitur: quæ quidem lectio non admodum aliena est ab donatiana paraphrasi. Nam angebatur, inquit, dolore q̄ maximo, & hūc altis sensibus retinebat abstrusum.

b ¶ Verubusq́ trementia figunt. Est vbi, verubus, neq́ vno quidem codice per v in pœnevltima legatur, neq́ desunt litterati qui lectionem eiusmodi probent. Quam tamen per i vocalē tertiam scribi debere, tam vetustiorum grammaticorum auctoritas, q̄ inscriptio quædam in termino areæ illius, quam Domitianus post Neronianum incendiū dedicauit, in. D. Petri Basilica paucis añ ānis, oculis nr̄is inspexim⁹, ita em̄ incipit.

HAEC AREA INTRA HANC DEFINITIONEM CIPPORVM CLAVSA VERIBVS.

Et quæ sequuntur, grammatici sane de huius nominis pene vltima solliciti fuere, quum nollent, verubus, ex quorūdam abusu per v admittere. Nam quum veteres omnino, veru. ossu. & genu. dicerent, in nūero multitudinis, verua & ossua proferebant, vt genua. Neq́ desunt veterum monumenta in quibus adhuc, ossua, scriptū legatur, quod ab ossu agnoscit Asper. inde, verubus, genubus, faciebant: sed em̄ FL. Sosipater, vera, dicendum, non, verua, & verum, & verubus, contēdit. citata etiam Plinij sententia ex dubij sermonis libro sexto dicentis manifestum esse, veribus, genibus, ossibus, dici per i in pœne vltima.

c ¶ Nunc acris oronti. Seruius pro orontis positum ait, nempe ad cacophoniam declinandam, orontis: tamen habetur in antiquis aliquot exemplaribus. Sed oīno suauior est lectio Seruiana. Sosipater Carisi⁹ declinat orōtes orontæ, vt achates achatæ, apud græcos enim Ὀρόντου, vt Ἀχάτου, cuius nominis incusatiuum ait in, am, desinere: si rectus oronta latine reformetur, nisi vero reformetur, orontē posse nos dicere, vt Virgilius, fidumq́ vehebat orontem, vt etiam, præmittit achatem.

✤ posuit quæ præmium meretur & palmā post accipit Prædę ad prædam Accingunt: studiose separant: sic alibi accingunt operi. Accinctos em̄ industrios dicimus. Hora. Altius ac nos p̄cincti. Cōtra negligentes discinctos vocam⁹: vt discinctos mulciber afros. Dapibus: ambitiose de ceruis dixit dapibus. Tergora: tergus tergoris corium: tergū tergi dorsum. Viscera: non intestina tātum: sed omnis caro sub tergore est. Vnde in albano latinis visceratio dabatur. id est caro Nominatiuus est hoc viscus: Lucre. Viscus gigni sanguenq́ creari Sanguē autem dixit: vnde fit sanguinis in gtō. Nam a noīatiuo sanguis fit huius sanguis. Verubus: Ex ijs est quæ in singulari indeclinabilia sunt: vt cornu & genu. Trementia. palpitantia Ahena: quibus lauabant carnes non elixabant. Nam heroicis tēporibus non vescebantur elixis. Antiqui ahenum sic aspirabant Victu cibo. inde conuictor. Hora. Nam quia sim tibi Mecœnas conuictor Fusi: discumbentes. Alias autem fugati: & occisi Veteris bac. huic verbo & genitiuū damus. Cicero Squaloris plen⁹ ac pulueris & Teren. Plenus rimarum sum & ablatiuum. Iuue. Lectica mathonis plena ipso. Ferinę. feræ dicunt̄: vel q̄ oī corpe ferant̄: vel q̄ naturali vtūt̄ libertate & p̄ desiderio suo ferūt̄. Exēpta. i. fugata vt sufficiētia nō autem affluentia quæsita sint: mensæ duę enim apponebantur vna carnis altera pomorū. Amissos: non reuera: sed quos putabant missos: Vocatos: vel subaudi deos vt sit conquestio illos p̄cibus non flecti. Vel intelligit non solum perijsse: sed nec sepulturam habere ad quam vocentur. Vnde est manesq́ vocabat hectoreum ad tumulum: & est figura ab eo quod præcedit id quod sequitur: quia post facta sepulchra manes vocantur. Præcipue: quia pius. Oronti pro orontis: vt immitis Achilli. Secum: quia aliter apud socios simulabat.

Tergum

Viscera.

Sanguē

Feræ.

✤ se. i. ferculorum aut obsoniorum duo genera quæ mensis. i. cū mensuris apponebantur aut in quadris aut in lancibus (vnde de quadris dicetur in tertio. Ambesas subigat malis absumere mensas: & in septimo. En etiam mensas consumpsimus inquit Iulus. Nam quadram ex crusto panis facere solebant. Non ergo loquitur in ijs locis de tabulis super quas cenatur) & postq́ igitur mense. id est quadre aut lances cibis onuste: remore supple. erant ipsi requirunt longo sermone socios amissos existentes dubij inter: spem & metum: seu credant viuere quod scilicet sperabant: siue pati extrema: supple fata. id est mortem: quod metuebant: nec. id est & non: & credant eos vocatos scilicet a socijs ad tumulos non exaudire. id est responderevt scirent defunctos esse: aut sic: nec exaudire. id est non exaudiebant iam vocatos ad tumulum scilicet vt sit infinitiuus modus pro indicatiuo: vel potius sic: siue credant eos extrema pati nec vocatos. id est licet vocentur exaudire iam. id est amplius: aut deinceps cum mortui sint. Præcipuæ. id est præter cæteros & plus q̄ cęteri: æneas pius: aut æneas præcipue pius: sed melius: Aeneas quia pius gemit præcipue: nunc casum oronti pro orontis: acris. id est strennui qui cum leucaspe submersus erat & amyci. id est illius troiani etiam acris: & nunc gemit secum. id est animo suo: quia spem vultu simulat: crudelia. id est immitia & sæua fata. id est mortem lyci. id est aut illi⁹ viri: aut populi lycij: quia dixit supra submersam esse vnam quæ lycios fidumq́ vehebat orōtem & gemit gyam virum illum fortem & cloanthum fortem. id est casus eorum qui tamen non erant submersi vt patebit in quinto vbi nauium directores erunt.

SERVIVS.

SER.

¶Finis: vel fabularū vel diei. Sequitur em̄ per noctem plurima voluēs. Non em̄ semp ortū vel occasum ponit. Sed vel intellectui relinquit vt hic: vel negocij tempus significat. Est autē poeticę pulchritudis nō oīa exprimere. Home. autē ista contemnens tpa oīa describit: Cum Iuppiter Oeconomiā secundū mathesim ordinauit nā Ioue in altitudine sua cū venere posito significaẗ fœlicitas per mulierem ventura & Aeneas a Didone in partē regni receptus est: pervenerem vero tristiorē exitum vxoris infœlicem futurum norat: Mercuri⁹ vo a Ioue ad occasū.i.ad ima terrarū defluens significat amicitiā futurā: Sed nō diuturnā. Addūt etiā mathematici Venere in virgine posita misericordē nasci fœminā: hinc Maro in habitu virginis venatricis venerē illi occurrētē facit: ꝙ & misericordē regina inuenit: & illi in venatione admixtus est Aethere summo. Nā oībus elementis superius est

despicio. Dispicio. Deduco. Diduco.

Despiciēs deorsum aspiciēs. Dispiciens aūt diligēter inquirens. Sic deduco deorsum duco. Diduco vero diuido. Veliuolū: qđ velis volaẗ. Alias qđ velis volet Ennius naues veliuolas. Est aūt reciproca trāslatio nauiū & auiū

Nare volare.

Vñ est & velorū pandim⁹ alas: & de apibus Nare p æstatem liquidā: Nā nare nauiū: volatus auiū Trāslatio ergo aut reciproca est aut partis vni⁹: Iacētes: vel ī longum expositas vel stabiles. Hoc em̄ terræ est cū reliqua elementa mobilia sint vñ & bruta dicitur Vel inferius positas. Nā elemētorū infimū est terra Sic id est vt a ista consplceret. Et libyę œconomia.i.dispositio carminis. vituperabile em̄ fuerat si ex abrupto transitum faceret: vt in nono. Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur: Sed excusatur vno sermone. Atq; ea.id est eodem tēpore. Nunc vero bene transit: quia inducit Iouem & de rebus humanis cogitantem & aphricam intuentem. Vnde honestus color est: vt venus timens ne Iuppiter Romana fata Carthagini cōcedat eum adeat. Nam fœlix euentus est locis: quæ Iuppiter conspicit: vnde in .ij. aspice nos hoc tantum cōtra alibi. Atq; oculos rutilorū reijcit aruis. Tales de rebus humanis. Iactātem pect. cur. loquiẗ stoice. Ii.em̄ dicunt deos humana curare. Alias secundū Epicureos qui negāt deos curare humana. Vñ illud, Nec curare deū credis mortalia quemq̃. Tristior: comparatiuum pro positiuo. Qñ enim tristis est venus vt nunc tristior dicatur Oculos suffusa: oculos suffusos habēs: dicēdo aūt nitētes expressit nimiam in lachrymis pulchritudinem: sicut in eurialo Lachrymæq; decoræ. Imperijs & fulmine: errant qui primum ad deos secundum ad hoīes referūt: sed maioris potestatis est: idem posse circa deos quod circa hoīes. Terres, nā fulminum alia terrent alia afflant vt

fulminū Species.

Fulminis afflauit vētis: alia puniunt: vt vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras: alia præsagiunt vt de cœlo tactas memini p.q. Quid meus, subaudi filius vt aiacis oilei. In te, contra te: alias pro vt benignum accipit in teucros animum. Quid argumentum ab impossibili: & plus valet non posse q̃ nolle. Troes cuius nominatiuus est tros. Omnia autem græca monosyllaba in latinū transeuntia sunt tertiæ declinationis: gręceq; & latine declinanẗ: vt Tros trois & troos: pan panis & panos. Cūctus ob Italiam: ne ad Italiā perueniant nusq̃ consistere pmittūtur. Nam etiā in aphrica hospitio ꝓhibentur harenæ. Certe hinc r. & si hoc nusq̃ legim⁹: tñ p silētiū ītelligim⁹ vt de Iunone superius audierat. Voluētibus.i.volubilib⁹. Voluēs em̄ voluit: volubilis voluiẗ Anni aūt voluūẗ: vt atq; in se sua p vestigia voluiẗ annus. Dicēdo aūt reuocato: oñdit Italiā vñ Dardanus fuit. Teucri ꝓ dardano posuit. Ille em̄ venit de italia: Teucer de creta. Mutāt em̄ poete noīa ꝓpiqua vt domitis pollucis habēis.i.Castoris itē

Et Iā finis erat: cū Iuppiter æthere summo
Despiciens mare veliuolum: terrasq; iacentes,
Littoraq; & latos populos: sic vertice cœli
Constitit: & libyæ defixit lumina regnis.
Atq; illum tales iactantem pectore curas
Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentis
Alloquitur Venus. ¶o qui res hominūq; deūq;
Aeternis regis imperiis: & fulmine terres:
Quid meus æneas in te committere tantum?
Quid troes potuere? quibus tot funera passis
Cunctus ob italiam terrarum clauditur orbis.
Certe hinc romanos olim voluentibus annis
a Hic fore ductores: reuocato a [a] sanguine teucri.
Qui mare: qui terras omni ditione tenerent:
Pollicitus: quæ te genitor sententia vertit?
Hoc equidem occasum troiæ: tristisq; ruinas
Solabar: fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur: quē das finem rex magne laborū?

PIERIVS.

a ¶Reuocato a sanguine teucri. In Mediceo codice, & aliquot alijs antiquis absq; præpositiua particula legitur. Reuocato sanguine.

ASCENSIVS.

¶Et iam finis erat: postq; mortales quod poterant effecerant nec erat reuocandorum sociorum vlla spes reliqua: apte inducitur diuinum auxilium quod suos in necessitatibus non deserit. verum Seruius argute docet rem physicam esse: & ex visceribus astrologiæ fictionem hanc excerptam: nam dum Iuppiter venerem beniuole aspicit significat ei qui eos in horoscopo habet bonum per mulierem euenturum. ¶Donati autem verba sunt. Finis epularum vel fabularum. vel lucis. Despiciens Iuppiter ex alto actus hominum considerabat. Venus autem arrepta occasione eum alloquitur. Tristior: q̃ antea lachrymis: ille est maximus dolor qui ante vocis exortum lachrymis præcedētibus nunciatur. Tales: res plena subtili arte: vbi personarum non solum: sed & rerum habetur ratio. Loquitur venus ad Iouem si priuata filia ad patrem. si publica inferior dea apud summū deorum. Vicit autem quod publicum fuit. Concitat subtilem inuidiā: ꝙ Iuppiter: cuius sit iuste curare quid dij. quid homines agant: omiserit. verum in Aeneam iudicium & innoxium tot tormentis dissimulans vexari sinat: preponitur ergo publica persona & subnectitur priuata: apud enim patrem non potuit conqueri de dijs sed apud deorum regem. Dijs autem applicauit ęternis regis imperijs. Et hominib⁹ fulmine terres. Aeternis. ergo non sunt contemnenda veluti ea quæ ad tempus sunt quasi dicat non veniunt dij contra fata. Quid. freta innocentia Troianorum: querit nomen delicti quo non inuento constet eos immeritos pati. Aeneas: speciale ponit nomen atq; inde transit ad genus. In te. regem. d. & h. qui omnia habes in potestate Auum suum: promissorem noui imperij: quem omnes dij suspiciunt & homines fulmine territi venerantur. Meus scilicet filius tuus nepos Tantum: bis repete quid tantum eneas: & quid tantum troes. Tantum: tam immane. Cunctus: ad id redigitur vt nec alibi stare: nec in Italiam venire possit: Ergo restat vt in fluctibus semper exagitetur. Pollicitus conuenit ex veteris promissi immo pollicitationis fide. Turpe enim est decedere de fide: turpissimum cuiuis mutare sententiam. Quid ergo tāto deo pręsertim vbi filię nepotisq; vertatur incommodum: Genitor ponit post publicam personam patrem, vt appareat neutram illarum ducere perfidia traduci Vertit: cum vas vertitur: omne quod habet effunditur. Ergo ostendit ꝙ iuppiter inimica persuasione ita sit versus vt nihil pietatis sit in eo relictum. Quam integram filię præstare debuit. Genitor multum valet hæc persona in promissis: quæ non liberis solum verum & posteris sint profutura. Quę sententia quasi dicat quis te potior est qui te possit vertere. Hoc equidem. dissimulandum est damnum si quod amissum est alterius commodi ratione pensatur: vnde compensatio dicitur velut si in altera lance damno posito in altera commodum par vel maius ponatur. Occasum troiæ: ostendit rem maximam permisse. Casus enim parue rei est vel persone inferioris. Occasus diuinę rei vel persone superioris. Nam solem lunamq; occidere & viros præclaros occidisse dicimus. Rependens. comparans & exequās mala fata bonis. Nūc eadē. nō solū nō veniūt bona sed manēt mala. Quē das f. qa Iuppiter potest postulata cōplere & potuit efficere ne aliqñ acciderent. potest & sic intelligi Quem das finem

* Et manibus

finem.i.quando Troiani venient in Italiam aut qñ carebũt his malis. Ordo autẽ est. Et iam erat finis: scilicet sermonis longi quo socios amissos requisiuerant. ac diei quia non est verisimile vna luce potuisse eos iam tempestatem passos in terrã descendisse ignem excudisse frugem desicasse. Aeneã tot ceruos fudisse. socios cõsolatum esse. vina dedisse: escule nta a socijs parata esse. cenatum & cõquestum esse. Aeneam loca explorasse: ad Didonem aduenisse. quę tunc datura ius ad forum cõscenderat. quod mane fieri solet. Vñ persius Hismane edictum post prandia calliroẽdo Et vt Martialis dicit hora tertia diei. Nã exercet raucos tertia causidicos: Ipso ergo die quo appulsi erãt in ea nympharum domo. i.amœnissimo loco quem prius descripsit poeta. manserant vbi nunc cœnati erant cum finis esset sermonis & diei. postridie autẽ æneas loca disquirebat vñ dicetur. Vt primum lux alma data est exire locosq́. Explorare nouos. Non est ergo dubium diẽ fuisse exactum cum vesperi cenare soleant. & cum manifeste dicat Aeneam exorta luce explorasse nouos locos. finis igitur erat tam lõgi sermonis q̃ diei: cum .i. qñ. Iuppiter. despiciens. i. deorsum inspiciens de ethere summo. mare veliuolum. i. in quo vela volant. aut qđ velis peruoluatur aut voluitur: & terras iacẽtes. i. humiles & prostratas: & littora & populos latos. i. late habitantes: cõstitit sic. i. in tali affectione quę dicetur sup. in vertice cœli & defixit lumina. i. oculos deorsum iniecit regnis .i. ad regna libye illius. s. partis in qua ęneas tunc erat. Atq; pro & venus (scilicet illi occurrens inuẽta oportunitate) tristior. s. q̃ decuit: aut valde tristis (qđ & Valla sentit: Nã vt cũ Lãdino secundum Priscianum subtristẽ & parum tristem dicas non placet: nõ enim parum tristis censeri põt lachrymis oculos suffusa nitentes) & suffusa oculos nitentes. i. habens oculos nitẽtes suffusos. i. parum superfusos: lachrymis alloquitur illum. s. iouem: iactantem pectore. i. versantem: tales. i. humanarum rerum: curas. Alloquit̃ aũt sic. O scilicet. Iuppiter hoc est iuuans pater & rex magne: qui regis ęternis imperijs cum mortalia facta pereant: vñ in Geor. perituraq; regna res hoĩm & deumq; pro deoꝝ: alij legunt deorum vt sit hypermeter versus: q hic vitiosus non esset: quia syllaba abundans absumi põt per vocalem sequẽtem: & qui terres res hoĩm & deoꝝ fulmine. s. tuo trisulco: quod etiam superi timent: vñ venus ad cupidinem in hoc primo. solus Nate patris summi q tela typhoia tẽnis: quid æneas meus scilicet filius & tuus nepos: potuit sup. cõmittere. i. cõmereri & peccare tm̃. i. tam magnum scelus: in te. i. cõtra te: & qd troes potuere cõmittere in te. q. d. nihil. Plus aũt est nõ potuisse cõmittere q̃ cõmisisse: troes dico: qbus passis tot funera. i. mortes suoꝝ nã vero simile est neminẽ superstitũ esse q neminẽ suoꝝ in bello troiano amiserit: cũctus orbis terraꝝ: quia nusq; cõsistere a Iunone permittunt̃: id ergo inuidiose in Iunonẽ dicit: sed tacite dictura expresse si coniunx nõ esset claudit̃. s. ab introitu: ob Italiã. i. vt arceantur ab Italia. Certe tu pollicitus sup. es cũ troiam perire permisimus. Romanos fore. i. futuros esse: hinc: hinc dico .id est ex hoc ænea aut ex his troianis: annis voluentibus. s. vices rerũ: aut voluentibus:

Et manibus progne. p. s. c. pro philomelæ ditione: potestate i. pace legibus bello. Pollicitus: pollicemur sponte: pmittimus rogati. Quæ snĩa: verecũde agit nec em̃ conueniebat vt aperte cõtra vxorem ageret apud maritum. Sic etiam respondet Iuppiter. Nec me sententia vertit. Hoc: hac re. Respondens: recompensans: Translatio a pecunia quæ antea pendebatur. Eadem qualis antea: vt longitudo temporis nihil Troianis prodesse videatur: Finem non regnorum: sed laborum finem. polliceor promitto

voluentibus: scilicet se aut volubilibus: olim. i. aliquãdo sed tempore futuro .a sanguine teucri reuocato: cuius verbi duplex est expositio. nam Seruius qui vult teucrũ pro dardano poni ita exponit a sanguine teucri pro dardani reuocato. i. iterum in Italiam vocato: nam dardanus ex Italia oriundus erat non teucer: vnde dictum est Dardanide duri antiquam exquirere matrem: Ego vero qui quod proprie dictum tueri possum nihil per acyrologiam accipiã dixero a sanguine teucri reuocato. i. reiecto. i. post q̃ sanguinem teucri reuocauerat & reiecerat: dardani autẽ sublimauerat & ad imperium orbis p̃ destinauerat: nam troiani partim a teucro cretensi: partim a dardano italo originẽ traxerũt: & visus est iuppiter aliquando teucros in imperium vocasse nunc vero assumptis dardanidis reuocare. i. reijcere sicut reuocamus & recantamus quod perperam aut vocauimus aut cantauimus (tu lector delige vtram voles snĩam. Nam sunt qui non legant reuocato a sanguine sed reuocato sanguine teucri) qui scilicet Romani aut ductores ex troianis oriundi: tenerent. i. possiderent mare: & qui tenerent. i. possiderent terras oĩ ditione. i. potestate vt pace bello & legibus: o genitor quæ snĩa vertit .i. a proposito vi abduxit te id in iunonem latenter dicit: sed vide q̃ subtiliter ingrediatur venus. Prius em̃ vt ostendat eum quæ promiserit aut pollicitus sit posse exequi dixit: o qui res hominumq; deorumq; &c. nunc vero vt ostendat eum debere id velle pro suis præsertim inquit: quæ te genitor snĩa vertit: vt turpe sit regẽ hoĩm & deorum a proposito ac promisso verti: & impiũ patrem a filia & auum a nepote abduci. Equidem. i. ego quidem quæ de te opinionẽ bonam habebam solabar. i. pro solatio tolerabam: occasum. i. excidium: troię: hoc. i. ex hac re. i. hac pollicitatione: qa pollicitus eras ex occasu troię Romã oriri. q. d. si quis mihi obijciebat q permiseram troiam meã occidere: quæ res mihi tristitie esse debebat ego solabar hoc. i. hac re: q sciui te pollicitum esse Troianos aliquando in Italia rerum potituros: rependens. i. recompensans fata cõtraria fatis. id est modeste tolerans fata quæ erant de excidio troię. ob fata de institutione Romę. Nunc. q. d. multum abest vt pro aduersis lęta obtineant troiani quia eadem fortuna scilicet persecutrix & inimica insequitur nunc. id est hactenus viros actos tot casibus. id est ruinis erumnis & aduersitatibus: o rex magne qui & potes & velle debes: quem finem laborum das. quasi dicat vt regna promissa omittam (quod alibi dictura est) quem finem laborum das. q. d. nullum. cum indies magis laborent.

SERVIVS.

¶Antenor: cur hunc solum nominat cum a Troia capys campaniam: Helenus macedoniam alij sardiniam secundum Sall. occuparint quia si proditionis argueretur: poneretur similis persona: antenor enim & Aeneas teste Liuio: patriam prodidisse dicuntur quod Vergili⁹ tãgit ibi. Se quoq; principibus permixtũ a. a. Hora. tamen excusans ait: ardentem sine fraude. id est sine ꝑditione. Nemo autẽ excusat nisi rem plenam suspitione. Sisenna tamen dicit solum antenorẽ prodidisse. Quod arguitur quia legatos Helenã repetẽtes hospitio accepit & Vlyssem sub mendici habitu cognitum non prodidit & si sic est: augemus exemplum. Si proditor regnat cur non pius. Illyricos penetrare sin⁹: antenor non illyricum nec liburniam tenuit: sed Venetiam. Sed inde venit quidã Henetus: a quo denominata est henetia deinde Venetia: Tutus: cum liburni sint rhętii videlicet sæuissimi populi ab amazonibus originẽ teste Horatio ducẽtes. Hos supauit Drusus Dictum

Antenor potuit mediis elapsus achiuis
Illyricos penetrare sinus: atq; intima tutus
Regna lyburnorũ & fontem superare Tymaui:
Vnde per ora nouẽ vasto cũ murmure montis
It mare proruptũ: & pelago p̃mit arua sonãti.
a Hic tamen ille vrbem patauiª: sedesq; locauit
Teucrorum: & genti nomẽ dedit: armaq; fixit
Troia: nunc placida cõpostus pace quescit:
Nos tua progenies: cœli quibus annuis arcẽ:
Nauibus infandum amissis. vnius ob iram
Prodimur: atq; italis longe disiungimur oris.
Hic pietatis honos? sic nos in scæptra reponis?

PIERIVS.

a ¶Hic tamen ille vrbem pataui. Variæ quidẽ fuere olim Grãmaticorum snĩæ super eius genitiui scriptione, qui declinationis secundæ rõne in, ĩ, geminatũ enuntiari debet. Neq; ipsos tm̃ grãmaticos diuersa ĩ hoc sentire, sed alias atq; alias æta tes mõ simplici, mõ geminato scriptitasse cõperio. Sane Priscianus ait Veteres in hmõi genitiuis geminãtibus, ĩ, frequẽter solitos alterũ ex ijs subtrahere, Virgiliano hic exẽplo citato. Hic tñ ille vrbẽ pataui, ꝑinde ac illa ẽt, nec cura peculi neq; nõ; pau

ASCENSIVS.

¶Antenor potuit &c. Quia antenori cõcessit Iuppiter vt in Italiam let⁹ perueniret sedesq; locaret: videt̃ id & ænee debere cõcedere. Nõ aũt placet mihi qđ seruius dicit vtrũq; proditorẽ fuisse idq; auctoritate Liuiana. nam liuius id nõ asserit: cuius verba in principio operis sunt. Iam primum oĩni satis ꝯstat troia capta in cæteros: sæui tũ esse troianos. duobus ænea antenoreq; & vetusti iure hospitij. & qa pacis reddendeq; helene semper auctores fuerũt oẽ ius belli achiuos abstinuisse. Casibus deinde varijs antenorẽ cũ multitudine henetũ q seditione e paphlagonia pulsi & sedes & ducẽ rege philemene ad troiam amisso quærebant venisse in intimũ maris adriatici sinũ euganeisq; qui inter mare alpesq; incolebant pulsis henetos troianosq; eas tenuisse: & in quẽ primum egressi sunt locũ troia vocatur. pagoq; ide troiano nomẽ est. gens vniuersa veneti appellati. Aeneã ab simili clade domo ꝓfugum sed ad maiora rerũ initia ducẽtibus fatis: primũ in macedoniam ASC. Liuius.

donia venisse. inde in siciliā grentē sedes delatū. A sicilia classe laurētē agrū tenuisse. Troia & huic loco nomē ē. Hęc ille q̄ nullā ꝑditionē. Aenea aut antenore asserit vn̄ licet succincti⁹ castiꝰ tn̄ rem tractat Donatus cui⁹ v̄ba sunt. Antenor ꝑ cōparatiōe a minore ad maius exaggerat mero rē antenor ergo alienus a necessitudine tua ho & hūilis & depssꝰ manus hostium potuit effugere.

Dona.

Illiricos penetrare voluit demōstrare difficultatē pueniēdi. & ad hostiles partes penetrādi q̄ oia facit dictis posteriꝰ ānexis. Penetrare em̄ est penitꝰ itrare. & sinus sūt recessus terrarū penitꝰ remotar̄. quibus clausis nō potuisset euadere si pericula extitissent. & miro v̄bo vsa est transire qḋ est sine molestia vel ipedimēto q̄ vis puenire. Et q̄a fontē superare difficultatē non demonstrat addit. Vn̄ p ora nouē & cetera: & cōmemorat tāte illū fontē v̄tutis eē. vt p nouem illius ora tutꝰ trāsiret. Vaito cū. m. m. it. m. pr. vt fons solo vocabulo reuera sui abūdātia in terris pelagi faciem ōnderet. Repete ḡ. potuit hostes euadere potuit penetrare. si ille potuit superare. f. t. Hic. s. i regionibꝰ & p oēs difficultates. Ergo vnū ad uerbiū & ꝑnomē graue pondus doloris adiecit: ille minoris dignitatis cur tātū fœlicitatis adeptus est vt tutus trāsierit: tutꝰ ꝑuenerit: tutꝰ vrbē suis cōdiderit tutꝰ noie Troiano vocitari indigenas fecerit: tutꝰ arma Troiana i. victa in eor̄ ptibꝰ fixerit: quos nō cōstat victores fuisse. Nos: trāsit ad ꝑparatiōe Tua ꝑgenies iterpretatio est. Tua: q deos & homines tn ptāte habes. Apud quē priuilegiū primi gradus habere debemus. Di spe ꝑmissor̄ ducimur naues amisimꝰ. & ꝑmissam Italiā tenere nō possumꝰ. Vniꝰ ob. id optie ad finē oñoni reseruauit. ne si inter initia dixisset offensus iuppiter sororis & coniugis iniuria alienaret̄ nec etiā nomē iunonis posuit: vt sine offensa ad iniuriarū numerū pueniret. Hęc ille. Beroaldꝰ v̄o in Seruiū dicit sic. Admiror Seruiū in tā manifestariū errorē incidisse. idq̄ scripsisse: qḋ a nullo historicor̄ traditū sit cū oēs idonei scriptores cōsono ore cōscribāt in paphlagonia regione asiatica fuisse populos henetos noiatos: a qbus in italia oriundi sint cognomines eor̄ veneti: hoc Liuꝰ i. s. Ply. in. vj. Cornelius nepos & Qu. curtiꝰ mēorie ꝑdiderūt. Strabo v̄o opinat̄ venetos italicos a venetis gallię ppl̄is coloniā fuisse deductos: istor̄ oium vt arbitror merito Seruij ē explosa sn̄ia. Ordo aūt est. Antenor vir ille Troianus elapsus. i. subtiliter liberatꝰ & ereptꝰ: medijs achiuis. i. graecis: hoc ē e medio inimicor̄ potuit penetrare. i. penitꝰ itrare: sinꝰ Illiricos. i. illyrice ore āgustias: atq̄ potuit tutꝰ. s. ab insidijs hostiū & odijs iunōis penetrare intia regna liburnor̄: i. illor̄ pplor̄ ad mare ionicū. Sinꝰ aūt ionicꝰ adriatici maris pars ē. cuiꝰ a dextera ps illyriā facit cui liburnia vicīa ē: & potuit supare fontē timaui i. tymauū fluuiū Venerięq̄: aut fontē. i. ipetū aqrū q̄ effundunt̄ vn̄ mare ꝑruptū aut proruptū. it. i. ꝑiuit p nouē ora. i. magna ostia cū magno murmure montis. s. vicini. & premit. i. cōcutit: arua. s. vicina pelago. i. abūdātia aquarū q̄si pelagus. i. mare cōstituentiū: sonāte. i. cū murmure & sonitu erūpēti: tn̄. i. tametsi tantꝰ sit ipetus aquar̄ ille. s. antenor respectu eneae humilis & abiectꝰ: lo

Penetrare.

BERO.

Heneti.

Ordo.

non, pauperis & Tuguri. citat idē alibi per q̄ nęresin. Fata lyci, pro lycij, & vrbem pataui, pro patauij. Sed enim Quod priscianus poetarum tantum innititur exemplis multa veterum inscriptionum exempla cōmemorare possem, quibus appareat oratores etiam eandem scriptionis rationem secutos eē Scriptores vero indifferenter, nunc vnum, nunc geminatum in iisdem nominibus posuisse, vt illud apud lucretium. Nec ratio remedij communis certa dabatur. Apud ouidium ad cottā. Antiquo codice, qui apud me est. Sacrificij genus est, sic instituere priores, idq̄ ea caussa factum, qḋ quum tres sint figurae. quae syllabam ex duabus vnam conficiunt, crasis, synęresis, atq̄ Synizesis. Decq̄ his duae crasis, & Synęresis vnam scribant vel vocalem, vel diphthongum, syllabamq̄ vnam enūtient. synizesis vero, duas quidem vocales ipsasq̄ distinctas scribat, sed vnam tantum dimensioni pedum imputet: cuiusmodi exempla apud lucretium & virgilium sexcenta inueniūtur: quorum bona pars locis suis indicabitur: alij synizesim vt recta declinationis forma appareret adamarunt, alij crasin, aut synaeresin, vt, quae minus offensionis in versuum enunciatione prae se ferrent, sequi maluerūt. Inde factum vt in veterum monumentis vnico i, pleraq̄ scripta iueniantur cuiusmodi vnū hic tantum apposuisse sufficiat.

INTER DVOS

PARIETES

AMBITVS PRIVAT.

FLAVI SABINI.

¶His cōmota fugā dido &c. Per git venus docēs paucis quō di do in eā regionē venerat ciuitatisq; fundamenta illic iecerat vt graphice declarat Donatus his verbis. Odiū: eorum q nōnullis viribus potuissent resistere. Mœtus: eorum q aliqd crudelitatis expectarent. Ergo alii fauebant didoni: ne ille occupato auro fieret fortior. Alii ꝓpter mœtū qbus ferebat occasio vt carerēt sæuissimi hois dñatione. Paratæ. Si em aliquid innouassent in nauigiis dabatur aperta suspitio. Onerāt auro: aurum oē & argentū iusserat tolli sicheus. Sed isti quia maior nauiū copia ad oē tollēdū opus fuisset: id tulerūt qd naues capere possent. Ergo auro id quidem preciosius est & nō argēto. Onerāt vt plus etiā q naues ferre possent impositū esse videat. Quanta ergo fuit thesaurorū copia cū relicto argento ne totū qdē aurū naues ferre possent. Auari pygmalionis oē illuc tēdit: vt ꝓbet qd dictū est. Sed quo modo pygmalionis. Qua illas suas futuras aio cōceperat ꝓpter qd sibi ereptas inique ferret. Dux fœmina ad insultationem pygmalionis dictum: vt ea duce ꝑdiderit qua assecuturum se putabat. Deuenere locos: ordina sic: deuenere locos. Mercatiq; solum. v.n.in.c.m. Nam ædificiū institui non potuit nisi prius empto solo. Taurino quātum: alii dicunt pecuniā tunc ex corio bubulo fuisse: & pecuniam dictam q ex pecore originem duceret: tantumq; fuisse in precio loci: quantum bouis corium conficere potuisset: alii fraudem emptoris ponunt qui tantum mercatus sit quantum corio bouis possit circūdari: at venditor nihil tale suspicans arbitratus est tantum dedisse quantū integrum corium posset occupare. Emptores vero in tenuem corigiā illud secantes plusq; deberent occupantes sed fabulosa sunt oia: nam si attendatur magnitudo vrbis: & quāta a Verg. describitur non poterat: nisi latioribus locis condi: licet poeta hoc credibile faciat dicendo facti de nomine byrsam: quod & lingua græca vnde fuit Dido: & punica.i. ipsius regionis in qua res gesta: corium significat. Sed vos mira breuitas interrogantis: nec fraude caret. Nam conatur ostendere se non esse deam: sed non fallit æneam. Nam cum magna animi laceratione respōdet. Hæc ille. ¶Ordo est. Dido commota his.i. ostentis ac visis nocturnis parabat fugā.i. oportunitatem fugiendi: & socios.i. comites fugæ: aut reuera socios: qui tyrannum fugere volebant etiam sua nō solius Didonis causa: nam sequitur: conueniunt.s. socii qbus erat aut odiū tyranni crudele.i. incrudelem tyrannum. (Si quis tamen proprie & sine hypallage interpretari volet sensus erit. Odium fuisse crudele.i. acre & crudeliter crucians quia īuidia & liuor torquet eos in quibus est) aut mœtus acer.i. vehemens & vehemēter affligēs vt consimili ratione dictum sit: odium crudele: quia acre: vt dixi hoc est omnes conueniebant & qui eum oderūt propter iniuriā iam tum illatam: & qui acriter metuebant ne cōsimilem inferat: quia vt dicit Hora. Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet. Et ipsi corripiunt.i. simul rapiunt naues quæ paratæ supple erant forte.i. a fortuna: & onerant sup. eas auro: hoc est tātum auri ingesserunt quantū naues ferre possent opes pygmalionis auari.i. & quas pygmalion iam suas putabat: portātur pelago.i. trāsuehuntur pelagus: fœmina.s. Dido sup. est dux.i. ductrix & princeps: facti.s. tam insignis quia pulchrum est vlcisci auarum & scelestum hominem: id autem dicit ad isultationem pygmalionis & in execrationem auariciæ eius: & in laudem Didonis quā æneæ conciliare: iamdudum venus eius rei perita parat. Ipsi ergo nauibus aurum auehentes: deuenere locos.i. venerunt ad locos seu loca: vbi: id est in quibus: tu cernes nūc id est statim: mœnia ingentia: id est valde magna: & arcem id est propugnacula & castella quæ in ciuitatibus esse solent: alludit ad arcem capitolinam: carthaginis nouæ.i. cuius pauloante fundamenta primum erant iacta: surgentem.s. opera extruentium eam: deuenere dico locos & mercati sunt solum.i. terram aut fundum solidum ī quo arcem & mœnia extruerent: appositorie byrsam.i. corium (secundum Donatum) de nomine facti.i. a facto denominatam: nā mercati sunt solum tantum quantum possent circundare tergo pro tergore.i. corio tergi: taurino.i. a tauro detracto. Sed supple dicite tandem: vos qui sup. estis aut a quibus oris venistisve prove quo tenetis iter: id est quo tenditis. Ille scilicet æneas: suspirās & trahens vocem a pectore imo: vt faciunt qui cū mœrore loquuntur: supple respondit talibus quærenti scilicet veneri quam tamen non agnoscebat: respondit autem quæ sequuntur: sed verbum respondit aut dixit per eclypsim honestam omittitur: honesta autem est: quoties quod subauditur facile est intellectu: qualia sunt generalia verba: vt sunt gero: facio: vt nūc fama minores Italiam dixisse: fama supple est: naues quæ forte paratæ: subaudi erant. Talia per latium: subaudi gerebantur. Piscaris an venaris an studes an simul omnia: subaudi facis. Item verba ad loquelam spectantia nunc ponuntur sine suppositis: vt vrbē quā dicunt romam mœlibe putaui. Extremam vt perhibent: ita aiūt &c. nunc supposita sine ipsis vt sic venus: & hic quærenti talib9 vbi talibus potest regi & a participio quærenti & a verbo respōdit subintellecto: & quærenti pōt esse septimi casus in designatione sequelæ positi vt sit quærenti sup. venere.i. dum venus quæreret: sicut talia iactanti.i. dum æneas talia iactaret: & datiui vt regatur a verbo subintellecto.

SERVIVS.

¶Quibus aut. Oderāt læsi: metuebāt lædēdi: nō ergo volūtate sed odio & mœtu abibāt ꝓpter hoc in.iiii. dixit. Quos ergo sidonia vix vrbe reuelli. Crudele.i. crudelis tyrāni per hypallagen. Nā in tyrannū iuitū est odium pygmalionis.i. quas suas putabat. Hinc in.iiii. Vlta virū. Nā q maior potuit esse pœna: q aurum ꝓpter qd peccauerat ꝑdere aliter falsum est vlta virū. Paratis: nā phœnices a rege pecuniā accipiebant vt de peregrinis frumēta coemerent. Naues igit ad hoc paratas accipit dido quā cū a fratre missi insequerentur: illa aurum in mare deiecit: qd illi videntes reuersi sunt. Surgentē: erigētē se. Noue. Carthago lingua pœnorum noua est ciuitas. Vt docet Liuius. Mercatiq; solū. pellebatur ex libya ab Iarba dido: ita q callide emit tantū soli quātū posset bubulo corio teneri. Verum corium in tenuissimas corrigias sectum tetēdit: occupauitq; stadia.xxii. hoc breuiter tāgit cū dicit nō tegere: sed circūdare. Facti de n. de causæ qualitate. Tandem: vacat. Et est naturalis interrogatio qui estis vnde & quo sic in octauo licet mutato ordine. Quo tenditis: & qui genus: vnde domo trahens a.p.v. Subaudi dixit: nam quoties longe respondet: parēthesis est: quoties nusq; eclysis.

SER.

¶Poe.

carthago

Byrsa.

Dido.

SERVIVS.

¶O deo: ita ꝑseuerat: in opiniōe sua: vt illi tñ qnq; cōcedat. Si vestras forte ꝑ au.tr.n.iit. vel illud est quod superius dixit an nympharum san.v. Quæ nō omnia sciunt: & moriuntur ſm Aristotelem. vt fauni & panes. Ab origine: a raptu Helenæ. Pergam: perseuerem id est vniuersa dicā. Annales. Historia est eorum tēporum quæ

¶O dea si prima repetens ab origine pergam:
a Et vacet annales nostrorum audire laborum:[a]
b Ante diem clauso componet[b] vesper olympo.
Nos troia antiqua (vestras si forte per aures
c Troie nomen iit) diuersa per æquora vectos[c]
Forte sua libycis tempestas apulit oris.

ASCENSIVS.

¶O dea &c. hæc est respōsio Aeneæ miseratione excitantis & ad singula interrogata veneris breuiter sed non eo ordine quo interrogauerat respondentis quod autem dicit. Sum pius æneas argute defenditur ab arrogantia ꝑ Seruium: nam quod de pietate dicit indicium inquit est: vnde sciemus Aeneam tam insigni pietate

SER.

ASC.

¶Aeñ.

Sum pius æneas:raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum:fama super æthera notus.
d Italiam quæro patriam & gen⁹ ab ioue summo d
Bis denis phrygium conscendi nauibus æquor.
Matre dea monstrante viam:data fata secutus.
e Vix septem conuulsæ e vndis:Euroq; supersunt.
Ipse ignotus:egens libyæ deserta per agros
Europa atq; asia pulsus? nec plura quærentem:
Passa venus medio sic interfata dolore est.

pietate fuisse vt vulgo pius agnominaret. Itaq; dicẽdo sum pius æneas:non arrogat sibi sed indicat qs sit: hoc est dicit se eũ esse q vulgo pius æneas appellatur:de fama aũt qua dicit se sup æthera notũ: dicere possum⁹ cũ Seruio ꝙ cũ heros esset debebat vera fateri cum & Vlyxes apud Homerũ dicat famã suã ad cœlũ vsq; venisse:aut de pietate intelligendũ esse:quã & in deos q super æthera sunt & hoĩes exercuisset. Aut reuera decere interdũ se collaudare. Nã si rex ignotus in ciderit in manus ppl'i q ipsi regi parcerẽt cũ priuato obessent decenter se regẽ fatereť. Cum ergo æneas audisset qđ dixerat ven⁹. Sed fines libyci genus intractabile bello:ne forte ignotus intercipiať potuit dignitatẽ suã ostẽdere:pſertim corã ea a qua bñficium acceperat:vt significaret se nõ indignũ esse cui virgo rñderit tã beniuole. Sed de his audiẽdus est Donatus dicẽs sic. O dea.

Dona.

Duo dicit impedire. Vnũ qa nõ vacat. Alterum qa breuitas tpis narrationẽ expleri nõ patiť ,ppe rat redire ad suos a qbus in locis desertis noctu separari non debuit. Beniuolã aũt facit & honorificam cum deam appellat. Et attentam cum multitudinẽ calamitatum suarum ,pponit & nõ tñ oẽs se dicturum. Respõdet ad omnia sed nõ ordine. Primo em̃ respõdet secũde. Quibus aut venistis ab oris. Et ꝙuis narratione totius diei nõ posse expleri calamitates dixerit: tñ breuitate mirãda labores omnium cõclusit annoꝝ. Nã dicẽdo nos troia antiqua:primã tpis partem posuit. Dum aũt diuersa per.e.v.tãgit mediam:& forte sua libycis ponit postremam:& simul ostẽdit ꝙ violẽtia fluctuum illuc appulerit:& qa cum dea putabat se loqui: commendat personã suã dicendo. Raptos q.e.h.p.c.v.m. fama medie posuit nec dixit q̃ fama nã & multi mala fama noti sunt sed qua fama ĩtelligat ponit cum illum religione in deos fama super æthera notus dicit. Cũ enim laboribus meis essem notus toti orbi fama noĩs mei sine fine decurrẽs ad cœlum venit Italiã q̃ro.ad id Quoue tenetis iter:& ornaturus gen⁹ addit: qđ non q̃situ fuerat. Et genus a Ioue summo Matre dea libẽter audiť ꝙ gratias agat matri quasi absenti data fata:ergo nõ voluntario a patria discesserat. Sic pterita strictim tãgit:& in pſenti immoratur:vt maiorẽ moueat misericordiã. Bis d.ostẽdit magnũ numerũ. Sunt aũt si dolẽtis aĩm excutere volumus separatim singula cogitãda:vix ostẽdit quãta difficultate euasit. Ignot⁹: summa in humanis miseria:in alienis terris nullius habere noticiã. Augetur aũt si sit egẽs. Nã si nõ egeret:nõ esset ei cuiusq; noticia necessaria:ad hæc duo mala ignotus & egens addiť tertiũ solitudo: vt nihil ad victum suppeteret:nec inueniret q daret. Europa atq; asia.tacuit de aphrica:quia in ipsa erat. Venus aũt sermonem interrupit:vel quia norat cũcta:vel quia nõ libenter audiebat:vel quia maturandũ:qm ante nocte via mõstranda erat. Hæc ille. Beroaldus aũt dicit in Seruium sic. Etsi Seruio in hac re Isidorus li. j.etymologiarũ suffragať:tñ apud me pluris est autoritas ciceronis & Gellij qui vt opinor & Seruio & Isidoro doctiores extiterunt. Etenim Gellius in quinto illos arguens: qui de historia & annalibus idem quod Seruius tradiderunt: inquit annales omnino id esse quod historiæ sint:historias non omnino id esse qđ annales sint tanq; alterum speciale nomen sit:alterum generale:

Bero.

Historia
Annales

itaq; historia

PIERIVS.

a ¶ Et vacet annales nostroꝝ audire laboꝝ. In peueteri codi.manu scripto,annales nostroꝝ audire parentum,legiť:qđ forte nõ,displiceat:si quãtum interrogationi cõgruat respõsum ,ppenderimus. Tria em̃ percontata fuerat venus. Qui nã essent. vnde degressi in libyã aduenissent. Et quo demũ essent ,pfecturi. Cuius interrogationis pars prima,sed vos qui nã estis, duplicẽ requirebat respõsionẽ,a genere,vel a specie, nã,quo quis celebris habeať:aut maioꝝ nobilitas: aut virtus ,ppria debet efficere. Aeneas vero qui se hmõi distinctioni obligatum intelligit,angustia tpis circũsæptus videt longũ & importunũ esse maioꝝ suoꝝ gloriã recẽsere,festinãduq; esse ad speciẽ,& ad indiuiduũ:vt qđ nũc instat,interrogatẽ sibi cõciliet. Itaq; prudẽter ea,q̃ ad maiores suos ptinẽt,nolle se recitare p occupationẽ dicit,fuisse vero nobiles eo cõprobat argumẽto,qđ tot & tã magnæ sint a maioribus suis gestæ res (id enim significant annales)vt vix dies narrãti sit suffectura. Reliqua vero respõsa quũ manifesta sit prætereo, vt minime ad cõmemorandũ necessaria. Donatus tñ cũ alijs codi. laborum,non parẽtũ,videtur agnoscere,dũ ita exponit. Quia narrationẽ maloꝝ vnius anni,diei tps expleri non patiť. Ita em̃ annales,videť interpretari,& maloꝝ, paraphrastice pro laborũ,posuisse:ea tñ curta sunt in vulgatis exemplaribus.

b ¶ Ante diẽ clauso cõponet vesper olympo. In codicibus ali-
c quot antiquis nõ inuenuste cõponat,habeť. c ¶ Diuersa per æquora vectos. In perueteri quodã codi.iactos,legi:qđ ,p iactatos intelligi oporteret,vt illud. Quo primũ iactati vndis. Sed maior pars veterũ codicũ vectos,habet:idq; oĩno meli⁹.

d ¶ Et genus ab ioue summo. In Ro.codi.ab ioue magno, legitur. Vtruq; epitheton iouis est,siue olympus:siue æther ,p io-
e ue intelligať. e ¶ Vix septẽ cõuulsæ vndis. In Romano codi. & aliquot alijs pueteristis ꝯuolsæ,p o,syllaba media:ita reuolsus ita auolsumq; humeris caput,& siĩa. Præterea Victorin⁹ comuulsus,per m,litteram scribi præcipit,qui v, digammõ eandem habere vim censeat:quam habeat b,muta:pariq; ratione, si præcedat n,ex aliqua cõpositione,i n,m,mutari: sed hæc viderint alij. Illud ego potius referam, notari ab Donato vix septẽ,quasi ,p nihilo positũ:& quũ numerũ nauium diceret. Ambitiosum fuisse dicere bis denis, longe magis ꝙ si viginti,dixisset. Versus em̃ nihilo secı⁹ stetisset:si viginti phrygium con.nauibus æquor,posuisset.

rum quæ vidimus:aut videre potuim⁹ dicta ab ...
videre. Annales sunt eoꝝ annorum & tẽpoꝝ: quæ nostra ætas ...
nõ vidit. Sed cõfunduť vt hic ...
vbi annales ,p historia ponunť. Clauso: ſm poetas q dicũt nocte claudi: die aperiri cœlũ. Componet: finiet. Antiqua: nobili: vt Terra antiqua. i. nobililis: nec em̃ poterat esse noua. Forte sua: casu suo.i.quo solent:est aũt nomẽ a ntõ fors. Teren. Fors fiat. Libycis:hoc iã audierat. Oris: datiũ est ,p actõ: vt supra. Pius: nõ arrogantia: sed indiciũ est: nõ em̃ sciẽtibus: sed nesciẽtib⁹ de se loquiť vł vt heroes loqť qb⁹ ꝙ mẽtiri turpe erat:tam vera reticere. Deniq; Vlysses quoq; in Homero ait suam famam vsq; ad cœlũ venisse. Hoste: optima elocutio plusq; significat de plurali ad singularẽ trãsire. Hora. Et hĩc multa cane apros in obstãtis plagas trudit. Patriã distinguit ab italia:nã ,puincia nõ patria est: sed ciuitas:licet Salu.scribat Hispaniã antiquã sibi patriã esse sed illic ad laudẽ ptinet:nõ ad veritatẽ. Tria ergo quærit ,puiciam.s. italiam:patriã corynthũ. Vnde dardanus fuit. Genus.s. quia ex ioue & Electra Dardanus natus troianę gentis author:Phrygiũ hellẽspontũ. Conscendi: bñ dictum qa terra:vt aiũt physici inferius est elemẽtũ aqua. Nã continens supra contentũ est Matre dea:tãgit historiã:quam poetice scribẽs nõ potest aperte ponere. Propterea Luca. nõ meruit esse in numero poetarũ: qa historiã & nõ poema videť componere. Nã Varro in.ij. rerũ diuinarum ait:ex eo quo a Troia est profectus Aeneas Veneris p diẽ stellã semp vidisse:donec in laurentũ agrũ veniret:vbi nõ est ampli⁹ visa:quare cognouit terras esse fatales. Ergo & alibi. Nusq; abero. Et iamq; iugis summæ surgebat Lucifer idæ. Data fata: a loue. Conuulsæ:aut supersunt vndis euroq; cõuulsæ:aut conuulsæ vndis & euro:qa supra est laxis laterũ cõpagibus. Ignotus: deest quasi. Nã cõtrariũ dicit. Fama sup æthera notus. Subtrahit em̃ alias hãc dictionẽ: vt medias inter exultat amazon:nã volsca fuit. Europa atq; asia: aut orbẽ in tres partes diuisit:& absolutum est. Aut si Europã tm̃ & asiam intelligimus inuidiose loquiť: vt Venus. Cũctus ob.i.t.c.o. quasi dicat per troiã asia careo per italiã. Europa. Passa ve: vel ,ppter suum vel ,ppter filij dolorem.

Po...
Luca.
Venus stella
Dece...

itaq; historia erit rerũ gestarũ expositio. Annales vero libri sunt id quod factum quoq; anno gestum ve sit continentes: historia quo consilio qua ratione res gestæ sint: demõstrat habet affectus:auditorem commouet. Annales aũt nudi sunt nihil habent incitamẽti:nec commouere quicq; possunt:simpliciter sine vllis ornamentis:sine fuco:sine affectibus res gestas continentes: de quibus annalibus ita scribit Cicero libro.ij.de ora. Erat historia annalium confectio res omnes singulorum annorum mãdabat litteris pontifex maximus:efferebatq; in album & proponebat tabulam domi potestas vt esset populo cognoscendi: hiq; annales maximi nominanť. Vergilius itaq; oĩm rerum peritissimus ex persona æneæ tanq; pontificis dixit in primo. Et vacet annales nostroꝝ audire laboꝝ:nam cũ põtifex annales cõficiat: & æneas a poeta perinde ac pontifex inducatur:merito annales appellat historiam rerũ suarũ:& hic Maronianus versus a Macrobio cũ diligentia

gentia lectus est & eruditissime expositus enucleatusq;: a Seruio aūt parū curiose examinatus pensitatusq;. ¶Ordo aūt est. O dea (fatet̃ em̄ adhuc deā licet illa dissimulauerat: nō em̄ plane negauerat se deā) si ego repetēs a prima origine pgā.i.peragā.i.ad finē vsq; dirigā filū & cōtextū historiæ quā interrogas: & si vacet id est vacās velis audire annales.i.recitationē quasi ex annalibꝰ: id est libris quotannis scriptam laborꝝ nostrorꝝ: hoc est si & mihi dicēdi & tibi audiēdi ociū sit: vesper.i.stella vespertina: q̄ cum venens sit veneri grate nūcupat̃: cōponet.i.claudet & finiet: ante.i. prius q̄ peregero sermonē inceptū: diē.i.lucē diurnā & hoc olympo.i.cœlo clauso: qa noctu s̄m poetas clauditur: aut si de monte intelligatur & hoc olympo clauso.i.obtruso ita vt videri nō possit postq; rebus nox abstulit atra colorē. Tēpestas apulit sua forte.i.fortuna & casu inopinato: bene vtitur verbo actiuo cum ac tusatiuo: errant enim qui dicunt nauis illius aut ille apulit heri aut applicuit: cum dicendum sit nauis appulsa aut applicita est: quam hic aut ille apulit aut applicuit: appulit ergo nos vectos p diuersa equora sup.a troia antiqua.i.nobili: aut si de illo loquit̃ troia antiqua: qua dictum est: surgentemq; nouæ carthaginis arcem.q.d.non mirum si surgat quia noua: sed in secundo dicitur. Vrbs antiqua ruit multos dominata per ānos: aut ideo antiquā dicit vt notam significet (de qua re tn̄ ex more se dubitare significans: propterea ꝙ ea loca inculta essent: vnde exiuerat exploraturus loca ea. Qui teneant (nam inculta videt) homines ne fere ne (addit ergo: si forte nomē troiæ: ijt per vestras aures.i.si qd vnq; de troia audiuistis in istis locis loqui. Nec est contra præceptum grammaticum ꝙ pluraliter loquitur dicens non tuas sed vestras nam licet ad vnam loquitur: tamen de pluribus loquitur hoc est de omnibus tyrijs qui ea loca iam tenebant. Sicut prius ad Eurū vestras eure domos: non enim de solius euri sed de omnium vētorum domibus loquens vestras dixit. Quod aūt dicit forte sua ex persona sua dicit æneas qui nesciuit factione Iunonis id factū aut si reuera cum heros esset id scire poterat: tamen dissimulandū erat cum iam in regione Iunoni charissima esset: quod vero addit libycis oris ex eo pendet: qd̕ dixerat venus. Sed fines libyci: nam nisi id iam ab ea didicisset incongrue dixisset cū sicut prius visum est ipse cum achate exiuerit exploraturus quas vēto accesserit oras: vnde ipse pauloante hunc locum ad venerem. Et quo sub cœlo: tandem & quibus orbis in oris iactemur doceas: ignari hoīmq;

ri hominūq; locorumq; Erramus. Est ergo ac si dicat appulit nos vt audio oris libycis.i.ad oras libycas: est em̄ datiuus ad locum & per hoc responsum est ad illud: qbus aut venistis ab oris. Nunc respondens ad id. Sed vos qui: dicit. Sum pius æneas qui veho mecū classe penates.i.deos domesticos & quasi penes nos natos: vt sunt dij proprij ciuitatis troiæ: raptos.i.ereptos: ab hoste.i.e manu aut occupatione hostiū: existēs notus fama.s. huius pietatis: sup æthera.q d.etiam in consilijs deorum: aut hyperbole est. Ad id aūt qd̕ quæsitū est: quove tenetis iter: respōdet. Ego quæro italiam patriam.i.vnde originem traxi. Seruius vult non appositionē esse vt italiā intelligamus esse patriā æneæ: sed distiguendū esse: quotiens em̄ multa & diuersa copulare volumus: satis est coniunctionē ante vltimū ponere: vt Ioānes Petrus & Iacobus in trāsfiguratione dn̄ica fuerunt: dicetur ergo ego quæro italiam.s.promissam a dijs & patriam.s.corythū: & genus a ioue summo: sup.q̄ro: hoc est q̄ro cunabula gentiliū meorꝝ q ab ioue deducti sunt: nā dicet̃ in tertio de italia antiquā exquirere matrē: & corythū terrasq; reqrit Ausonias: & hinc Dardanus ortus Iasiusq; pater aut ego existens genus.i.ꝓgenies deducta a Ioue summo conscēdi æquor phrygium.s.hellespontū: bis denis.i.viginti nauibus: secutus.i.sequēs fata data.i.cōcessa mihi a dijs vt fati sit ereptū esse & non ꝑditionis: & hoc matre dea.s. venere (cum qua iam ignota loquitur & ita gratū se ostēdit matri qd̕ illi acceptum est) mōstrāte viā. Septem sup.naues ex illis.xx.nec integre sed conuulsæ vndis & Euro.i.ꝓcellis supersunt.i.reliquiæ mihi sunt: vix.i.qd̕ cū summa difficultate mihi cōtigit: aut vix super sunt: qa nō totæ: cū remi facti sint & mali. Ipse.i.ego: ignotus in his locis q̄quis sim fama sup æthera notus: peragro deserta libyæ quæ.s.dicis esse libyæ: egens.i.qui egeo (vnde Dido dictura est in exprobrationē eius. Nusq; tuta fides eiectū & littore egentem Excepi: & regni demens in parte locaui. Amissam classem sociosq; a morte reduxi) & sup.pulsus europa.s.ad quā tendere parabat & asia.s.a qua profugus fato venerat: in aphricam vento pulsus: volebat autem plura dicere: nec.i.& non: & venus non passa q̄rētem.i.quæri aut conqueri volentem plura: inter fata est sic vt.s. sequitur medio: quia nondum absoluto sermone: dixisset em̄ casus suos quos iam in mari passus erat: qui quia dicti sunt incongrue repeterentur: vnde subtiliter inducit venerem interrupisse sermonem eius.

SERVIVS.

¶Quisqs es: audierat: Sum p.æ. sed qsqs es.q.d.etiam si hæc in te nō sint sic infra. Quisqs es amissos.i.n.o.g. Hoc est quacūq; rōne cōtra nos pugnaueris. Haud inuisus: liptote est.i.carus. Cœlestibus: s̄m pythagorā & Plato. qui affirmant viuos supis: mortuos vero inferis caros esse. Vn̄ de Pallante. Nil iam mortalibus vllis debentem. Cōtra vero vos o mihi manes este boni.q.s. a.v. Vitales: qbus viuimus. Nā reciprocus spiritus vita est. Hinc iuppiter quo cōstāt oīa dicitur. ζευς απο της ζωης.i.a vita. Tyriā: a colonis. Adueneris.v. Hysterologia. Perge modo.q.d.hęc tibi sola sit cura. Nam naues liberatæ sunt. Reduces hi sunt qui pericula euadunt. Versis: nam q italiam tēdentibus aduersi erāt: nauigātibus in Aphricam fiunt ꝓsperi. Ni frustra vt cōfirmaret æneæ errorem ne diuināđo dea crederetur. Est autem vani parētes.i.vanum auguriū p hyppalagen: vel vani parētes qui res falsas & vanas docēt: & sic ostēdit multos decipere auguria. Alij dicunt ad nimiū affectū parētū ptinere quo etiā vana docēt filios. Cygnos: hos nauibus: aqlā tēpestati cōpara. in augurijs aūt non solū aues cōsiderant̃: sed volatꝰ in prepetibus: & cantus in oscinibus: quia non omnes nec omnibus dant auguria. Columbæ non nisi regibus quia nunq; singulæ volant: vt reges nunq; soli sunt. Vnde in sexto posuit regis auguriū. Cygni dāt solū nautis vt apparet in ornythogonia. Cygnus in augurijs nautis gratissimus ales. Hūc optāt semp: qa nunq;

¶Quisqs es: haud credo: inuisus cœlestibꝰ auras
Vitales carpis: tyriam qui adueneris vrbem.
Perge modo: atq; hinc te reginæ ad limina pfer
Namq; tibi reduces socios: classemq; relatam
Nuncio: & in tutum versis aquilonibus actam:
Ni frustra augurium vani docuere parētes.
Aspice bissenos lætantes agmine cygnos:
Aetherea quos lapsa plaga iouis ales aperto.
a Turbabat[a] cœlo: nunc terras ordine longo
Aut capere: aut captas iam despectare videntur
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis
Et cœtu cinxere polum: cantusq; dedere:
Haud aliter puppesq; tuæ: pubesq; tuorum
Aut portum tenet: aut pleno subit ostia velo.
b Perge modo: & qua te ducit[b] via dirige gressum.

PIERIVS.

a ¶Iouis ales aperto turbabat cœlo. In antiquis aliquot codi. turbarat, exacta specie legitur: sed turbabat, imperfecto præterito magis placet: vt res iam tum oculis subiecta videatur.

b ¶Et qua te ducit via. In codi. Longobardico legere est, Quo te ducet, per verbum futuri temporis, & aduerbiū ad locum, vulgata tamen lectio castior habetur.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Venꝰ

¶Quisqs es haud credo &c. Nūc qua gr̄a venerat exequit̃ venus docet em̄ socios fere cū classe saluos esse recipiēdos: mouetq;. Didonē accedāt. Qd̕ v̄o dicit. Quisquis es nō derogat fidem æneæ: sed auget fidē dicēdis. Nā sensus est: id qd̕ dictura sum: non ideo dicā: qa dicis te piū Aeneā: fama sup æthera notū: sed qa augurij perita certissime nosco te dijs acceptū: q post tantā tēpestatē incolumis classem recipies: sed ne dicta dicā audiamus Donatū: cuiꝰ verba sunt. Quisqs es: adhuc veluti cū ignoto loquit̃ haud equidem oportet te dijs charum esse: qm̄ carthaginē veneris hæc verba oīm spōdebāt effectū de qbꝰ cōquestus erat. Nā & noticiā sui & celebritatē & humanitatē pollicet̃. Perge hortat̃ ne redeat ad suos vt ꝓposuerat: sed eat carthaginē. Nāq; tibi: demit sollicitudinē de socijs salutē illorꝝ augurio nunciās. Ni frustra.a.v.d.p. ordina sic: ni vani fuere parētes: id est maiores nr̄i & frustra nos docuerūt. Bissenos: numero nauiū coæquant̃: quas æneas putabat oppressas. Aetherea: quos vt cygni post ꝑturbationē illatam ab aqla liberati suo ordine læti volātes terrā captā petūt: sic tui a tēpestate erepti tuti sūt. Et qua t.v.ne ille diceret nō noui iter. Ordo aūt est. Quisqs.i.quicūq; es: hoc est etiā si non sis ille pius æneas quem te prædicas & te esse fatis credo: tamen ex solo augurio & rerum euentu edocta ego credo ꝙ sup.tu haud.i.non inuisus: immo charus cœlestibus.i. dijs superis: carpis auras vitalis.i.quibus respirando viuitur: qui ad ueneris

Dona.

Ordo.

¶ ueneris.i.ꝓpterea ꝙ aduenisti vrbē.Tyriā.s.carthaginem.i. hoc solū ꝙ dñ voluerūt appulsum ad vrbē tyriā vbi aduētus tu⁹ gratus & acceptus erit significat te nō inuisum superis:qa si tibi superi inuiderēt nō tm̄ boni sub specie incōmodi contulissent & ita cohortat̄ eū subtiliter vt ad Didonē eat:vñ subdit.Perge.i.ꝑfice iter tuū modo.i.solūmō.q.d.nihil aliud cures:nā si mō pueneris ad hāc vrbē oīa tibi ꝓspere cedēt:pge ergo atq; ꝑfer te hinc: id est ab hac silua ad limina reginæ:nam ego nūcio.i.ꝑdico & significo socios.s.tuos reduces.i.reductos & saluos:& classē.s. quā amissam cēses:receptā.s.ex periculis ad tutiora loca : vñ receptui canūt q ex ꝓlio in castra cōuocāt & nūcio classem tuā actā.i. impulsam aqlonibus.i.vētis contra aphricā & ex aduerso aphricæ flātibus in tutū.i.locū vbi tuta sit:ni.i.nisi parentes.s.mei.(Inqt venus sub specie virginis venatricis)vani.i.mēdaces & futiles: docuere frustra.i.ne qcq̄ & in vanū auguriū.i.artē augurādi. Et ne id cōsidētius sine rōne dixisse putet̄:addit aspice.q.d.si tu etiā augurij peritus es poteris ꝓspicere an q̄ dixerim vera sint: aspice em̄ bissenos.i.duodecim.(Tot em̄ naues fuerāt quas amissas æneas verebat̄ cū saluæ essent. Nā dixit se viginti habuisse quarum vnā perire vidit añ oculos suos & septē ipse in portū ꝑduxit: vñ restabāt.xij.)cygnos.i.holores q qa non submergunt̄ & in aquis versant̄ nautis ꝓ augurio sunt:lætātes agmine.i.cœtu aut cōuolatu agminatim ꝓcedēte cū prius turbati dispersi auolarēt:quos scilicet cygnos:ales iouis.i.aqla lapsa.i.q̄ descēdit plaga.i. regione aut ora æetherea.i.cœlesti aut aeria turbabat.s. pauloante aut dū naues tuæ paterent̄:cœlo apto.i.sereno apparēti:q sup.(Aut est græca locutio qua viciniori damus qđ alterius est : vt apud Comicos scis me qđ velim:ꝓ eo qđ est scis qđ ego velim:ita aspice bissenos cygnos aut capere aut captas iā despectare vident̄ pro eo qđ nūc q; mergit̄ vndis.Lætātes:post periculū.Agmine:impetu volādi.Iouis ales:aqla q̄ dicit̄ dimicāti illi cōtra gygātes fulmina ministrasse:hoc fingit̄ qa natura nimij est caloris:adeo vt oua qbus incubat possit coquere nisi admoueat gagaton lapidē frigidissimū:hinc Luca.Fœta tepefacta subalite saxa.Capere: eligere. Stridētibus a.Signū augurij est. Cœtu aues colli longioris teste Ply.aut recto ordine volāt:vt sequēs pōdus capitis cauda præcedentis sustētet:vñ sæpe prima laborās relicto loco efficit̄ postrema:aut in cœtu se oēs inuicē sustinēt.Hoc volatu litteras quasdā imitant̄ Luca.Et turbata perit dispersis littera pēnis. Cātus:allusit ad nautas. Puppes:naues ꝑ sinechochē:Ostia:ꝓ portu posuit sed ꝓprie exitus fluuiorum sunt.

eo quod est aspice bisseni cygni &c.)videntur nunc aut capere.i.diligere ad considendum terras longo ordine.Nam plus cuslo interuallo:aut despectare.i.frequēter aspicere:captas.i.electas scilicet terras:vt.i.queadmodū illi.s.cygni reduces.i.reducti aut reuersi a persecutione aquilæ:ludunt.i.læticiam suam indicant: alis stridentibus:& cinxere polum.i.cœlum:cœtu.i.cōuolatu: & dederunt cantus.s.in signum haud aliter.i.codē modo & puppes tuæ:& pubes.i.iuuētus pubescēs tuoꝝ.s.amicoꝝ:aut tenet(zeugma ab inferiore:qđ sic perficitur & puppes aut tenent portū aut subeūt ostia plena velo:aut pubes tenet)portū:aut subit ostia.i. aperturā & ingressum portus pleno.i.passo & extenso velo : qđ non extenditur totū ventis quoties quicq; periculi timet̄:cōcludit ergo dicens.Perge.i.perfice iter tuū modo.i.solūmodo:&si dicat æneas quo pergā cū nesciā viā: addit: & dirige gressum ea qua via te ducit.i.sequere viam quæ ducet in vrbē : sicut tactū est in Buco.Quo te meri pedes:an quo via du.&c.

SERVIVS.

SER. ¶ Auertēs:se.i.cum auerteret̄: vt Tū ꝓra auertit. Rosea : pulchra. Ambrosiæ:aut diuinæ:aut ambrosia oblitæ.Spirauere: exhalauere.Defluxit:qa dixerat. Sinus collecta fluētis.Vera:optime de qua dubitabat̄.Fugiētē:celeriter discedētem.Totiēs:aut κατατοσιωπωμενον intelligim⁹sepe eū esse delusum.Vel ſm poetā: qui ait in.ij.Cū mihi se nō añ oculis tā clara vidēda.Multi tñ dicunt sæpe in hoc loco vt in habitu:in interrogatione:in missione: & in augurijs. Tu quoq; sicut iuno & ceteri dij nobis inimici.Cur dextrā.Maioꝝ fuit hæc salutatio:cuius causam dicit Varro.Callimachū secutus asserēs oēm eoꝝ honorē dexterarū cōstitisse virtute. Ob quā rem hac se venerabātur corporis parte. Veras audire & reddere voces:sunt multæ reciprocæ locutiones:vt hic.Multæ q; vnius partis vtriq; sufficiētes vt tenemur amicitijs supfluūq; est dicere mutuis . Nā amicitijs vtrūq; significat:vt Froto testatur. Aliæ sunt quarum vna pars plena est:at cōuersæ habēt aliqđ supfluū.Salu.in tugurio mulieris ancillæ:nā si dicis ācillæ mulieris supfluū est mulieris: qa ancilla sexū & cōditionē ponit.Incusat:superioris est.Teren.pr̄ ad filiū. Quid me icusas clitiphō: accusare est vel parē vel inferiorē:vt in eodē loco vxor.Quā ob causam accuser nescio. Proprietate aūt Teren.omnibus præponitur comicis licet in cæteris sit inferior. Obscuro aere : nebula: cuius diffinitio est.Circū dea fudit:circūfundit. Tmesis est:cum secto v̄bo aliqđ interponim⁹:vt Septē subiecta Trioni:sed in cōpositiōe recte.In simplicibus nimis est asperū:antiquitas tamen fecit.Vt saxo cere cōminuit brū. Aut. v. ex. c. ne sæpe narrando crebrum

Dextra.

Supflua postposita.

Falsa & inanis dria. Teren.

¶ Dixit & auertēs:rosea ceruice refulsit:
Ambrosiæq; comæ diuinum vertice odorē
Spirauere:pedes vestis defluxit ad imos.
Et vera incessu patuit dea.ille vbi matrem
a Agnouit:tali fugientem[a] est voce secutus.
¶ Quid natū toties crudelis tu quoq; falsis
Ludis imaginibus?cur dextræ iungere dextram
b Non datur:ac veras audire:& reddere[b] voces?
¶ Talibus incusat:gressumq; ad mœnia tendit:
At venus obscuro gradientis aere sepsit
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos:neu quis contingere possit:
c Molirive moram:& veniendi exquirere[c] causas.
d Ipsa paphum sublimis abit:[d] sedesq; reuisit
Læta suas:vbi templum illi:centumq; sabæo
e Thure[e] calent aræ:sertisq; recentibus halant.

PIERIVS.

a ¶ Agnouit tali fugiētē est voce secutus.In Lōgobar.exēplari mutato numero legit̄,fugiētē tali est vo.se.sed prior numer⁹ ex tetrametro lōge magis placet:qa nō ita lāguidus. b ¶ Audire & reddere voces.In co.aliquot vetustioribus redere,vnico d,scribit̄:sed em̄ geminatū d,in eo verbo Velius Longus asserit:nō ita aūt in reducere.Qđ ideo fuit adnotādū:qa sūt hodie'q clamitēt ex publicis cathedris,redo,simplici d,scribēdū. c ¶ Aut veniēdi exposcere causas.In aliqbus anti.co.exqrere,legit̄:qđ maiori diligētia qrere significat. In Lōgobar. & aliquot alijs,discere.In Ro.in Medi.& antiqoribus plærisq;,poscere,habet̄:qđ magis placet.Porro q exqrere, fecerūt: id ex Donatiana paraphrasi desumpsere. Vbi est. Vel certe veniēdi causas exqrēs ꝓperātibus moras afferret. d ¶ Ipsa paphū sublimis abit. Vetera qđā exēpla.& paphon,& adit, scribūt:sed vt paphon, non reiecerim:ita adit, nunc q; scripserim. e ¶ Thure calēt aræ sertisq; recētibus halāt. Thus,multi nūc cū adspiratiōe scribūt:sed Fl. Sosipater tus, a tūdēdo dictū vult: ideoq; adspirationē nō admittere:quis Iulius Modestus απο του θυειν:qđ est rē sacrā facere nomē deduci velit. Habēt præterea plærīq; codices manu scripti, alant, absq; adspiratione: sed hoc imperite:quū natura ei verbo insit adspiratio.

ASCENSIVS.

¶ Dixit & auertēs.Docet quō venus abiēs agnita est qđ oportunum fuit vt dictis fidem habeat æneas vtq; ab ea nebulis septus sit:cui⁹rei assignat quattuor causas Donatus cui⁹ verba sunt. Et vera incessu.p.d. cōpletis q̄ voluit dimisit lætū & instructū: & plīmis signis se manifestauit & splēdore & odore & defluxu vestis. Ambrosiæq; co.sic ei⁹ comę se effuderāt vt putarent̄ ambrosia:quā mulieres in vnguētis admiscēt ꝓfuse. Voce:qñ gradiēdo vel currēdo nō potuit.Quid: incusatio nō cōtumeliosa:sed ex affectu & religione ꝓcedēs. Ergo mr̄ nomē tuū ꝯfiteri noluisti: & quasi aliena locuta mecū maternis verbis miserias meas non leuasti:nec semel hoc fecisti:sed sæpe.Cōstabat em̄ inter ipsos multa & varia fuisse colloquia in qbus ille vultu habitu & collogo mr̄is falsus est.Debuit aūt incusatio ad abeūtē nō esse lōgior:q; vt ad celeriter fugiētis aures puenire posset. Obscuro aere.Nō satis fuit verbis instruxisse filium licet sciret oīa eadē composuisse Mercurium:sed quattuor de causis texit:ne viderent̄ ne tāgerent̄ ne interrogationibus varijs detinerent̄:vel veniēdi causas qrentes eos q añ noctem venire debebāt detinerent. Beroaldi aūt i Seruiū verba sunt hæc. Quis nō videt falsam ac penitus inanē esse differentiā quā Seruius nobis ꝑsuadere contēdit:nemo fere eruditoꝝ in latina lingua ita loquitur nemo hāc drīam obseruat qn immo sæpissime secus legit̄. Cæsar in primo cōmētario oim ordinum adhibitis ad id consilium centurionibus vehementer eos incusauit.Certe cæsar militibus suis maior est nō minor: & tñ cōtra Seruij disciplinā dicit se illos incusasse : & profecto latinissime locutus

me locutus est: incusare em̄ significat rep̄hēdere: vel culpare sine aliquo discrimine: hinc Cor. tacit⁹ inq̄t: in tēperiē cœli incusantes: & apud Diomedē legit̄ incusante cicerone Catilina cōiuratus ei: q͛d q͛dē exēplū de maiore in minorē dici nemo inficiat̄: cū cōsul Cicero fuerit: & Catilina priuatus. Accusare v͛o ab autoribus idoneis vsurpat̄ nusq̄: obseruata setutina illa & rācida Seruii obseruatiōe: qua de re exēpla ideo ponere supsedeo: q̄a talib⁹ scatēt scriptoꝝ cūcta volumina. ¶Ordo est. Dixit. s. venus. i. finiuit sermonē suū: & auertēs sup. se: refulsit. i. resplēduit ceruice rosea. i. pulchra aspectu qualis est rosa: & comæ ambrosiæ. i. ambrosia ībutæ: spirauere. i. emiserūt & diffuderūt: aut exhalauerūt quasi spirādo: diuinū. i. diuinitatis aut qualē dii & deæ diffundere solent odorem vestis. s. eius de qua dictū est: nodoq̄ sinus collecta fluētis: defluxit ad imos pedes & paruit incessu. i. incedēdo vera dea cū prius de ea aliquātulū dubitasset (hæc aūt sunt signa diuinitatis: de q̄bus etiā in. v. dicit: diuini signa decoris Ardētesq̄ notate oculos q̄s spūs illi: q̄s vultus vocisve son⁹ vel gressus eūti) ille. s. æneas vbi agnouit matrē. s. esse nō solū q̄uis deā: secutus est sup. eā fugiētē: tali voce. i. sermone: nā pedibus nō potuit eā asseq. Quid o mr̄ tu quoq̄. i. etiā tu crudelis. i. imitis (nā ex īpatiētia oīa crudelia vocam⁹. Vñ in buc. Atq̄ deos atq̄ astra vocat crudelia mr̄. Itē o crudelis Alexi. Itē amasius poeta crudeles diui serpēs nonus exuit annos Formæ nō vllā fata dedere morā) ludis. i. illudis natū. i. filiū. s. me toties: falsis. i. fictitiis & aliud q̄ sit simulātibus imaginibus. i. speciebus: cur nō dat̄. i. negat̄ & nō cōcedit̄ mihi: iūgere dextræ sup. tuæ: dextrā sup. meā (cū etiā osculū dare filio licere videat̄) & audire & reddere voces veras. i. nō sub aliena psona occultatas: hoc est matris & filii vt a mr̄e & a filio: æneas incu- sat supple

crebrū patiat̄ dolorē. Paphū: cypri est ciuitas sublimis. Diuino incessu. Læta. Veneris p̄priū epitheton. Sabeo. arabico. Tres sunt arabiæ: Inferior. Petrodes & Eudæmon: in qua sunt sabæi apud quos nascit̄ thus dictū απο του σεβεσθαι. i. venerari: q̄ dii eoꝝ thure venerent̄. Thure. c. a. s. q. r. h. p̄pter q͛d dixi haud eq̄dē t. m. d. h. Recētibus: laus loci qui semper flore vestitur. Sertis: serrum in neutro simpliciter ponitur: si aūt sertā dicimus: intelligimus coronā: si sertos addo flores: vt piscinalis locus: & piscinale.

sat sup. matrē talibus. s. dictis & tēdit. i. dirigit gressum ad mœnia. s. Carthaginēsia: aut carthaginiēsia (vtrūq̄ em̄ reperit̄.) At. i. sed venus sepsit. i. circūdedit gradientis. s. æneam cū achate. (Est aūt accusatiui casus pluralis numeri) aere obscuro. i. dēso & opaco & dea. i. ipsa quæ potuit cum sit dea circūfudit supple eos multo amictu. i. tegmento nebulæ: ne quis possit cernere eos: neu: id est neue quis posset contingere eos: ve: pro vel: moliri: cum molimine & molestia facere morā. i. detinere eos & exquirere causas veniendi. Ipsa. s. venus hoc facto: abiit sublimis. i. sublata: vl' per altum volans in signum læticiæ pro bene actis rebus: paphū. i. ad ciuitatem illam cypri: & ipsa læta reuisit suas sedes. i. vbi præcipue quiescit ac colitur. (Sed ingeniose alludit poeta ad historiā nam venus dicitur fuisse regina cypri quæ corpus suū diuulgabat: & quæ illic sepulta est: sedes autē pro sepulchro accipi solet: vt in sexto. Sedibus hūc refer ante suis) vbi templum supple est illi. s. veneri: & vbi centum aræ calent illi thure sabæo. i. quod in saba nascitur: nam solis est thurea virga sabæis & halant. i. spirāt & fragrant sertis. s. florum recentibus. i. recenter appositis a puellis quæ eas frequenter innouant.

SERVIVS.

¶Viā. i. officiū eundi. Nō enim via corripit̄. Plurimus. i. lōgus. Vt cum se nux plurima siluis. Aspectat: dat sensum rei insensatæ. Molem: ad ipsum refert̄. Magalia: ad poetā: nā hoc non orat æneas. Est aūt antistichon p̄ magaria. Magar em̄ lingua punica villā significat. Ardētes: multū festinātes: vel ingeniosi. Vñ cōtrariū dicimus segnē: quasi sine igni. Vnde Catus ingeniosus est απο του καιεσται. Ducere: edificare. Moliri: molib⁹ factis extollere. Optare: eligere: vt tuus o regina quid optes. Sulco: fossa. Ciuitas enim non domus circūdat̄ sulco: sic, Ausim vel tenui vitē cōmittere sulco. Iura magistratusq̄ legunt. Eligunt. Portus effodiunt. i. Cothona faciunt. Alta: hinc futura magnitudo ostēditur. Apes. Tertiæ declinationis genitiuus in um & ium exit. Sed tum nostro arbitrio cū nominatiuus singularis sit in n, & s. vt amans amantium & amātum dicimus: si aūt fuerit in r, & in ur, vt pater & murmur tm̄ in um. Cætera noīa autoritate firmamus: vt apis apiū vel apum. Noua: q̄a etiā adulta & p̄ceps inuenit̄. Florea: pro florida. Rura a græco p aphæresin: illi em̄ αρουρα. Exercet: fatigat. Sub sole: ī sole: vt infra sub ingēti tēplo. Gentis fœt⁹: ad laudē apiū p̄tinet vt latius patet ī Geor. Liquētia: defecata & pura. Nam dura mella meliora sunt. Stipāt: dēsant: trāslatio est a nauib⁹ in q̄bus stupa interponit̄ vasis: quam stipam dicunt. Distendunt: implent: vt Denso. d. p. Nectare: melle: propter suauitatis similitudinē abusio facta est. Cellas: pro fauorum cauernis. Traxit a reponendi similitudine: vel a celādo. Vnde cellam appellarunt. Ignauum: sine industria. Nam gnauū industriū appellam⁹. Fucos s̄m Ply. Apum

Corripuere viā interea: qua semina monstrat
Iamq̄ ascendebant collem: qui plurimus vrbi
Imminet: aduersasq̄ aspectat desuper arces.
Miratur molem æneas magalia quondam.
Miratur portas: strepitumq̄: & strata viarum.
Instant ardentes tyrii: pars ducere muros:
Moliriq̄ arcem: & manibus subuoluere saxa:
a Pars optare locum tecto:[a] & concludere sulco
Iura magistratusq̄ legunt: sanctumq̄ senatum.
b Hic portus[b] alii effodiunt: hic alta theatri[c]
Fundamenta locant alii: immanesq̄ columnas:
Rupibus excidunt scænis decora alta futuris
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor: cum gentis adultos
Educunt fœtus: aut cum liquentia mella
Stipant: & dulci distendunt nectare cellas
Aut onera accipiunt veniētum: aut agmine facto
Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent.
d Feruet opus redolētq̄ thymo fragrantia[d] mella.
O fortunati: quorum iam mœnia surgunt:
Aeneas ait: & fastigia suspicit vrbis:
Infert se septus nebula (mirabile dictu)
e Per medios: miscetq̄[e] viris: neq̄ cernitur vlli.

PIERIVS.

a ¶Pars aptare locum tecto. In veteribus fere omnibus exemplaribus legi, aptare locum. τουτεστι το αρμοζειν. tam & si Seruius agnoscit, optare. b ¶Hic portus alii effodiunt. In Lōgobardico & aliquot aliis co. anti. legere est, hic portas alii effodiūt, sed em̄ portus, magis placet. Q͛d ad salutem salutisq̄ subsidiū p̄tinere Dona. ait. Seu q̄a Vergi. alludat ad portum: quē effodere Carthaginēses intra muros obsessi ab Romanis diuisoq̄ repēte muro subitaria eruptione romanos fugauere. c ¶Hic alta theatri Fundamēta locāt alii. Nō displicet q͛d ī Ro. codi. & in q̄busdam aliis p̄uetustis legit̄, hic alta theatris, eo mō quo

ASCENSIVS.

¶Corripuere viā in. &c. Docet ingressum æneę: nihil aūt in sententiis dubiū occurrit q͛d nō a Donato explicet̄: cuius verba sunt. Mirat̄: ponit generaliter ꝙ omnes viæ & portæ feruebāt: & strepitus agentiū p̄sonabāt. Instant itur iā p̄ spēs laudant̄ aūt ꝙ non īuiti agebāt. Pars ducere primo curabāt q̄ aduersus hostes fuerāt necessaria. Locum tecto: priuata ædificia curabant̄. Iura disponit leges & honores curiales. Port⁹ & hoc ad salutis subsidium. Alta theatri: postea q̄ ad salutem & honorē p̄tinēt p̄spicit voluptatibus p̄pter scenas q͛d nō fit nisi in occiosa ciuitate q͛d æneæ erat necessariū. Colūnas vt nō solum theatri gesta: verū aspectus operis iuuaret. Ponit apū cōparationē. Quæ & industria & labore & equitate operis & cōcordia excellētes sunt & q̄ fucos aīal nō solū iners: verūetiā vorax a sedibus pellāt. O fortunati non inuidet alienæ fœlicitati: sed p̄sequitur laude. q. d. qñ ego ad hāc fœlicitatem perueniā: an vrbe an vmbra nil refert. ¶Ordo aūt est. Aeneas sup. & achates corripuere. i. rapuere simul viam. i. iter suum aut corripuere. i. carpsere raptim viam. s. monstratā interea dū venus paphū abiret: ea sup. qua semita. i. semis ita. i. dimiditata via (nam in siluis erant & vrbs adhuc noua erat quo circa nōdum amplæ & tritæ viæ ad eā e siluis ducebant) mōstrat. i. indicat eūdum esse iuxta monitum matris & ipsi ascendebant iam collem: qui. s. collis existens plurimus. i. longissimus: imminet vrbi. i. tēdit aut vergit in vrbē. aut q̄ imminet in vrbē plurimus. i. p̄ plurima parte. Et aspectat desuper. i. ab alto & editiore loco arces aduersas. i. ex aduerso sitas. Aeneas miratur molem: id est magnitudinem nouæ vrbis: quod omen erat

ASC. Dona.

Ordo.

¶ erat futuræ di[illegible]cultatis i ea a romanis expugnãda: apposito d ne: quodã.i. aliqñ.s. añ aduẽtum Didonis magalia.i. humiles ca= sas q̃ & mapalia dicunt: & miraẽ e portas & strepitũ.s. ingredientiũ: & strata.i. pauimẽta viarũ.s. pu= blicarũ q̃ lata erant. Tyrij.i. pp̃li illi a tyro cũ Didone pfecti: ardẽtes.i. festinãtes: instãt.i. instãter incũbũt opi pars sup. instat aut instãt ducere.i. pducere & extẽde re: muros.s. cõtra insultum hostiũ: & moliri.i. cum molimine & mole magna extruere: arcẽ.i. munitionẽ pcipuã vrbis: & subuol uere.i. sursum: hoc est sursum voluere saxa manibus.s. suis: cũ nõ dũ arma oĩa ad hoc idonea haberẽt. Pars sup. instãt (nisi dicamus infinitiuos p impfectis indicatiui: vt ducere p ducebat: & moli ri p moliebaẽ & subuoluere p subuoluebat: & optare p optabat & cõcludere p concludebat &c.) optare.i. deligere aut eligere: te= cto.i. ad tectũ extruẽdũ locũ: & cõcludere.s. ambitũ vrbis: sulco.s. aratro circũducto (nã q primũ vrbẽ extruebãt circũarabãt: sulcũ= q̃ p circuitũ faciebãt p primis fossis nisi vbi portã extruẽdã cẽse bãt: illic em aratrũ portabãt: vñ portam a portando dictã volũt. Varro tñ ab importãdis rebus. Et ediuerso q̃ ciuitatem funditus destruere volebãt eãq̃ euertebãt tãdẽ aratrũ immiserũt. Vñ i. iij. Thraces arãt vbi troia fuit. Quinetiã Seruius vrbẽ ab vrbo par= te aratri dictã vult.) Et sup. pars aut alij legũt.i. eligũt iura.i. iuri= dicos viros penes quos leges & iura essent in noua ciuitate & ma gistratus.i. vt dicũt nũc officiarios.i. q aliquo magistratu funge= renẽ: & senatũ sanctũ.i. inuiolabilẽ. (Alludit aũt ad Romanũ sta tum.) Alij effodiũt hic.i. hoc loco q̃ inter mare & ciuitatẽ erat por tus.i. effodiẽdo aptãt portus & alij locãt.i. iaciunt hic.i. alio loco: alta fundamẽta theatri.s. p ludis & spectaculis exhibendis: & alij excidunt rupibus.s. vicinis in colle iã dicto: colũnas immanes.i. valde magnas: ita vt immanes videanẽ: appositorie: alta decora id est ornamẽta scænis futuris.i. ad extruẽdas scænas i amphitea= tro. Scænæ aũt sunt vmbracula e qbus pdibãt acturi fabulas. Ta les sup. instãt aut talis fuit eorũ labor qualis labor exercet sub so le apes in noua æstate.i. in fine veris aut in principio æstatis: per rura florea.i. florida cũ.i. qñ ipsæ apes educũt adultos.i. maturos ✠ & puectioris

✠ mõ quo inferiꝰ posuit, scænis decora alta futuris, sed & p locãt, codi. nõnulli petũt, habẽt: qđ æq̃ placet. d ¶ Redolẽt= q̃ thymo fragrãtia mella. In Ro. codi. & aliquot alijs antiqs, flagrãtia, legiẽ: & in Geor. codẽ mõ. Grãmatici tñ vtriusq̃ ver bi significata distinguũt. e ¶ Per medios miscetq̃ viris. Sunt q̃ legunt vnico mẽbro Per medios miscetq̃ viros, q̃ tñ lectio neq̃ a veteribus neq̃ a iunioribus qđ sciã recepta.

✠ Apũ multa sunt gña. Ape= tñ oriunẽ de bobus. Fuci de equ[is]. Crabrones de mulis. Vespæ de asinis. Fucus fm Marcũ Aemi= liũ maior est ape. Pecus oẽ aĩal ẽ p[ræter] qđ humana lingua & effigie ca= ret. Hora. Oẽ cũ ptheus pecꝰ egit a.v.m. Præsepibus alucaris. Fer uet cũ celebraẽ. Cõtra friget cũ cessat dicimus. Fragrãtia: cũ incen diũ significat p l, scribiẽ qa est a flatu vel flãma: cũ odorẽ: qa fra= ctã re maior est p r. Pœnorũ ergo labor opi apũ custodia littorũ expulsioni fucorũ cõparanẽ. O fortunati q̃ iã faciunt qđ ipse desi derat. Suspicit: miraẽ: vt despicit cõtẽnit: vel alta aspicit. Per me figura est: nã planũ fuerat. Medijs se insert.

✠ & puectioris ætatis fœtus: gẽtis.i. gñis sui.i. qñ examina e fœ tura sua educũt: aut quũ.i. qñ ipsæ apes stipãt.i. cõdẽsant mella li quẽtia.i. defecata & pura (vt in. iiij. Geor. exposiũ est) & distẽdũt id est vsq̃ ad distentionem farciũt cellas.s. fauorum: nectare dul ci.i. melle purissimo. Vnde mulsum nectare reum fieri posse vi= detur: aut quum accipiunt onera venientum.s. apum euolare so= litarum: nam non eædem colligunt & stipant mella aut extruũt fauos: aut cum ipsi arcent.i. prohibent & depellunt fucos.i. apes degeneres: appositorie pecus ignauum.i. sine gnauitate.i. opero sitate solerti a præsepibus.s. suis.i. pabuli sui receptaculis & hoc agmine facto: quia non possent singule singulis obsistere quum longe minores sint q̃ fuci: tum supple opus.i. exercitatio apum: aut reuera opus.i. id quod operantur feruet.i. cum feruore fit: & mella fragrãtia.i. odorifera: redolẽt.i. suauiter respirãt: thymo vn de collecta sunt saltẽ fundamina fauorũ. Cũ ergo hæc videret Ae neas ait: o fortunati sup. sunt: quorum mœnia surgunt iam.i. in præsentia: & suspicit.i. sursum aspicit: fastigia.i. sublimitatem vr bis.s. Carthaginis: & infert se per medios existens septus.i. circun datus nebula: & miscet se viris: neq̃.i. & tamen non cernitur vl= li.i. ab vllo: quod quia mirandum est: præmisit per parenthesim mirabile dictu.i. quæ res est mirabilis dictu. hoc est dum dicitur: quocirca prudens poeta id veneris ope factum prædixit: cum hu mana id fieri posse haud credibile videatur.

SERVIVS.

SER. Lucus. ¶ Lucus: vbicunq̃ lucum ponit Verg. sequitur consecratio. In se xto. Nulli certa domus lu. h. o. di citur lucus q̃ non luceat: & non q̃ ibi sint lumina causa religio= nis. Vmbra: vel septimus casus est vel fm Probũ genitiuus. Si= cut Salu. Frugum pabuli lætus ager. Quo primũ: quo simul: nã secundo ad africam nõ venerũt.

Historia. Effodere: historiam per transitũ tangit. Dido per insulam quan= dam Iunonis transiens accepit oraculum: & sacerdotem secum abduxit parum illi credens Car thaginem promittenti. Quo cũ venisset sacerdos effoso loco ca= put bouis iuenit: hoc displicuit: qa bos semp subiugatus est: alio loco effoso caput eq̃ inuenit qđ placuit. Nam q̃uis subiugetur: tamẽ bellicosum animal est: ita vt quia cõcordes iugũ subeunt sit spes pacis: illic igitur templũ iunonis factum ergo fertilis p= pter bouis omen: & bellicosa p= pter equum futura erat: mõstra= rat: mõstro dederat. Facilẽ victu per bouem: hic templũ sidonia. Tyria: donis & numine diuæ: aut numen pro simulachro qđ aureum velit fuisse: vel ostẽdit plenum fuisse præsentia numi= nis templũ ærea: vel qđ æs ma= gis in vsu haberent veteres: vel q̃ religioni magis esset aptum.

Aerea. Nam flamen dialis æreis cultris tondebatur vel significat sæcu la ærea: quæ hoc tempore vt ait

Fores. Hesiodus fuerunt. Foribus. Fo res sunt quæ foras aperiuntur: a ✠ vt erant

Lucus in vrbe fuit media lætissimus vmbra:
Quo primum iactati vndis & turbine pœni
Effodere loco signum: quod regia Iuno
a b Monstrarat: caput [a] acris equi: sic nã [b] fore bello
Egregiam: & facilẽ victu per sæcula gẽtem.
Hic tẽplum iunoni ingens: sidonia dido
Condebat donis opulentum: & numine diuæ
Aerea cui gradibus surgebãt limina: nexæq̃
Aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis:
Hoc primum in luco noua res oblata timorem
c Leniit: hic [c] primum æneas sperare salutem
Hesperia cus: hespe. cōparatione orbis totius Italia locus est: hesperię duę sunt. Vna hispania: Altera Italia: cum autem simpliciter dicit̄ hesperia Italia est: si additur vltima est hispania quæ in occidentis fine est. Hora. Qui nūc hesperia sospes ab vltima. Et est dicta hæc ab hespero stella occidentali. Italia vero dicitur hesperia ab hespero fratre Atlantis: qui pulsus a germano Italiam tenuit eiq; nomen pristinæ regionis imposuit ait Hygini⁹. Antiqua. nobilis Vbere vbertate. Laudat fertilitatem & potentiam Italię: ne africā petisse videant̄: Oenotrij: colu. deest quam Oenotria autē vel a vino optimo. quod in Italia nascit̄ dicta est: vel vt placet Varroni ab Oenotro rege sabinorum. Fama: subintelligēdum est: est: Minores: maiores & minores cum de genere dicim⁹ sin-

talus. gulari carent. Italiam: Italus rex Siciliæ vbi regnauit Turnus venit: & a suo noīe apellauit: vnde est. fines super vsq; sicanos Oriō Oenopius filijs carens a ioue Neptunno & Mercurio: quos hospitio acceperat: petijt: vt sibi filios cōcederent. Illi vrina intra coriū bouis sibi immolari iusserūt vt obrutum terra completis maternis mensibus solueret. Inuētu'q; puer qui ab vrina ούριων est appellat⁹: & dorica lingua factum est vt ου diphthongon in o verteretur. Et q̄uis o naturaliter sit longa: inuenit̄ aliquādo breuis vt hic quia detrahitur υ, & o breuis remanet. Orion igitur venator factus dum vellet cū Diana concumbere eius sagittis secundum Horatium.

Postq̄ introgressi & coram data copia fandi:
a Maximus [a]Ilioneus placido sic pectore cœpit:
O regina: nouam cui condere Iuppiter vrbē
Iustitiaq; dedit gentes frenare superbas:
Troes te miseri ventis maria omnia vecti
Oramus: prohibe infandos a nauibus ignes.
Parce pio generi: & ꝓpius res aspice nostras.
Non nos aut ferro libycos populare penates
b Venimus aut raptas ad littora [b]vertere p̄das.
Non ea vis animo: nec tanta superbia victis.
Est locus: hesperiam graii cognomine dicunt
Terra antiqua potens armis: atq; vbere glebæ
c Oenotrii [c]coluere viri: nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem
d Huc [d]cursus fuit.
Cum subito assurgens fluctu nymbosus orion
In vada cæca tulit: penitusq; ꝓcacibus austris
Perq; vndas superante salo: perq; inuia saxa
e Dispulit: huc pauci vestris adnauimus [e]oris
Qd' genus hoc hoīm: q̄ ve hūc tā barbara morem
Permittit patria: hospitio ꝓhibemur harenæ.
Bella cient: primaq; vetant cōsistere terra.
f Si genus humanū & [f]mortalia temnitis arma:
At sperate deos memores fandi atq; nefandi.

PIERIVS.

a ¶ Maximus ilioneus, pl. s. pe. cœ. Dicerem scribendum maxumus ex antiquis codicibus, & Augusti Octauiani consuetudine, nisi nunc mos adeo inualuisset, Vt iam oēs malint huiusmodi noīm pene vltimā enūtiare per i vocalē tertiā. Hic vero aīaduertendū est quod Seruius ait, Mercuriū, eloquētiæ deum, phorbanti ilionei patri plurimū fauisse, nō intelligas tn̄ hunc eundē esse ilionea, qui phorbātis filius ab homero celebratur, sed ab ea eloquētiæ cōmendatione fictā hic esse psonam a Virgilio, quū satis cōstet ilionea phorbātis a peneleo peremptū in bello Troiano, vt apud homerū legere est, ιλο ξ.

b ¶ Aut raptas ad littora vertere prædas. In antiquis aliquot codicibus a litore legitur, hoc est ab ora litorali in naues. Sed minime displicet ad litora, quia per continentē fieri solēt excursiones, indeq; prædā ad litus vertūt.

c ¶ Oenotrij coluere viri. In antiquis codi. fere oībus. Oenotri, per synæresim scribitur, qa syllaba media est, ω, μεγα οινωτριος, hui⁹ modi vero synęreses soluta etiam oratione fieri sæpius in antiquis inscriptionib⁹ obseruaui, vt illud Romæ iuxta ædē. D. Basilij, Vinicia primigenia mater filis suis.

d ¶ Huc cursus fuit. Nequaq; placet, qd' in cod. aliq̄t legit̄ hic cursus fuit, hoc est, hęc nauigatio, nā finis desideraret, ad quē locū.

e ¶ Vestris adnauim⁹ oris. Frigidū & exile est, qd' in plerisq; cod. antiqs aduenimus legit̄ sed in verbo adnauim⁹ difficultas, calamitas, & clades apparēt, q̄ miseratione cōmoueāt.

f ¶ Si genus humanum & mortalia tēnitis arma. Vetera quædā exēplaria legūt absq; copulatiua particula, si genus humanū, mortalia p appositionē: venustate tn̄ haud quaq; pari cū priori lectione.

ASCENSIVS.

¶ Postq; introgressi &c. In hac parte habetur oratio ilionei sane diserta & elegās vt Donatus intelligentibus adamussim probat: quę ilioneo competit ꝙ phorbāti patri eius. Mercurius qui deus facundie est (vn̄ Hora. Mercuri facūde nepos atlantis & cætera) in bello troiano fauisse ab Homero dicit̄. Verba Donati sunt. O regina magna omino arte scribit. Primo pricipia summa breuitate subiungit quæ tamen plurima necessaria cōtinent: primo personam didonis laudat Subtilem obiurgationē non omittit: & ipsa obiurgatione beniuolam reddit: inhumanitatem & superbiam reijcit in alios. Ipsam iustā dicit: ne eam ledat a qua auxiliū postulat. Veniebat igitur incognitus ad incognitā vn̄ ignarus oim coniectura rimatur quomodo aliqua laude illam sibi beniuolam faciat. Suspitione aūt debuit duci: cū hoies impij essent ipsam quoq; quę imperaret ijsdē moribus esse: sed de illis aperte dixit: Partem vero huius meliore ratione argumentandi correxit: tamen illā oblique tangit ex aliena. i. ex suorū reprehensione confusam. Collectis igitur contrarijs omnibus cōponit̄ duob⁹ versibus plena laudatio. O regina: a difficultate laus. Difficile ē enim fœminam regnare. nouā cui ꝯdere: alia magna laus ꝙ fœmina faciat: quod difficulter viris euenire solet: duo ergo miracula. Primum regnat mulier. Secundum condit vrbem: Addit tertiū: vt regat hoies: quibus natura parēdi studium denegauit. Et sic ostendit plenam afrorum feritatem. Mali aūt hoies nō paribus: sed contrarijs superant̄ humanitate scilicet regentis & voluntate. Quas in Didone fuisse colligit. Ilioneus qui vituperando incolas immanitatis laudat eam. quam ostendit humanitate complere id ad quod alij impositis frenis impellūtur. Troes te miseri. collecta ratiōe principiorum qbus mores incolarū vituperat: & reginam laudat. purgat troianos ne violentiā iuste passi esse videantur. Ergo q̄ cito & q̄ euidēter expressit personā & fortunā. Miseri. per hoc ostendit miseros nihil audere posse. vel potuisse cōtra Didonē. Ventis vecti ergo nō sponte venerāt. phibe simili breuitate summā petitionis ponit iustā & sine p̄stantis detrimēto. quibus vel durissimus flectat̄ Posita autē sunt tria ne incēderent̄ naues. voluntatē & necessitatē abeūdi & casu venisse. Pio generi. re⁹ erit. q pio nocebit. & maior nostra est pietas ꝙ illā natura sanguinis ducti nō cōstricti lege seruamus. Propius res aspice nostras. tertia petitio generalis. vt quicqd ad commodum nostrum

[...]dum nostrum spectat præstes. Quam rem honestius nõ ponẽ
[...] species amplexus est. Est locus. & locorum & hoīm Cartha
[...] plena deformatio. sed non aperta. Dicit ergo Tendebamus
[...] italiā fertilē terrā & potentem fortibus viris & bonis. Itaq; nõ
venissemus ad solitudines has: & ad feros hoīes: nisi tẽpestate co
[...]. Ergo nõ est studium in nobis violentię inferẽdę. Descriptio
[...] naufragij mouet misericordiam & cum oīa violẽtiæ q̃ obijci
possent purgarit retorquet inuidiam in calumniantes vsus anti-
qua tegoria. Dicit em̃ non nos fecimus: sed tui in innoxios violẽ
ti fuerunt pauci: & misericordiam captat: & suspitionem violen
tię remouet. Quod genus sub querelis & accusatione tyrioꝝ suā
tenet laudem: nam qui alienos mores grauiter reprehẽdit: ab ijs
se alienum demonstrat: adeo aũt displicent mores: vt mores non
inueniat. Oẽs em̃ feros immanitate vicerunt tyrij. Quæve. h. cu-
ius regionis est tam sęua barbaries ꝙ est tue. Nomẽ ergo qui eos
appellaret nõ inuenit. Exemplũ non reperit: quod erat grauius:
potuissent em̃ defendi a similitudine alterius gentis Hospitio ha
renę: quid ergo facerẽt si humano more tectoꝝ peteremus hospi-
tium. Bella. c. non patiuntur: sed inferunt: nec leuiter prohibent:
sed bellantium more vtunt armis. Prima terra: vel q̃ prima nau-
fragos cœperat post naufragium: & captat misericordiā. Vel pri
ma. i. littus quæ terra prima est e mari egressis: vt societ illud ho-
spitio prohibemur harenę. Cum aũt de tyrijs cõquerit etiam con
querit de Didone quæ illos regit. Deinde relicta hac subtilitate.
aperte Didonem taxat dum dicit Tẽnitis & sperate: & nõ tẽnunt
& sperant. Ordo est. Postq; sup. Troiani illi de quibus iam dictũ
est Anteus scilicet Sergestus Cloanthus & reliqui introgressi sci
licet sunt ad Didonem vñ pater Aeneā adhuc foris stetisse: sed in
gressus est post eos vt finẽ rei videret: & copia. i. facultas fandi. i.
loquendi: coram. i. in p̄sentia regine: data. i. concessa. est Ilioneus
maximus orator inter eos: non maior tñ in cæteris saltem Aenea
cœpit sup. orare sic pectore placido. i. summisso & humili quale
est placidis. O regina cui iuppiter dedit. i. concessit. q. d. quod no
bis promissum ab eo speramus duntaxat: cõdere vrbem: & frena
re iustitia gentes superbas: non em̃ potuit de eis iuste cõqueri nisi
eas iniustas criminaret: nec a didone salutẽ & maloꝝ remedium
sperare nisi eam iustam p̄dicaret. prudenter ergo vtrunq; dicit &
eos iniustos qui naufragos tam inhumaniter tractarent & eā iu-
stam quæ eos iustitia frenaret. nos troes miseri vecti. i. transuecti:
aut vecti sup. per oīa maria: vt nõ ex instituto aut deliberato aīo
illuc venisse: sed violenter appulsos esse intelligat oramus te pro
hibe ignes infandos. i. detestabiles & nepharios: a nauibꝰ. s. nr̃is
parce generi sup. nostro pio. i. qui etiam a genere pij sumꝰ: & aspi
ce res nostras propius. i. circunspectius & cum maiore attentione
ac commiseratione quæ ex p̄cordijs procedit: vñ misericordia di
cta est. Aspice inquam res nostras. i. institutũ & occeptũ nostrum
quia nos nõ venimus (p̄teriti est temporis prima longa & secun
da breui: cum cõtra in pñti sit) aut populare. i. ad populandũ aut
poplatum hoc est ad spoliãdum populatim: hoc est per singulos
populos. penates. i. deos domesticos & thesauros: libycos. i. liby
corum populoꝝ: hoc est supellectilẽ & thesauros eoꝝ ferro. i. vio
lentia armorum ac grassatione: aut vertere. i. vt auertamus p̄das
scilicet pecoris & armentoꝝ: raptas. s. a dominis suis: ad littora. s.
maris e quibus impellant in naues vt auehant. Ea vis. i. violen-
tia non sup. est aīo sup. nostro nec tanta superbia est victis. i. no-
bis qui victi & profugi sumus verũ vt scias quid p̄tendamus aut
quo profecti simus. Est locus sup. quem aut quam graij dicũt he-
speriam: cognomine. i. per cognomentũ ab hespero duce aut etiā
a stella Veneris (quasi iuste innuat eam patriā ad Veneris proge
niem pertinere) Est inquam locus in hesperia quæ est terra anti-
qua. i. nobilis: cum noua esse nõ possit: nam oīs terra antiqua est:
vñ addit potens armis atq; vbere. i. fœcunditate glebe. i. terrę pin
guis. (habet ergo ea quæ caput acris equi in carthagine fore por-
tendit vt visum est) Oenotrij. i. viri ab Oenotro rege qui ex arca
dia in Italiam venit (vñ Landinus. Ex arcadia decem & feptẽ ęta
tibus ante Troiā obsessam nauigauit Oenotrus Lycaonis filius:
qui qntus erat ab Aegeo & phoroneo qui primi in pelopõnesso
regnarunt. & venit cum suis in Italiam nõ satisfaciẽte sibi in græ
cia portione: Nam cum essent Lycaoni viginti duo filij in totidẽ
partes diuisa erat arcadia: venit & cum eo Peucetius vnus ex fra
tribus: sed Peucetius sedes supra montes iapigios cõstituit: ab eo
ꝙ Peucetij sunt noiati. Oenotrus aũt cum maiori exercitu in sinũ
qui ex accolis ausonijs auson dicebatur enauigās: oram multam
occupauit: eamq; Oenotriam vocauit: & populos enotrios vt ap
paret in sophoclis tragœdia Triptolemo. Si autem aboriginibꝰ
populis græca origo fuit sicuti Catoni & Sempronio placet: Oe-
notri progeniem fuisse arbitrabor: Hæc ait Dionysius Halycar-
naseus: qui Oenotri progeniem sic ponit. Aegeus & Phoroneus
primi in peloponnesso regnarunt: Phoronea filia fuit niobe. hęc
ex ioue Pelasgum peperit. Aegeo autem filius fuit Lycaon: &
Lycaonis

Horatium. secundum vero Lucanum immisso scorpione pe
rijt. Verisimilius est scorpione interemptum: quo oriẽte occidit.
& quia sua magnitudine pluribꝰ diebus oritur. proptereaq; etiā
apud peritos incerta eius tempestas est. Dictus est cũ subito assur
gens: vt excusetur non præuisa tempestas. Frustra autem quæri-
tur cur commemoretur Orion. cum a iunone sit mota tempestas
Nam Ilioneus ista non nouit quę poeta per musam cognouit: &
constat numina nisi mutata occasione nocere non posse: qđ Ver
gi. vbiq; obseruat. Cæca. incognita: latentia. Procacibus: perseue Procax
rantibus. procax petax est. Procare enim petere: vnde proci. supe
rante scilicet eleuato & in vndas diuiso. Salo: est enim salum sali.
Inuia aspera & immania: vnde & Dido quæ vis immanibus. a.
o. Nam nõ suos: sed naturam littoris culpat. Quod genus. rheto-
rice mores vituperaturus non ad Didonem loquitur: sed ad ter-
tiam se confert personā. Hospitio. p. a. Vt alibi Littusq; rogamus
Occupantis est enim possessio: littoris: vnde ostenduntur crude-
les qui etiam a communibus prohibent. Prima. i. in littore: vt tu
ꝙ o cui prima ferentem. F. e. t. Mortalia. a. mortalem possibilita- Vltio deorum.
tem. Arma etiam cõsilia significant. Sperate: abusiue timere. Me
mores. nam si non statim puniunt sunt tamen memores: Hora-
tius Raro antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo.

Lycaonis dyanira ex eavero & Pelasgo alter Lycaon qui Oe-
notrium genuit Sola autẽ Oenotria vt ait Strabo Italia olim ap-
pellata est: hæc ille. Licet ergo græci vinum dicant œnon melius
tamen ab œnotro œnotriam dictam putabimus) œnotrij igitur
viri ab Oenotro producti coluere supp. hanc terram: nunc fama
sup. est: minores. i. posteriores dixisse. i. denominasse: gentem Ita
liam. i. Italicam: aut denominasse Italiam & gentem scilicet Itali
cam: aut Italos: de nomine ducis scilicet Itali: cursus fuit sup. no-
bis institutus: huc. i. ad hanc regionem: hoc est ad Italiam (nõ igi
tur fuit Didoni iusta quęrela cum Troiani illinc abirent: quia id
prædixerant) fuit inquam cursus nobis huc. i. in hanc quam me-
moraui regionem: sup. tunc cum. i. quando: orion. i. sydus orio-
nis: nymbosus. i. nubilosus & nubes colligens: assurgens fluctu
subito. i. ex improuiso nobis oborto tulit nos in vada cęca. i. quę
videri non poterant. (Id autem dicit nescius quid a iunone actũ
esset vt sentit Seruius: aut quia non congrueret etiam si sciret id
in templo iunonis dicere: de orione quoq; sic dicit Landinus. De
orione iam audistis Seruium. Alij tamẽ dicunt cum Diane se co- Orion.
mitem in venatione dedisset & cum omnem feram superare au-
deret. terra eum scorpio immisso interemit. Diana in sydus cœle
ste transtulit & canem suum syrum Seruius alibi ait hunc Oeno
pionis filium habitum virum immensę staturę & venatorẽ. Ve
rum cum oenopionis filiam violare vellet ab eo luminibus pri
uatum qui inde ab oraculo accepit si lumina recuperare vellet p
mare ita ad orientem tenderet vt sinus oculorum soli semper op
poneret: sic ergo duce sene ad cyclopas accessit: & ab vno eorum
humeris impositus iussa oraculi peregit & lumina recuperauit.
Theodontius ait eum Oenopionis sicilię regis fuisse filium & a
venere per quietem admonitum vt eius quę sibi prima obuiam
fieret mulieris concubitum peteret: Surrexisseq; ex antro ac soro
rem Candiopeiam quæ & ipsa venatrix esset obuiam factam cõ-
pressisse: ex ipsaq; Hypologum genuisse. Hic idem mox ob hoc
exul factus iubente oraculo vt in orientem tenderet cum candio
pe & filio in Thraciam enauigauit: Ibiq; subactis incolis Neptũ
ni filius habitus est. Higi. autem de configuratione syderum ait
illum ab inundatione aquarum græce Orionem dici: ꝙ eius tẽ-
pore hyems habeat ortum & mare ac terras tempestatibus turbet
Latini eum iugulam dicunt ꝙ sit vt gladius armatorum fulgore
stellarum terribilis qui si fulget serenitatem. si obscuratur tempe
statem portendit. Hesiodus illum Neptunni filium ait: a quo ac
cepit. vt mare ita vt terram perambulare posset. Hunc Oenopius
ob vitiatam filiam Meropem excęcauit ille in lemnum profectꝰ
& a vulcano caballo accepto ad ortus solis perrexit. ac ab eo lu-
men recepit: voluit vlcisci. Oenopium: sed cum ille a ciuibꝰ suis
occultaretur in cretam profectus est verum cum nullam se feram
relicturum minaretur. tellꝰ indignata scorpium extulit qui eum
interemit: sed a ioue ob virtutem suam in astra relatus est. Habet
autem has stellas: in capite tres sed media est cæteris splendidior.
in singulis humeris singulas claras in dextro cubito obscuram
vnam: in eadem manu vnam in zona tres: in gladio quem ma-
nu tenet tres: in singulis genibus singulas. Hæc ille. Cum igitur
orion nymbosus. id est sydus orionis nymbos excitans assurgẽs
subito fluctu tulit nos in vada cęca: & dispulit nos austris peni-
tus. id est omnino procacibus. id est pertinacibus & improbe per
seuerantibus q;. id est simul per vndas. & hoc salo. id est mari su-
perante. id est se erigentem: & per saxa inuia. id est inter quæ nul-
li paret via. Quod, id est quale est hoc genus hominum ve pro
vel quæ patria tam barbara permittit hunc morem scilicet nau-

 fragos

fragos persequendi: nos prohibemur hospitio harenę. id est non permittimur in harena quę omnibus communis esse debet habere stationem & modicum hospitari: sup. ij. populi: cient. id est excitant & prouocant bella: Ob cōsimilem enim rem dicitur troia prius deleta: quia scilicet herculi appulso cum argonautis aquam recentem negassent: & vetant cōsistere terra prima. id est proxima mari: Si vos temnitis. id est contemnitis & vilipendi tis genus humanum. id est etiam si neminem mortalium formi detis: & si temnitis arma mortalia. id est a mortalibus illata quæ fragilia sunt: at. id est saltem sperate. id est timete: sicut etiam a Iuuenale ponitur: aut reuera quia duo dicit: quorum alterum sperandum est bonis alterum timendum malis. & in talibus meliori respondemus potius. dixit sperate q̄ timete: nam boni debent sperare deos memores esse fandi. id est liciti & digni de quo plura dicantur. & mali timere deos memores esse nefandi: sed quia potius voluit vt Dido pro fando. id est licito: præmia speret: q̄ pro nefando. id est illicito punitionem dixit: sperate deos memores esse fandi atq; nefandi vt sit dare cōceptionem nedum in accidentibus sed etiam in rebus significatis: ideo autem minatur deos vltores: quia vt sequitur rex erat Aeneas nobis qui scilicet deorum sanguine cretus & eorum obseruantissimus semper est habitus.

Rex erat Aeneas nobis: quo iustior alter
Nec pietate fuit: nec bello maior & armis.
Quem si fata virum seruant: si vescitur aura
a Aetherea: neq;[a] adhuc crudelib⁹ occubat vmbris
b Non[b] metus: officio nec te certasse priorem
Pœniteat. sunt & siculis regionibus vrbes:
Armaq;: troianoq; a sanguine clarus Acestes:
Quassatam ventis liceat subducere classem.
Et syluis aptare trabes: & stringere remos.
Si datur italiam sociis & rege recepto
Tendere: Vt italiam læti: latiumq; petamus:
Sin absumpta salus: & te pater optime teucrū
Pontus habet libyæ: nec spes iam restat Iuli:
At freta sicaniæ saltem: sedesq; paratas
Vnde huc aduecti: regemq; petamus Acestem
Talibus Ilioneus cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ.

PIERIVS.

a ¶Aetherea nec adhuc. In bona codicum antiquorū parte neq; adhuc, legitur quod nescio quid mollius & suauius sonat.

b ¶Nō metus officio nec te certasse. Mediceus codex & aliquot alij, nec metus, legunt: sed omnino, non, acceptius.

SERVIVS.

SER. ¶Rex erat Aeneas: pietas pars iustitiæ: sed natural'. Nūc ergo dicit qua parte sit iustus. i. pietate. Bene aūt laudat & pietatē quā a Didone impetrare intēdit & virtutem qua vult timeri. Bello & ar. Nō est iteratio. Nā bellum & consiliū habet. Arma tm̄ in actu sunt. Nō metus. vult eā nō timere ne hæc inaniter præstet. Pœniteat: nō parū videat prima beneficia p̄stitisse cū possis maiora recipere. Troiano a sanguine cum Laomedon ꝓmissam murorum mercedē Neptunno & Apollini denegasset Neptunnus iratus cetos Troiā immisit quo eā vastaret. Apollo aūt consultus & ipse iratus perperā respōdit obijcien das bestiæ nobiles puellas. Qđ cū fieret timens Hippotes quidā nobilis filiæ segestæ cū Laomedontis regis Hesiona iā orta seditione esset mōstro exposita imposuit eā naui ac misit quo sors ferret: Hæc ad siciliā delata a crinosio fluuio quē crinisum Ver. licētia poetica vocat cōuerso in vrsum vel in canē cōpressa edidit Acestē. q ex matris noīe Segestam vrbē cōdidit. Subducere. i. terrā trahere. Deducere autem in mare mittere vt deducunt naues socij. Aptare: aptas legere: Stringere aut defrondare: vt agricolę stringunt frōdes: aut fractos colligare. Socijs & rege recepto: syllepsis per numeros vt hic illius arma Hic cur. fuit. Salus Aeneas qui salus nostra est. Spes recte propter ætatem. Sedesq; paratas propter Acestis cognationem Regē: qui nobis est futurus rex: aut qui rex est. Ore: nam & armis fit fremitus. Ore ergo consentiebant.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Rex erat Aeneas nobis &c. Docet vt dixi Ilioneus cur minatus sit deos vltores fore: quia. s. regē tam piū habuerāt vt dij vltionē ꝓ eo sumpturi sint si sublat⁹ fuerit: & tam potentē vt si superuixerit ipse vltionē facere possit de iniurijs & p̄mia referre ꝓ beneficio: quod idē & Acestē posse clā innuit. Sed donatū audiam⁹ dissērentē sic.

Dona. Rex erat. In hoc virtutes animi laudat. s. iustitiā & pietatem & corporis. s. fortitudinē: quæ est in exercitatione bellādi. Vult em̄ pro benefactis cōsimilē vicē promittere q̄ est a iustitia & pietate & pro iniuria vltionē q̄ est a fortitudine. Quē si fa. vi. q̄ pulchre variando. Idē est si viuit tripliciter ꝓfert. Magna aūt arte parua petit & magnā remunerationē promittit & audientē terret nam cū demonstramus posse multū ꝓdesse intelligit asserere posse & multū nocere si res exigat. hoc modo si Aeneas viuit: nihil nobis est metuendū. sin cōtra habemus Acestē regē magnū & opulentū viris armis diuitijs. His ergo proponit spē & ingerit metum. Quassatā ventis: ingerit summā petitionis nō onerosam dāti. s. vt liceat in syluis resarcire cōuulsas naues vt possit si viuit Aeneas in Italiā tendere. Sin aūt nō viuit in siciliā. Si te pater: ex apostrophe captat ꝯmiserationem Didonis.

Ordo. ¶Ordo est. Rex erat nobis Aeneas. s. noīe nec. i. & nō: quo alter non fuit. s. dum hic viueret: iustior pietate. i. quantum ad pietatem in superos & parentem q̄uis forte iustitia distributiua quæ suum cuiq; ius adiudicat alter maior fuerit: nec alter fuit maior bello. i. rebus bellicis vt consilio & prudentia: & armis. i. exercitio bellandi. Si quis tm̄ Hectorem meliorē dicat armis fuisse q̄ Aeneam: possent oīa copulatim legi: vt sit propositio cathegorica de copulato extremo nō copulatiua: nā licet inueniēdus sit maior iusticia vn̄ ipse Aeneas dicturus est in secundo. Occidit & peleus iustissimus vnus Qui fuit in teucris & seruātissimus equi: & maior bello & armis vn̄ idem in eodem ad Hectorem. O lux dardanię spes o fidissima teucrū &c. vbi hector Si pergama dextra defendi possent etiā hac defensa fuissent: tm̄ nō est dandus qui maior fuerit simul & iustitia & bello & armis hoc est qui in his tribus Aeneā superet: Quē virum si fata seruant sup. nobis aut imperio illi ꝓmisso: si vescit aura ætherea. i. si viuit adhuc respirādo in æthere hoc est regione nostra nec occubat. i. iacet obuolut⁹ vmbris crudelibus. i. ipsum crudeliter & impie detinētibus cum nobis tam necessarius sit an crudelibus. i. inexorabilibus (legendum aūt est occubat nō occupat. nam occupo accusatiuū efflagitaret cū sit actiuum verbū. occubo aūt absolutum est & primę cōiugationis quod tertię fieret si susciperet m litterā vt occumbere) nō metus sup. sit nobis. nec pœniteat. i. parum videatur: aut doleat: te certasse. i. prouocasse nos propter eum: priorem. i. priusq̄ aliquid mereremur: officio scilicet pietatis aut beneficentię. hoc est beneficio: sed humanitatem & beneficentiam exhibere profligatis cum in reliquis beneficium dicatur: potest in regibus officium vocari: cum illis id ꝓprium sit munus. Et si Dido fortasse dicat si ita est vt prædicatis rex vester perierit: quis ergo beneficium rependat aut vim repellat: dicit Ilioneus. Sunt &. i. etiam siculis regionibus vrbes. id est etiam siculę regiones habent vrbes nobis fautrices: & arma sunt supple etiam siculis regionibus: & Acestes clarus a Troiano sanguine. vt sicut per vrbes & arma ostēditur posse auxiliari: ita per necessitudinem sanguinis doceatur velle debere: liceat igitur subducere. i. sursum ducere: & in littus siccum trahere: classem quassatam ventis & aptare trabes scilicet classi idoneas syluis scilicet desertis: & a nemine adhuc occupatis: siquidem id Ilioneus iam perceperit vt potuit & liceat stringere remos. i. stringēdo ramalia aut minores arbores facere remos: stringere autē & defrōdare & corticem detrahere: vt si datur tendere Italiam: pro in italiam: rege recepto & socijs sup. receptis: nos petamus læti: quia socijs & rege recepto & classe instaurata (Semper autem ad bonum omen læti petebant Italiam: vt vix e conspectu sicule telluris in altum vela dabant læti: & in tertio. Italiam læto socij clamore salutant. Et in sexto Anchises ad Aeneam. Quo magis Italia mecū lętere reperta) Italiam & pro. i. latium. i. potissimum eam partem vbi latium est. i. regio in qua Saturnus latuit: Sin. i. sed si sal⁹ est assumpta. i. ablata ablato eo a quo salus nostra dependet: & pontus libyę. i. mare libycū habet te o optime pater teucrum: ꝓ teucrorum hoc est te o Aenea qui ob pietatem & paternam affectionem in tuos pater potius q̄ rex merebaris dici (vnde alludit poeta ad statum Romanum qui sua tempestate erat: nam gaudebāt dici principes. i. primi patrum: aut patres: patriæ non reges non domini qui primi erant in rep. vt consules ac imperatores summi: per apostrophen autem. i. conuersionem sermonis ad absentem captat commiserationem vt Donatus edocuit) nec spes iuli id est de iulo restat reliqua aut superstes: hoc est si etiam iulus extinctus

Po. Acis. deduc. Latiū Italia.

☞ extinctus est cui regnum debebatur (vnde est Et spē surgen-
tis Iuli Quem regno hesperio fraudo) At.id est certe petamus sal
tem (si no aliud datur: tractumq; est a se dedentibus qui cū aliud
petere non auderent salutem petunt: sed per syncopam corruptū
vocabulum in aduerbium migrauit) freta.id est maria sicaniæ.
id est siciliæ: & Acestem regem siciliȩ qui & nobis rex futurus est
Ilioneus supple orabat (nam vt ipse fremuisse dicatur non pla-
cet: eo ꝙ

cet: eo ꝙ præmissum est placido sic pectore cœpit) Ilioneus
igitur orabat & dixit talibus supple verbis: & cuncti dardanide.
id est Troiani a dardano oriundi & eius imitatores hoc est
fortes & magnanimi : fremebant simul ore : indignati scili-
cet talem vim inferri cum nihil mali prætenderent nihilq; tu-
lerint. Sane ilioneus hic quadrasyllabum est desinens in eus
diphthongon.

SERVIVS.

¶Breuiter: at qui non breuiter.
Sed longum & breue: magnum
& paruum perfectum nihil ha-
bent sed per comparationem in
telliguntur. Ergo breuiter minus
qua ilioneus. Notandum aūt re
gum esse breuiloquentiā: fœmi
narum verecundiā. Qua ꝑpter
vtrūq; dat Didoni Soluite: sicut
supra Iouis oratio obiecta pur-
gat & petita permittit: Cum pe-
tuntur aut promittuntur a vali-
dissimis est inchoandū: vt hic &
arguit a necessario. Secludite: ite
ratio ad augmentum beniuolē-
tiæ. Secludite. pro recludite: qđ
fit aut ꝑpter hiatum aut propter
suauitatem: vt Ah silice in nuda
cōnixa reliquit ꝑ enixa. Res du.
vicinos barbaros & fratrē formi
dat. Regni nouitas q̄ semper ha-
bet timorē. Moliri: & non facere
vt terroris sit: & nō crudelitatis.
Aeneadum satis propere: sed in
opere inemēdato nō mirandum
Troiæ vr. aut ilium quod in tro
ia ꝓuincia est: aut troiæ vrbē vt
vrbem pataui. Incendia.b.i.vi.
semper enim diluuio & incēdio
cōparat bellum: vt In segetē ve-
luti cum flāma furentibus au. In
cidit.a.r.m.f.t. Nō obtusa adeo:
aut adeo .i.mltū. Te. Adolescētē
adeo nobilē: vel in tātum vt di-
cis. Obtusa. non stulta: sed crude
lia. Nec tam auersus equos ty.s.
iun.ab vr. fabula est. Atreum &
Tyestem germanos cū in dissen
sione sibi nocere nō possent in si
mulatam gratiā redisse: hac occa
sione Tyestes cū fratris vxore cō
cubuit Atreus v͛o illi filios epu-
landos apposuit quæ sol ne pol-
lueret̄ effugit: sed v͛itas est Atreū
apud Mycenenses primum ecly
psim solis inuenisse: cui inuidēs
frater ex vrbe discessit tempore
quo eius probata sunt dicta. He-
speriam.m. μεγαλη enim ελλας
appellata est. in qua a tarēto vsq;
cumas oēs vrbes cōdiderunt grȩ
ci. Eryx. Veneris & Butæ filius
fuit: qui occisus ab Hercule mō-
ti ex sepultura nomen dedit in q̊
matri fecerat teplū quod Aeneæ
ascribit poeta: in hoc monte dici
tur etiā Anchises sepultus. licet
Cato in Italiā venisse scribat. Vr
bem pro vrbs per antiptosin: vt
multi volunt Melius tñ vultis
bis repetendum. vt vultis consi-
dere mecum & vultis Vrbē quā
statuo. vt eruet ille agros.a.q.m.
Ipsumq; æaci. subaudis ille nam
alter Mycenas expugnauit alter
vicit Pyrrhum. Agetur: regetur
Noto aut simpliciter provento:
aut vere noto. q de syrtibus Car
thaginem impellit. Afforet .ad-
ueniat temporis futuri. Equidē.
semper apud Verg. ego quidem
Alibi etiam tantum Persi. Non
equidē

Tum breuiter Dido vultū demissa profatur.
a ¶Soluite corde metū[a] teucri secludite curas
Res dura: & regni nouitas me talia cogunt
Moliri. & late fines custode tueri.
Quis genus æneadū? quis troiæ nesciat vrbem?
b Virtutesq; virosq;: aut[b] tanti incendia belli?
c Non obtusa[c] adeo gestamus pectora pœni:
Nec tam auersus equos tyria sol iungit ab vrbe.
Seu vos hesperiam magnā saturniaq; arua:
Siue Erycis fines: regemq; optatis Acestem:
Auxilio tutos dimittam: opibusq; iuuabo.
d Vultis & his mecū pariter cōsistere[d] regnis?
Vrbē quā statuo: vestra est: subducite naues
Tros tyriusq; mihi nullo discrimine agetur.
Atq; vtinam rex ipse noto cōpulsus eodem
Afforet Aeneas. equidem per littora certos
Dimittam: & libyæ lustrare extrema iubebo:
Si quibus eiectus syluis: aut vrbibus errat:

PIERIVS.

a ¶Soluite corde metum teucri secludite curas. In antiquis ple-
risq; codicibus, metus, legitur numero multitudinis, & in lō-
ge plurib⁹ Seducite curas, tamen secludite agnoscit Seruius.
b ¶Virosq; & tanti incendia belli. Antiqui pleriq; codices aut
c tanti, legunt. c ¶Non obtusa adeo gestamus pectora pœni
Nec tam auersus equos tyria sol iungit ab vrbe. Vt id præter-
eam, quod in Romano codi. obtunsa, scriptum est more suo,
n, littera superflua. Quodq; in Lon. & aliquot alijs aduersus,
non auersus legitur cōtra peritioꝝ oīm sententiam, id me ma
gis mouet, quod ad explicationē sn̄iæ, hæc mihi videntur cō
sideranda. Quȩ gerantur in aliqua orbis parte, triplici potissi
mum de caussa solemus ignorare. Aut quia res ipsæ, vel earū
auctores, ob humilitatem, non satis digni sint, de quibus ali-
quis solicitus esse debeat. Aut quia tam stupido & obtuso in-
genio simus, vt nos mortalia nō tangant, & res gestas magna
quantūlibet admiratione dignas negligamus. Aut ꝑpter lo-
corum longinquitatē, vnde fiat, vt ad nos fama nōdū perue-
nire potuerit, his oībus occurrit Dido, quum dicat neminem
iam esse qui genus Aeneadū qui Troiæ nesciat vrbē, quātaq;
virtute viri illi præditi fuerint, & ꝙ late belli eius incēdiū se
diffuderit, mox subiungit, se corde præstare, & eo valere inge
nio, vt res mortaliū perpendere potuerit, idq; illud est. Nō ob
tusa adeo gestamus pectora pœni. Quod vero tertio loco ex-
petitur, de locoꝝ intercapedine, addit tyrum, vbi se postea de
Troianis audisse dicet, teucro narrāte, nō esse ita in extremis
terrȩ partibus sitam, nec tā a circulo, quē sol ambit, vel a Tro
iano parallello sepositā, vt propter immēsa locoꝝ interualla
fama tantaꝝ rerū eo peruenire nequiuerit, eoq; spectat versus
ille, nec tam auersus equos tyria sol iungit ab vrbe, hęc meni.
M. Antonium Sabellicū præceptorē meū ex veneta cathedra
docuisse, ne tñ, & si ea placeant, Serūj sn̄iam rejciamus. Oui-
dij monet parodia, q in eādē sn̄iam dixerit in amoribus, auer
sumq; diē mensis furialibus atrei. Quē em̄ diem posuit Oui-
d dius, Maro solē apertius noīauit. d ¶Vultis & his mecū pari
ter cōsidere regnis. Missum facio cōsistere. In cod. aliquot an
tiquis scriptū, quod parū est in tātis pollicitationibus. Nā cō
sidere, oīno qđ lōge maius pollicet̄. Id potius adnotandū qđ
in Ro.cod. nō regnis, sed terris legit̄: nēpe qđ nōnulli pertina
cius defendūt, ad asperitatē euitandā, q̄ est in cōcursu, re, syl-
labæ geminatæ. Sed hoc etiā parū esset, qa potius viderent̄ in
seruitutē addicti, neq; ille concursus vniformiū syllabarū In
re, præsertim

ASCENSIVS.

¶Tū breuiter Dido &c. Hic ha- ASC.
betur placida respōsio Didonis
de qua Donatus sic. Breuiter po Dona.
test intelligi ꝑpter personā locu ¶dido.
ture mulieris & sermonē facture
ad viros incognitos Vultum.d.
nō solum ꝑpter verecundiā mu
liebrem verum etiā ꝑpter obie-
cta & eo magis erubescebat ꝙ nec
barbara fuit Artificiose aūt non
negat q̄ manifesta sunt: sed pur-
gat Soluite paucis securos reddit
vt cætera libentius audiant. Re-
gni no. errant qui rem duram &
nouitatem regni vnum putant:
Nā rem durā interitū mariti &
metū fratris intelligit: ne regnū
adhuc infirmū inuaderet: sed nec
expressit ne narrando quod teu-
cros latebat: vulnus antiquū re-
fricaret: & scelus domus detege-
ret. Cōsulit etiam poeta negocio
suo: ne quod per Venerem narra
uerat: iterum ponat. Cogunt ex-
primit quæ fecisset esse a sua na-
tura aliena vt custodia littorum
nō ad inferendā iniuriam: quod
conquerit̄ ilioneus: sed ad ꝓpul
sandā posita videat̄. Quis genus
ęneȩ. ostēdit beniuolentiā vt cre
dat̄ vera dixisse: vt turbatos con
grue honorificentiæ rōne cōpo-
neret. Nouimus inquit virtutes
vestras & aduersam troiæ fortu-
nam: quæ cū dicit humanitatis
spē præbet. Facile em̄ ijs succurri
tur quoꝝ aduersa nota sint. Nō
obtusa adeo: non sunt corda no
stra ab humanitate aliena nec sic
viuim⁹ vt solis equitas a nobis
auertat cursus suos ꝑpter facin⁹:
quod videat Seu vos hic prose-
quitur summā beneficioꝝ suoꝝ
& propositis respōdet: vt quocū
q; ire voluerint auxilio ꝓsequa-
tur. Vultis: ecce plena beniuolē-
tia: vt in societatem regni eos vo
cet. q oīa desperarint. Vestra est.
auget studium beniuolētiȩ offe-
rens plenam facultatē possidēde
vrbis. Lege aūt ne sit error. Quā
statui vrbē vestra est. Tros ty. Mi
re tēperauit dicens Troianos cū
incolis vno futuros affectu vt ho
norifica iuxta hospites nō illos
postponeret ne ve rursus deijci-
ens suos qui ex tyro illam secuti
erant inter populos inimicitias
excitaret. Atq; vtinā: quia vide-
rat troianos anxios de rege op-
tat aduentū & offert inquisitio-
nis auxiliū vt & sociaret oblati
bn̄ficij gratiā addit. Libyæ.l.ex.
iu. & in hoc loco ostēdit verg. nō
solū Carthaginē: sed mltas alias
ciuitates esse sub Didone. Ordo Ordo.
est. Tum.i. deinde postq; perora
uerat Ilioneus dido demissa vul
tum.i. habēs vultū demissum.i.
deorsum missum in signū pudi
ciciæ matronalis: profat̄. breui-
ter.i. sine cunctatione: vt quæ de

☞ creuerat

crevcrat oĩno eis succurrere. nec obstat ꝙ pluscula sunt v ba quia nõ ideo breuiter dicit ꝓfa- ta quia paucis . sed quia incun- ctanter & sine mora & si ideo bre uiter dicat quia breuibus adhuc nihil mentiret poeta qa vt Mar. dicit Nõ sunt longa qbus nihil est quod demere possis. O teucri

re, praesertim litteris duobus vltimis pedibus declinatur a poetis vt auertere regem, toto certatum est corpore regni, lo- ricamq; manu valida lacerare reuulsam. Neq; em̃ numero cõ prendere refert: & sexcenta hmõi. Dicẽdo vo Regnis societatẽ pollicet, vt ꝓcliui9 eos alliciat ꝓmissoꝝ magnitudine. Nã & Iarbas iferi9 lamẽtabit sua ꝯnubia repudiata, ac dñm Aeneã in regna receptũ: & ipsa etiã obnciet Dido eiectũ, litore egẽtẽ suscepi & regni demẽs in pte locaui. Quare oĩno, cõsidere re- gnis, legendum.

equidem hoc dubites ambo rum fœdere. c. c. d. Certos vel ve loces: vel fideles. Vtrumq; em̃ hoc loco significat. Item iustinos Sallu. Apud latera certos locaue rat. Item deliberatiui iudi... Eie ctus naufragus. vt eiectum & li tore egentem.

solute. i. dissoluite & amouete: corde sup. vestro metũ secludite. i. seorsum claudite quasi ad alia negocia vtiles aut excludite & secludite a corde vestro: curas. i. sol licitudines de saluãdis nauibus. Res dura. s. fratris odiũ & auari- cia aut metus quẽ de eo habeo: sed nõ expressit: qa dedecuit eos id scire aut illã dicere: & prius per Venerẽ declaratũ est Aeneç & nouitas regni: ꝙ in terra aliena summopere suspecta est: maxime cũ dolose solũ emptũ sit ab Iarba qui se etiã littus dedisse dicet in iiij. sic Fœmina ꝙ nostris errans in finibus vrbẽ Exiguã ꝑcio po suit: cui littus arandũ Cuiq; loci leges dedimus: cõnubia nostra reppulit. Quia ergo etiã si Aeneas nõ venisset decreuerat cõnnu bium Iarbe repellere: quia dicet de æn... solus hic inflexit sensus animũq; labantẽ Impulit & historia habet ipsam ne Iarbe nube ret se in ignẽ deiecisse: bñ timuit regno suo adhuc nouo: iõq; oẽs aduentantes suspectos habuit. res ergo dura ꝓpter fratrẽ: & noui tas regni ꝓpter Iarbam & cæteros principes vicinos qbus inui- dit sit nouũ regnum: cogunt me molliri. i. cũ mole quasi inuitã facere: talia. s. qualia cõquesti estis vobis fieri & tueri. i. ꝓtegere & cõseruare: fines. i. limites regni mei: late. i. per latũ & ampliter: custode. s. Plurimo: Plus aũt est ꝙ si diceret custodibus: Quis ne sciat genus æneadum pro ęneadaꝝ. q. d. nemo: approbans quod Aeneas dixerat Sum pius Aeneas fama super æthera notus: sane cũ de Aenea incerta esset laudẽ rettulit ad æneadas (Corripit aũt scd'a in noie æneades ꝙ in æneas producit) & qs nesciat vrbem Troiæ. s. ꝓuinciæ hoc est iliũ: aut vrbẽ Troiæ. i. Troiã: sicut vr- bem Pataui: ꝓ eo quod est Patauiũ dixit. q. d. etiã nemo: aut qs nesciat virtutes & viros. s. Troiæ: hoc est virtutes viroꝝ aut vi- ros studiosos & virtute prȩditos: aut incẽdia. i. cõflagrationẽ tã ti belli. q. d. nemo: & si qui sint tales nõ tñ nos: quia nos peni nõ gestamus pect... adeo obtusa. i. hebetia & ignaua vt. s. ꝙ oĩbus manifestissima sunt ignoremus: nec sol iungit equos suos tã ad- uersus. i. p indignationẽ in aliã partẽ versus ab vrbe tyria. i. Car thagine. vt. s. tam frigido pectore simus: vt hæc nõ percipiscam9 & ita potius in eã sniam Landini dicẽtis: placet fabula Atrei quã s. Seruius narrat vt sit. sol nõ auertit se ab vrbe nostra ꝓpter sce- lus & immanitatẽ nostrã sicut aduersus dicitur a Mycenis: Sed physici ostendũt regiones frigidiores efficatiores hoies ꝓducere cõsueuisse: hæc ille. vñ & Seruius alibi dicit in regionibus cali- dis hoies astutiores sed timidiores qa pericula noscunt nasci: vt in aphrica, vbi vafri & versipelles sunt: meo aũt iudicio quia for te fabulã atrei ignorasse didonẽ vero similius est ꝙ ad eam respe xisse: dicerẽ ex deuerbio id eã ꝓtulisse: nã quia sol vbi vicin9 est beniuola sua irradione sanguinẽ circa ꝑcordia calefacit qui inge nium bonũ scd'm Empedoclẽ facit: vñ dictũ est in Georg. Frigi- dus obstiterit circũ ꝑcordia sanguis. ideo ex deuerbio dicebat so lem longe ab illius patria auersum ꝙ obtuso esset ingenio quasi frigidus obstiterit ei quoq; sanguis Idẽ ergo bis dicit: nõ obtusa adeo gestamus pectora peni. & nec tam auersus. Legendũ est aũt auersus nõ aduersus: sicut diua solo fixos oculos auersa tenebat: vñ & Statius. Quid nota recõdis. Scim9 ait nec sic auersum fama mycenis Vertit iter: Seu. i. siue vos optatis hesperiã magnã. i. Ita liam. Italia em̃ hesperia magna dicta est ad differentiã hispaniç & secundum

secundũ Seruiũ μεγαλη ελλας. i. magna græcia & arua Satur nia id est in quibus Saturnus latuit: hoc est latium siue fines ery cis. i. siciliam vbi Eryx frater æneç & Veneris filius in Eryce mõ te sepultus est qui mons nõ longe a drepano est (De genere Ery cis dicit sic Lãdinus. Neptunus Amycũ genuit ex muliere nym pha. Hic a poluce arte pugili separatus: cęsusq; est relicto filio q. butes vocatus est: Fuit aũt rex bebriace quæ post Bithyniam est. Butes aũt post mortem patris ab argonautis domo pulsus depra num in siciliam venit Vbi a Lycaste nobili meretrice quia for- mosus corpore esset adamatus: ex ea Erycem genuit: Veium cũ Lycaste propter pulchritudinẽ Venus appellaret. Veneris filiũ Erycem dixerũt: Hic & diuitijs matris & viribus patris insolen- tior factus. ab Hercule ex hispania reuertente occisus: & in mon te propinquo qui ab eo Eryx dicitur sepultus est. Dio. aũt sic ait Buten regem siciliç fuisse: & ex venere Erycem sustulisse: qui ob genus maternum in maxima gloria habitus est. Vrbẽq; in alto loco a se denoĩatam condidit: atq; in arce templum matri posuit Cuius famam non vt alia pleraq; vetustas minuit: sed in dies au xit. Vnde & Aeneas in Italiam veniens vehementer honorauit: Idem fecerunt Carthaginenses magna parte insulç potiti Multo autem magis Romani: Nam. xvij. ex fidelissimis vrbibus huic templo aurum pendere iusserunt: & milites qui illud custodirẽt posuerunt.) Siue ergo optatis fines Erycis & regem Acestẽ: ego dimittam vos tutos auxilio. s. nostro: & iuuabo opibus. i. faculta tibus meis: & si vultis cõsidere aut cõsistere pariter. i. pariformi- ter mecum. i. quo iure ego cõstiti: his regnis: scilicet meis: & vul- tis vrbẽ quam statuo: ea sup. est vestra: subducite. i. sursum in ter ram trahite naues (nã licet aqua altior sit terra ꝑcipue in medio cum sit sphęrice figurę: tñ ad littus inferior est) tros. i. troianus & tyrius: agetur. i. reget mihi. i. a me: nullo discrimine. i. nulla diffe rentia: quia eadem beniuolentia vtrisq; præfuero: dicit aũt aget quia dux: vnde dictum est dux fœmina facti. Atq; vtinã ipse Ae neas rex. s. vester afforet. i. adesset nobis: compulsus eodem noto. i. vento illo nymboso quo vos compulsi estis: equidem. i. ego q dem hoc est ego certe dimittam certos. i. fideles: qui fideliter mu nus expleant. aut veloces qui id certe. i. incunctãter faciant vt cur ti. i. deliberati: per littora. i. qui querãt eum per littora. & iubebo lustrare. id est circuneundo indagare extrema libyæ: si ipse eie ctus scilicet mari errat quibus. id est aliquibus sylvis: aut vrbi- bus. Ex hoc infert Donatus Vergilium sentire non solum Car thaginem sed etiam alias multas ciuitates esse sub Didone: ve- rumtamen ex ijs quæ per Venerem narrata sunt verosimilius est eam solam tunc tenuisse: nam dictum est deuenere locos vbi nunc ingentia cernes Menia: surgentẽq; noue Carthaginis arcẽ. Nam si prima arx adhuc surgebat nõ videt aliam cõdidisse: nec cũ illuc non ita dudum aduenerit potuisse alias occupasse aut cõ mercio quouis obtinuisse quas si obtinuerit nõ diceret Res dura & regni nouitas me talia cogũt moliri: Nec Iarbas diceret in ꝗr- to Cui littus arandũ dedimus: si & vrbes dedisset: cũ beneficium illi exprobet: Dicemus ergo eũ potuisse dimittere certos. i. itine- ris peritos & fidos per vrbes alienas ipm̃ disquisituros.

SERVIVS.

SER. Iamdudum: olim. aliquan- do. cito. vt iamdudum sumite pœnas. Surgit: oritur & est trãs- latio corporis ad animum: vt alibi Stat conferre manum. Vi- dimus. ante doloris fuerat. Nũc est consolationis: quia cæteri erepti sunt. Respondent. con- sentiunt. nam illa dixerat. Nam ꝙ tibi reduces socios. Nubes

Nũ varij nec etiam dicitur nubs ꝙuis trabs dicatur & trabes. stirps & stirpes præcipes. & præceps plebs & plebes. Sunt enim po- nenda quæ legimus. Nam non sunt artis. sed vsurpationis qua poetæ metri causa vtuntur au- gendo vel minuendo noĩatiuũ. Inde est



His animũ arrecti dictis: & fortis achates
a Et pater Aeneas iamdudum erumpere a nubem

ASCENSIVS.

His animum arrecti dictis &c. Docet quæ reliqua ꝯsecuta sunt: & quomodo Aeneas apparuit: De qua re Donatus sic. His ani mum Cum iam omnia tuta esse explorassent statuunt se offerre ne illa inquirẽdi negocium assu mat. Nate dea. Quia inferior nõ proprio nomine appellat: sed honorifico. Et ꝙuis prior lo- quatur nihil iubet aut consulit. Sic enim æneæ prudentia in- ferior fuisset & ille arrogans: sed interrogat tanꝗ prudentio- rem. Omnia tuta vides ne pro- lixitate moram offerret: & per ꝙ breuiter oĩa transit. Sc... nubes: nõ ipsi ex nube progressi sunt.

Ardebant: prior Aeneam cōpellat Achates.
¶ Nate dea quæ nūc animo sententia surgit?
Omnia tuta vides: classem sociosq́ʒ receptos.
Vnus abest medio in fluctu quē vidimus ipsi
Submersum: dictis respōdēt cætera matris.
¶ Vix ea fatus erat: cū circumfusa repente
Scindit se nubes: & in æthera purgat apertum.
Restitit Aeneas: claraq́ʒ in luce refulsit.
Os humerosq́ʒ deo similis. namq́ʒ ipsa decorā
b Cæsariem nato genitrix b: lumenq́ʒ iuuentæ
Purpureum: & lætos oculis afflarat honores:
Quale manus addūt ebori decus: aut vbi flauo
Argentum: pariusve lapis circundatur auro.

sunt. sed nubes discessit vt oñ dicatur rerū natura cōmodis. Aeneæ inseruire: Ergo tādiu fuit te ctus. q̄diu opus fuit. Deinde discessit nubes. Claraq́ʒ: dicit Aeneā splēdore suo lucē diei fecisse meliorē. Cōstitit vt dictū est sed pulchrior q̄ fuit. Nā hoc curauit mater propter Iunonia auspicia. Cōparat auro & argēto: q̄ cū p se splēdeāt arte tñ meliora fiūt. Cōparat deo qa nepos Iouis ē & Veneris filiꝰ: & cęsaris pi de affinis: quem oi occasione poeta laudat: Viroꝝ autē forma & splēdor corporis iungunt fortitudini. Pulchritudo em̄ sola plurimorū ob fuit famæ. Nāq́ʒ ipsa decorā. c. ad pulchritudinē ptinet. Humeros: ad fortitudinē. ¶ Ordo autē est. Ipsi. s. &. i. simul fortis Achates & pater Aeneas (queres cur priuatū regi p̄posuerit. Sed scies moris esse summis poetis virum quem egregiū significare volunt post a gregem ponere: vt relliquias dānaū atq́ʒ immitis achilli. Itē paulo ante: socijs & rege recepto: Hic q̄q́ʒ & illud dici pōt q̄ q̄uis in rebus pijs & religiosis honorificis b q̄ Aeneas primus fuerit habitus vnde in sexto Opera inter talia primus: tñ i alijs q̄ dignitati eius nō consulūt: sed necessitatis aut affectionis duntaxat hūanæ sunt cæteri p̄cedebant. Erat ergo hoc loco impatientior more & ardētior Achates q̄ æneas quo circa potuit eum priorem ponere poeta. sed non semper seruatur ordo dignitatis in nominandis psonis. Patet autē hic manifeste eūdem esse quē prius fidū & fortem dixit) arrecti animū. i. habentes animū arrectū: his dictis. s. Didonis ardebant. i. ardēter cupiebāt iamdudū id est iam & paulo ante: ab eo scilicet momēto quo primum audiebant Soluite corde metum teucri &c. erūpere nubē. i. rūpēdo nubē emergere ex ea Achates qa ardētior: ꝯpellat. i. alloquitur prior scilicet q̄ Aeneas loqueretur cōpellat autem his verbis. O nate dea quasi dicat quid adhuc hesites cum natus sis dea & ea quæ tibi quosuis mulierū animos cōciliare pōt (Est ergo poeta diligentissimus non segniter legendus: nam multa quę ab ignaris censent præter rationē quasi ex libito poetę dicta: maxime sunt apud peritos significantiæ. vt hic quasi dicere velit. Achates Meminisse debes: quia natus es ea dea quæ mulierum animos cū benigne influit. conciliare pōt. cum igitur iamdudū benignam videas Didonē: cum matrem veridicam perspicias: ad quod subdit. Omnia tuta vides. quæ nunc animo sentētia surgit quasi dicat si non alia q̄ mihi: certe disrupta nube erumpendū nobis est. Ceterꝫ quia maiorē nouit in Aenea q̄ in se prudentiam. noluit fidus comes. & idem vir haud tardo ingenio sententiā suam ingere. sed modeste tñ significare. illius sentētiam efflagitando. Sicut Mopsus puer ille in Bucolico. dicens tu maior. tibi me est equum parere menalca Siue sub incertas zephyris motantibus vmbras: siue antro potius succedimus. Sed ad ordinem redeamus) quæ sententia surgit id est oritur nūc animo id est qd nobis nunc faciēdum censes. tu vides omnia tuta. vides classem sup. receptam. & socios receptos. s. ex periculo in locum tutū. vnde natū est receptui canere (Significat ergo recipere multa. nūc se iterum in tutum reducere. nunc quum cætera demus aliqd peculiariter excipere hoc est quod dicunt reseruare. vt excepta cōiuge quam mihi recepi. omnia amicis cōicaui. Nūc polliceri vt sicut nūc dicere recepi id est pollicitus sum. quasi cum alibi dicere potuissem in hunc locum seruauerim. Nunc & id quidem principaliter significat iterum capere vt recepi debitum: & accepi donū sed quia re particula sæpe vacat ideo recipio pro capio nonnunq̄ ponitur: vt recepi litteras tuas: vbi semel tamen acceperim libentius dixero accepi: sed & mihi receptui canendum est: ne in immensum progrediar) vnus scilicet orōtes & eius gubernator leucaspis cum cæteris lycijs (sed vnus hic dicitur deesse & sub mersus

recipere

Miſereſcimus vltro. aut per ſe plenum eſt. aut cohæret ſequentibus quia nō poteſt primis. Dicimus em̄ miſeror illam rem . & illius rei miſereor. non autem illi. Vltro nō ſponte .nam iam rogauerat. ſed inſuper ab vltra . qa pluſq; rogauerat p̄ſtiterunt: Manicas.a.a. aut epexegeſis ē arctas manicas aut vtrūq; habuit. Quiſquis es. licet hoſtis ſis. & ſunt. vt habemus in Liuio. verba imperatoris tranſfugam recipiētis in fidem. Quiſquis es noſter eris. item vigilas ne deum gens verba ſunt quibus pontifex maximus vtitur in puluinaribus qa variam ſentētiam ſuo inſerit carmini. Hinc iam aut ex hoc tēpore aut ex hac oratiōe aut ex eo q; te dicis vlyſſis factione laboraſſe. Ediſſere ve. hic diſtinguendū vera em̄ audire deſiderat . Quo: qua cauſa quæ in coniecturali ſtatu ſæpe quæritur cui reſpondet ne recipiatur portis. Quis auctor reſpondet Calchas attollere iuſſit. Quid ve. petunt vt placetur Minerua . Ignes aut ararum quas fugit. Vt ſit execratio propter poſteriora. Vos aræ. Aut ſolem & lunam ſignificat. Execratio autem eſt aduerſorum deprecatio : iuſiurandum vero optare proſpera . Teſtor : modo iuro : alibi Teſtificor : vt Teſtor in occaſu veſtro Veſtrum numen: ſydera enim ſecūdum philoſophos dicuntur elementa & habere proprias poteſtates . Enſes: inuidioſe aut pluralem tranſtulit: Terē. Nō perpeti meretricum cōtumelias. Vitte : vel quæ habentur in honorem deorum aut quæ

PIERIVS.

a Atq; arcta leuari vincla. Antiq pleriq; cod. atra habēt abſq; c. Curq; id ita fieri ſolitū, grāmaticoꝝ veterum dictata alibi citauimus.

ASCENSIVS.

His lachrymis vitam damus. Oſtendit vt dixi ſummā clementiam in troianis principib⁹ fuiſſe: quaſi eam ex ea traxerit dom⁹ Iulia: quō proditor ille in gratiā ſuſceptus ſit: vtq; q̄ maxime interrogari optabat interrogatus ſit a Priamo de eq cauſa : de qua re Donatus ſic. Noſter eris aperta beniuolentia cū recipiat eum pro ciue Mihi.ſ. regi qui poſſem tormentis inquirere veritatē & ſimpliciter quęro. Mihi: q te ſeruaui: & in meoꝝ numerum recepi. Quo molem. Breuiſſima propoſitio ſed perfecta. Quæſitū eſt cur equus eſſet factus. Cur tantę magnitudinis. Quo auctore vtrū religionis an belli cauſa. Ille dolis. q.d. natura ſua & arte pelaſga & mandatis ſuoꝝ & oſtēdit nullum gręcū carere dolis. Vos eter. iurauit ſed ſubtiliter: nam troianos fallit: & nō ꝓdit arcana ſuorum adhibuit iuſiurādum quia non videbatur veriſimile illum ſuoꝝ ſecreta ſine tormentis prodere. Teſtatus eſt igit non ꝓpter narrationis veritatem. ſed ꝓpter licentiam quaſi proditionis. Fas mihi graiorum quaſi iam ipſe græcus non eſſet. vel illi eius ſocij nō fuiſſent. Et liceat eos odiſſe: qui ciues mei eſſe noluerunt. Teneor patriæ. plus eſt voluntate quam legibus retineri alterū eſt ex ſtudio pure mentis. alterū ex neceſſitate. Tu modo pro tu troia conſeruatori tuo fidem ſerua. Rependam: quaſi dicat tantū recipiat quantum dederat. id eſt vt ſalutem mereretur ſalutis auctor. Hæc ille. Ordo eſt. Nos dam⁹ his.i. huiuſmodi

ASC. Dona. Aen. Pria. Aen. Sinō Ordo.

☞modi sic simulatis lachry-
mis veniam.id est salutem & mi
serescimus.id est misericordiam
facimus:vltro.id est insuper ab
vltra aut ingenua clemētia: aut
ipse Priamus iubet vltro.id est
non requisitus a quoq; nostrum
q̄uis oēs consentiremus:iubet dico Priamus.manicas.i. ligatu-
ras manuum:& vincula arcta.i.cōstricta & arcte ligata: leuari.i.
dissolui:viro.i.ei qui viriliter locutus erat.& fatur ita dictis ami
cis.i.beniuolis. Quisquis.i. quicunq; es obliuiscere iā graios tu
eris hinc.i.ex hoc tempore noster.i.in cliētela nostra.&edissere.i.
discute eloquere mihi roganti.i. Interroganti hæc q̄ sequent̄ ve-
ra.i.veraciter:vt sit aduerbiū pro noīe:aut sint duo accusatiui di
uisim cōstruendi:non enim voluit dicere ꝙ ea quæ interrogaret
essent vera sed ꝙ ad ea vere aut vera responderet. sensus ergo est
edissere hæc vera.i.veraciter.aut edisserendo hæc dic ea vera.hęc
dico videlicet.quo.i.ad quid.& ad quē finē sup.Danai statuere.i
construxerunt hanc molem.i.ingentē magnitudinē equi imma
nis.i.tam magni vt immanis.i.inimicus & ferox videatur:sicut
in quinto dicent̄ immania cete.immane aūt est quod nō est ma-
gnum.i.bonū:qualia videntur quęvi aut mole sua oīa opprime
re possunt:quis auctor sup.est immanis equi.ve ꝓ vel.quid pe-
tunt.i.p̄tendunt per eum quę religio.i. religiosa oblatio aut quę
machina belli est supp. in eo equo.hoc est an religionis an belli
causa factus sit.dixerat scilicet Priamus ille scilicet sinon instru-
ctus.i.institutus atq; armat⁹ dolis & arte pelasga.i.fraudulosa pe
lasgis propria.sustulit.i.sursum tulit &extendit atq; erexit ad sy-
dera palmas exutas.i.exēptas vinclis.i.manicis.&sup.ait o ignes
ęterni.i.lumina cœlestia.hoc est sydera.& vos are & enses nephā
di.i.cultri nefarie mihi destinati quos fugi.i.vitaui: & vitte deū
i.deorum quas gessi hostia.i.destinatus ad sacrificiū vt essem ho
stia.ego testor.i.obtestor vestrum numen nōviolabile.i.potesta
tes vestras diuinas quas peierando violare nephas est:ego obte-
stor ꝙ fas est mihi resoluere.i. aperire & reuelare iura graiorum.i
græcorum sacrata scilicet sacramento iuramenti: ideo aūt fas di-
xit quia nephas moliti erant aut ideo fas quia in hostium pote-
☙statem

☙statem venerat: & ab eis libertate ac ciuitate donatus omni
græcorum iuri vale dixerat: fas supple est odisse viros qui scili-
cet factiose mihi mortem parauerunt: & fas est ferre sub auras.
id est promulgare & omnibus patefacere .si qua.id est aliqua te-
gunt.id est occulunt nec teneor vllis legibus patriæ: quia neq;
spes neq; voluntas est eam repetendi.modo. id est dummodo tu
Troia: quam scilicet mihi nunc pro patria elegi.hoc est tu gens
Troiana: maneas promissis. id est non recedas a promissa mihi
salute. & tu troia seruata scilicet ab excidio per ea quæ dicturus
sum serues fidem. id est fidelitatem mihi.si feram. id est afferam
aut dicam vera.& rependam.id est reponam pro salute mihi im
pensa.magna scilicet beneficia. incipit ergo narrare vt credeba-
tur secreta græcorum dicens.

b ✳citauim⁹. b ¶Vittæq; deū quas hostia gessi.In antiq̄s ali
q̄t exēplaribus pūctū obseruaui añ,deū, vt sit: quas gessi deū
c hostia.Seruius tn̄ deū vittas mauult legere. c ¶Si magna re-
pendā.Sunt antiq cod.in q̄bus,repādā,scriptū,inueni, sed id
poti⁹ inscitia librarij q̄ ꝓ manifestare sit positū.Nā magna rę
pēdere pollicet̄ sinō,q iā vitę,ac libertatis p̄mia sit ꝯsequut⁹.

☙✳aut quæ habent ipsa simula
chra vt virgineas ausi diuæ con
tingere vittas. Gessi.pene gessi.
Fas petit veniam a dijs ne videa
tur proditor. Tacuit autem hæc
anteq; audiret noster eris. Si em̄
voluntate proditor esset:occur-
rebat illud Cice.Nemo vnq̄; sapiens proditori credendum puta
uit Sacrata.i.iu.ne incidat in sacramēti pœnam. Sunt enim tria
militiæ genera.Plęrumq; enim euocati dicuntur.& non sunt mi
lites sed pro milite. Sallustius. Neu quis miles siue pro milite:
item ipse ab ijs omnes euocatos & centuriones: plęrumq; tumul
tuarij hoc est qui ad vnum militent bellum:plærumq; sacramen
to rogati:quia post electionem in tempu.iurāt: & hi sunt qui ha
bent plenam militiam nam quinq;: & viginti annis tenentur:
hæc tria genera tangit Vergili.sacramenti in hoc loco. Tumul-
tuarij vt simul omne tumultu coniurat trepido latium: Euoca-
tionis Mittitur & magni venulus Diomedis ad vrbem. Odisse
viros:& hoc diasirtice:nam & ad græcos & ad Troianos potest
referri.Si qua tegunt.propter ea quæ latent in equo.Legibus vl-
lis scilicet græcorum propter illud noster eris. Si Troianorum
quia græcus. Troia: nam quod rex promittit: videtur resp.pro
mittere.

SERVIVS.

SER. ¶Omnis spes danaū.a veris inci
pit more suo: nam fauit græcis
Minerua: & ereptum erat palla-
dium. Sed enim histeron prote-
ron:sed enim ex quo impius Ty
tides. Nam & histerologia vni⁹
est sermonis: vt transtra per & re
mos. Impius propter vulnerata
numina Inuētor sce.propter Pa-
lamedem occisum sua factione.
Auellere: inuitum ostendit esse
sublatum. Helenus apud arisbā
captus a græcis indicauit ꝑ vim
Palladiū fata troiana:in quibus erat Pal-
ladium: Vnde dicitur a pyrrho
regna meruisse. q̄q; præstiterit
pyrrho vt rediret per terram prę
dices græcorum naufragiū. Tūc
Diomedes & Vlysses seu cunicu
lis seu cloaclis ascenderunt arcē:
& occisis custodibus sustulerūt
simulacrum. Datur autē his hoc
negocium quia fuerūt cultores
Mineruę. Hoc deinde habēs dio
medes vt Verg.tangit:& Varro
describit: credens sibi nō esse ap
tum ꝓpter sua pericula transeun
ti Aeneæ offerre conatus est: sed
cum se ille velato capite sacrifi-
cans cōuertisset nautes quidā ac
cepit:vnde nō iuliorum sed nau
tiorū familia sacra mineruæ ha-
buit. Vnde in.v.[vnum Trito-
nia pallas quem docuit. Alij di-
cūt hoc simulachrum a troianis
esse absconditum intra extructū
Oēs ido- parietem postq̄; troiam perituram agnouerunt: & deinde in bel
nei aucto lo Mitridatico a fimbria quodam romano indicatum romā aue
res cōtra ctum esse.Et cum responsum esset ibi imperium futurum vbi &
Seruium palladiū adhibito mamurio fabro multa similia facta sunt. sed
scribunt. verum agnoscitur hastæ oculorumq; mobilitate. vnde & arsere
coruscæ luminibus flammæ:sed ab vno tantum sacerdote agno
☙✳scitur:

simulacrum gradatim vētum. Visum nefariorum oculis & pol-
lutis humano sanguine manibus tactum neq; solum corpus:sed
vult⁹ & virginales vittas:quas in capite gestabat:incestare sunt
ausi.Ex illo fluere:Nam supra dixerat Palladis auxilijs semp ste
tit:cum irata esset cœpit fluere. Aduersa: diuorum sceleratorum
cōmissoribus irata est. Vix positum:signa sunt quibus ostendit
☞iram.

Omnis spes danaum & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit:impius ex quo
Tytides sed enim scelerumq; inuentor Vlysses
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium:cæsis summæ custodibus arcis:
Corripuere sacram effigiē:manibusq; cruentis
Virgineas ausi diuæ contingere vittas:
Ex illo fluere:ac retro sublapsa referri
Spes danaum:fractæ vires:auersa deæ mens:
Nec dubiis ea signa dedit tritonia monstris.
Vix positum castris simulachrū:arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis:salsusq; per artus
Sudor iit:terq; ipsa solo(mirabile dictu)
Emicuit:parmāq; ferens hastamq; trementem.
Extēplo tentanda fuga canit æquora Calchas:
Nec posse argolicis excindi pergama telis.
Omnia ni repetant argis:numēq; reducant:
a Quod pelago & curuis secū aduexere[a] carinis.

PIERIVS.

a ¶Secum aduexere carinis.In Mediceo codice & aliquot alijs,
auexere,legitur: vt sit ex eodem loco,vnde digressi prius au-
guria cœperant.

ASCENSIVS.

¶Omnis spes danaum.Iterum a ASC.
veris incipit vt a Seruio diligen
ter annotatum est]. de hac autem
re differit Donatus sic. Oīs spes. Don.
respondet vltimę parti: vt fallē-
di promptior pateret occasio: &
primo vnius criminis inuidiam
pluribus criminib⁹ maculat in
vlysse:& ostendit Mineruā gra-
uiter iratam sacrilegis: Inuentor
sce.qui nunq̄; inuenit quod pro
bari potuisset. Fatale ag.sacrato
a tēplo: in singulis singula sunt
genera sacrilegij.Fatale i quo sta
ret fatum gręcorum Dixerat em̄
palladis auxilijs.Auellere: vt cū
sacrilegio esset crimen violētiæ.
Palladium:cum pondere ꝓnun
ciandum:in ipso enim noīe ma-
gnitudo numinis exprimitur.
Quod vero de Mamurio dicunt
quidam nusq̄; in Palladio legit̄:
sed in ancili cœlitus delapso de
quo suo loco dicemus. Cęsis ad
sacrilegium accedit homicidiū
cū illi humanitatis causa: & nu-
minis veneratione ne leui qui-
dem iniuria contingi debebant
augetur homicidium ex merito
personarum: quia custodes neq;
essent electi custodes: nisi proba
tę vitę. Vide autem exaggeratio
nem criminis: aggressi sunt tem
plum sacratū: quod ingredi quā
doq; sine veneratione nefas esset
Custodes cęsi: & vsq; ad ipsum

Piram. Primum flammæ in oculis inanimatis. Sudor: secundum signum. Non potest ex simulacro fluere nisi portendit malum. idem dicas de motu simulacri. Parmam. s. h. q. t. manifestū signum se hostem profiteri deam. hæc Donatus. ¶ Ordo est. Omnis spes danaum & omnis fiducia belli cepti. i. quod Danai inceperant: stetit. i. locata & reposita est semper sup. in auxilijs palladis. i. mineruæ scilicet quæ dea sapientiæ est: qua tamen posthabita Paris pro venere sententiam protulerat: per quod videtur significari: q Troiani non essent inferiores græcis opibus aut viribus sed prudentia & astutia qua græci præstabant. Vnde omnis eorum spes in auxilijs palladis stetit: sed spes danaum fluere sup. cœpit aut fluebat & referri sup. cœpit aut referebatur: sublapsa. i. clam lapsa retro. i. retrorsum hoc est nullū habuit successum nullamq; prosperitatem ex illo sup. tempore. i. post illud tempus ex quo Titides. i. diomedes Tydei filius (legitur tamen etiam tydides) impius. i. violator numinis sed em̄. i. sed etiā ex quo vlysses inuentor scelerum. i. sceleratissimorum facinorum: & nullius bone artis aggressi. i. attentantes auertere templo sacrato. i. deę cōsecrato: palladium. i. simulacrum palladis: fatale. i. de quo in fatis erat non posse troiā capi tantisper dum illud haberet: aggressi dicit custodibus summe arcis in qua tēplum hoc erat cęsis. i. trucidatis: ipsi corripuere scilicet pollutis & sanguinolentis manibus quod nefas erat (vnde Aeneas de sacris troianis & dijs penatibus dicturus est. Me bello ex tanto digressum & cede recenti. Attrectare nefas donec me flumine viuo abuero) effigiē sacram. i. simulacrum diuæ hoc est palladium: corripuere dico ausi contingere. i. contaminare manibus cruentis (quas etiam si impollutę essent: quia viriles nefas erat attrectare virgineas vittas vñ exaggerat scelus) vittas virgineas. i. virginales: diuæ. i. quas diua virgo pallas scilicet in capite quę honestissima eius corporis pars est gerebat: ex illo inquam tempore cœpit res danaum retro ferri: & vires sup. danaum fractę sunt sup. & mens. i. fauor & beniuolentia deæ: est auersa scilicet a danais, cum eis succensa & indignata esset nec tritonia. i. Pallas a tritone aphrice palude apud quam vt in de ciuitate dei diuus Augustinus scribit: regnante ogygio apparuit Herodotus autem scribit tritonem fluuium esse in aphrica ex quo fit tritonis palus ex qua dicunt Neptunnum Mineruā suscepisse: sed cum pater illi aliquando succensuisset se Ioui adoptādam dedisse: Cui virgines singulis annis sacra facientes in duas acies diuidunt lapidibus fustibusq; inter se decertantes: & si qua in pugna occubuerit ea pseudo parthenos. i. non vera virgo nominatur. Cretenses tamen in creta tritonem fluuium esse dicūt & apud illius fontem ex Ioue natam affirmant ibiq; eius templum ostendunt: Diodorus autem siculus Mineruam in tritone flumine natam ab Ammone coniuge rhee aduersus illam custodē positam filio quem ex amalthea susceperat. ipsamq; perpetuam virginitatem seruasse: & propter animi solertiam multas artes inuenisse & in bello plurimum valuisse. Aegyptij vero Mineruam etheram esse interpretantur & iouis filiam ac virginem volunt: quia ether naturam semper habet incorruptam. ¶ Nec igitur tritonia. i. pallas dedit ea signa: scilicet indignationis & auersionis suę monstris. i. portētis aut demonstrationibus seu indicijs: dubijs. i. incertis: immo certis & manifestis quia non dubiū certum est. q autem nō dubijs monstris ea signa dederit probat: quia simulacrum sup. erat (nisi dicamus nominatiuos in designatione sequele pro ablatiuis positos) vix positum castris scilicet græcoꝵ ablatum per Vlyssem & Diomedē ab ilio. & sup. aut dum flammæ. s. oculoꝵ diuæ: corusce. i. coruscantes & micantes & quasi scintilantes quod signū ferociētis animi etiam in beluis est: arsere. i. ardoris indicia emisere: luminibꝰ. i. oculis arrectis. s. ad firmiter inspiciendum: & sudor salsus. i. amarus ijt. i. defluit: per artus. s. simulachri. quasi ex indignatione laboraret: & ipsa. s. dea nō solum eius simulacrum emicuit. i. resplendens apparuit ter solo. i. per terram mirabile dictu. i. quæ res mirabilis est dictu. i. dum dicit emicuit dico ferens parmam. i. scutum breue. & hastā trementem: quia vibratam & quassam ab irata & minitante dea: Calchas. s. princeps augurij: videns indignationē deæ canit. i. vaticinatur extēplo. i. ilico euestigio: equora esse tentanda fuga. i. fugiendū esse græcis per equora: nec. i. & non & canit pergama. i. mœnia troiana non posse excindi. i. disrumpi telis. i. armis inuasiuis præcipue quę de longe iaciuntur: argolicis. i. græcis: ni. i. nisi repetant. i. iteꝵ petāt argis. i. apud argos: omina aut oīa. s. auspicia & alia ad bellū faciētia. & nisi reducant. i. reconcilient: scd'm Seruiū: aut nisi reducant scilicet

scilicet in locum suum numen. i. simulachrum diuæ quod aduexere secum pelago & curuis carinis. ephiteton est carinarum. i. aluorum nauium: sed videtur abundare: & nam ordo esse pōt qd' aduexerant secum carinis curuis: pelago. i. per pelagus: sed si volumus intelligere quod etiam verum est pelagus etiam vexisse: nam nisi aque ferrent nauem: nō possit nauis ferre aut vehere quę in ea sunt: quod ergo aduexerunt secū pelago: & curuis carinis. i. adminiculo & auxilio aquaꝵ & nauiū. Et ita dat intelligere græcos etiam aduexisse secum simulachrum aliquot ex argis quo numinis præsentiam in auxiliū belli haberent. nam si intelligendū esset de Palladio quod ex Ilio Iam sustulerant nō diceret aduexisse troiam sed auexisse: præterea cum hæc dicerent nondū aduexerant palladiū in tenedon. Sed priusq; pergamus addemus quę in Seruiū annotauit Beroaldus: & quæ addidit Landinus. Beroaldi verba sunt. Nemo scriptor idoneus. quod equidem sciam tradit hoc. immo oēs consono ore. referūt peltam de cœlo lapsam in nume manus decidisse: ad cuius similitudinem & formā vndecim alias peltas hoc est breuiora scuta Mammurius inter opifices solertissimus fecit tanta arte: vt vera pelta vix dignosceret: hoc scribit Pluthar. in numa. hoc Oui. in fastis: hoc Diony. halycarnasseus in scd'o. hæc fuerunt illa celebratissima Ancilia quæ per vrbem a tripudiantibus salijs ad honorem Martis circum gestabantur: atq; id Seruius ipse cōfinxit: ipse peperit: ipse solus excogitauit: nulla fretus authoritate: quod de Palladijs a Mamurio factis fabulatur. Landini aūt verba sunt. Quo tempore Ilus Trois filiꝰ Ilium cōdidit: qd' fuit anno fere septimo supra tria milia & octingentos post mundi initium aiunt Breue scutum de cœlo lapsum in templū quod in arce condebat idq; palladium esse vocatum: & elegisse sibi locum in media ede: cui adhuc superinductę tegulę non erant: id signum ligneū fuisse multi tradiderunt: hoc igitur allecto per illecebras Theano custode Antenorem accepisse volunt: & græcis tradidisse: Callistratus autē de samothracia scribens & satyrus: vt refert Dionysi. dicunt crysantem pallantis filiam cum nuberet Dardano attulisse palladis munera. Hæc autem fecisse palladium & magnorum deorum simulachra. Deinde dardanum diluuium fugientem arcadia profectum tulisse in samothraciam: ibiq; illis templum struxisse. Mox cum maiorem partem populi transuexisset in asiam sacrificia ac cerimonias samothracibus reliquisse. Palladia vero & deorum imagines secum aduexisse & ex oraculo accepisse vrbem illam duraturam: in qua hæc permanerent: ac propterea vrbem condidisse: & a se denominasse & in ea collocasse. Condito deinde ab eius posteris ilio esse translata. Postea vero capta vrbe inferiore Sicam dominum arcis factum sustulisse ex adytis sacra & quod supererat palladium. Nam alterum Vlysses & Diomedes furtim vrbem ingressi abstulerant. Aretinus eodem Dionysio teste scribit palladium a Ioue Dardano datum. & locatum in loco inaccessibili: Sed fabricatum aliud ad eius similitudinem & positum palam & hoc eripuisse græcos: illud accepisse Aeneam. Alij scribunt palladium absconsum ab ilionensibus in cauernis: ne hostes eriperent: & post multas ætates ab fimbria; questore cum Ilium expugnasset: ablatum ac Romam peruectum: Seruabatur autem in templo vestę: quod erat inter capitolium & palatium: quo incenso. L. Gellius Metellus illud liberauit: ipse ignis ardore cæcus euasit Siluius autem scribit cum Diomedes in vrbe quam in apulia cōdebat palladium collocare vellet monitum esse a dea nocturna quiete: Vt in latium vbi vera erat numinis sedes: illud deportare. Detulit Diomedes & palladium tradidit.

tritonia

Beroald9

Ancile.

Palladiū

Antenor

Dn samothracū: & Palladiū

SERVIVS.

¶ Arma: Artificiose inijcit de futuro metum: vt præsentem firmet securitatem. Improuisi aderunt: sicut factum est. Digerit. o. interpretatur numinis commotionem.

Et nuncq; patrias vento petiere Mycenas.

Arma deosq; parant comites: pelagoq; remenso

ASCENSIVS.

¶ Et nunc q patrias. Fingit se reuelare arcana græcorum etiam quæ contra Troianos sunt: vt probet quod præsumpsit Cūcta equidem tibi rex (fuerit quodcunq;) fatebor

ASC.

☞ fatebor vera: nam talibus inſidiis periuriq; arte Sinonis Credita res De qua Donatus ſic Ar-
Dona. ma.q.d.hoc cõtra Troianos: vt reliqua faciat veriſimilia. Capti. q.d. Nõ poterat obiici Troianis cur ita creduli fuiſſent. Quia iurauit & quia lachrymas veras credidimus eſſe Ergo non virtute. Non numero hominum. Non diuturnitate belli: ſed inſidiis victi ſumus. Ordo eſt. Et ꝙ nũc pe-
Ordo. tiere vento mycenas patrias (id falſum eſt: quia adhuc in tenedo latebãt: ſed dixerat Aeneas Nos abiiſſe rati & vento petiiſſe mycenas) ſup. id ideo fecerunt: quia parant arma & deos comites: qa numen quod ſecum aduexerant eo ꝙ eſſet leſum erat reducẽdum vt reconcilietur ſicut dictum eſt & ipſi aderunt improuiſi (quod etiam euenit ſecundũ poetam id autem callide dicit perfidus Sinon: & vt reuelare putetur arcana græcorum: & ſi forte in cuſtodia tentus fuiſſet donec periculũ feciſſent Troiani: vt per hoc euadere potuiſſet: quia p̃monuiſſet etiam ſi milites in equo occultatos deprehendiſſent quia dicere potuiſſet id ſe neciſſe: cum veriſimile ſit incluſos in equo iuraſſe aut promiſiſſe ſe eũ purgaturos vt cõfidentius negocium peragat) Calchas digerit. i. interpretatur ſic oĩa. ſ. numinis commotionem & portenta: & ita legit Seruius: & eſt præſentis temporis a digero digeris: alii tñ legunt degerit a dego quod cõpoſitum eſt a de & ago: vt ſit præteriti tẽporis & exponatur pro eo quod eſt perfecte egit & diiudicauit faciẽda oĩa ſic: & ipſi moniti. ſ. a Calchante: ſtatuere. i. erexerunt. vnde ſtatuę dictæ quę ſtatuuntur & ſtant hanc effigiem. ſ. equi pro palladio & numine lęſo: quę piaret. i. purgaret nefas triſte. i. pro quo triſtes effecti ſunt: tñ calchas iuſſit attollere hanc molem immenſam. i. ſane magnam: ita vt menſurã receptaculi portarum excederet textis. i. cõtextis roboribus & iuſſit educere hanc molẽ cœlo. i. in cœlum vſq;. neu. i. vel ne poſſit recipi portis. i. per portas: aut poſſit duci in mœnia: neu. i. vel ideo ne poſſet tueri. i. p̃tegere populum. ſ. Troianum: religione antiqua. i. priſtino fauore quem pro religione olim rependebat dea: hoc eſt ideo facere iuſſit tam magnam vt quia in menia duci ſaluis portis non poſſet recuſaretis eam recipere: qua recepta dea potius vobis more antiquo faueret q̃ græcis a quibus recenter & grauiter offenſa eſt. Nã ſi manus veſtra violaſſet dona Mineruæ. (q.d. vt feciſſet niſi adueniſſem) tunc ſup. degerit aut cecinit magnũ exitiũ futurum imperio Priami & phrygibus. i. pplo Troiano. qđ omen. ſ. excidii dii pri⁹ i. potius cõuertant in ipſum. ſ. calchanta μαντικακῶν vatẽ malorum (ſed loquit̃ dyaſirtice: nã poſſet ſic ſcđm mentẽ Sinonis cõſtrui: quod. ſ. excidiũ dii cõuertant prius in ipſum omẽ. i. dii faciãt quod ominor. i. excidiũ eueniat Troianis) ſin. i. ſed ſi. ſup. effigies equi: aſcẽdiſſet in vrbẽ veſtris manib⁹. i. auxilio manuũ veſtrarum ☙ ſupple ☙ ſup. cecinit: aſiam. i. aſiaticã gentẽ hoc eſt Troianam venturã vltro. i. inſuper: aut ſine obſiſtẽtia magno bello. i. virtute bellica auxiliante Pallade: ad menia Pelopea. i. argiua: legendũ autẽ eſt Pelopea aut ſi pellopeia nõ niſi tetraſſyllabũ erit: & ea fata manere noſtros nepotes. i. futura eſſe etiã noſtris nepotibus (Cæterum vt duplicia ſunt fata. ſ. bona victoribus & mala victis: ita duplices nepotes. i. minores: ſi ergo ſe nunc Troianũ cõputat ſenſus eſt: ea fata q̃ de victoribus Troianis eſſent manere & noſtros nepotes. i. poſteros troianos vt ſemper victores ſint: ſin ſe adhuc gręcũ cẽſet vt eſt natione quidẽ: ſenſus eſt fata bona troianorum manere. i. ingruere: in p̃petuũ in noſtros nepotes. i. in poſteros gręcos vt ſemper vincant̃ a Troianis: nã manere ſæpe mala dicunt̃. vt Stati⁹ in achilleide. Quid maneat pp̃los: vbi tãta iniuria primo degraſſata duces.) Res. ſ. de introducẽdo equo: eſt credita talibus inſidiis & arte Sinonis periuri &c. ii. ſup. capti ſunt dolis & lachrymis coactis. i. vi exp̃ſſis (alii coacti legũt) quos neq; tytides nec Achilles laryſſeus. i. theſſalus: ſed ex phthia nõ ex lariſſa oriũdus: (p̃ponit aũt tytidẽ ſicut & prius o Danaũ fortiſſime gẽtis tytide: eo ꝙ cõgreſſum cũ eo habuerat) & anni decem & mile carine. i. naues (tot em̃ ab Homero q̊q; enumerant̃ licet poſſet dici nũerus certus pro incerto) nõ domuere. i. domuerũt. Id q̊q; imaginẽ habet laudum Iulii. Eum ſi quidẽ nec Romana nec externa v̾tus: nec Põpei⁹ magnus nec Cato cęteriq; ꝯiurati bello domare potuerũt: quẽ fraus cõiuratorum extinxit.

Improuiſi aderũt: ita digerit omnia Calchas.
Hanc pro palladio moniti: pro numine læſo.
Effigiem ſtatuere: nefas quæ triſte piaret:
a Hanc tñ[a] immẽſam Calchas attollere molem
Roboribus textis: cœloq; educere iuſſit:
Neu recipi portis: aut duci in mœnia poſſit:
Neu populum antiqua ſub religione tueri.
Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Mineruæ
Tum magnũ exitiũ (qđ dii prius omen in ipſum
b Cõuertant) Priami imperio phrygibuſq;[b] futurũ:
Sin manibus veſtris veſtrã aſcẽdiſſet in vrbem:
Vltro aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturã. & noſtros ea fata manere nepotes.
¶ Talibus inſidiis periuriq; arte Sinonis
c Credita res: captiq; dolis lachrymiſq; coactis:[c]
Quos neq; Tytides: nec laryſſeus Achilles:
Non anni domuere decẽ: non mille carinæ.

☙ tionem. Antiqua re. fauore priſtino. Nam ſi veſtra. m. occurrebat enim exurẽdum equum ſi intro inferri non poſſet. Aſiam: aſiaticos. Pelopeia: argiua: a Pelope. Noſtros ne. quaſi Troian⁹ loquitur dyaſirtice tamẽ. Periuri in verbo. r. remouetur Peiero enim dicim⁹. Credita. r. aut ſide habita aut ei cõmiſſa res. p. Dolis: fuit ergo turpius græcis viciſſe dolis q̃ Troianis vinci. Coactis: Sic Teren. Vna me hercle falſa lachrymula: quam oculos terendo miſere vix vi expreſſerit Laryſſeus Achilles: a vicinitate: Nam phthius fuit: Vtraq; tamẽ in theſſalia eſt.

PIERIVS.

a ¶ Hanc tñ immenſam. In Mediceo. Hanc adeo immenſam legitur, ſed tamen receptũ magis. PIE.
b ¶ Priami imperio phrygibuſq; futurum. In codi. aliquot antiquis, phrygis, legit̃: ſed phrygibus emendatior oĩno lectio eſt.
c ¶ Captiq; dolis lacrimiſq; coacti. Serui⁹ coactis legit, rẽq; Terẽtii teſtimonio ſuffulcit. Nuſq̃ tamẽ in veteribus exemplaribus id inueni, q̃q; in Mediceo neſcio quid huiuſmodi abraſum in eius dictionis fine diſcernitur. Quam vero Ouidii Synepeiam huc nonnulli citant, oculi lachrymis maduere coactis, longe diuerſa eſt a virgiliana ſententia. Nam ibi Ouidius de procne loquitur, quæ inſpecto Ity filio coacta ſit maternæ pietatis impulſu lachrymare, fœdæ immanitatis, quam in eum parabat, ſibi conſcia, atq; ideo dicit. Inuitiq; oculi lachrymis maduere coactis. In Sinone vero, quum lachrymæ dubio procul fictæ eſſent, ideo cogi eas neceſſe fuit, quia neq; dolor, neq; affectus vllus erat, qui ſponte ſoleat lachrymas ciere: ſed & Ti. Donatus coactis legit, ſi modo codex fidelis eſt. Vtcunq; tamen alii, atq; alii ſenſerint, minime abſurdum mihi videtur, ſi legamus capti dolis, & coacti lachrymis, quo etiam modo ſi legas apud Donatũ, nihil quicq̃ eius ſententiam immutaueris.

SERVIVS.

SER. ¶ Hic: tunc. Maius. m. m. Nam apud antiquos ab iiſdem incipere vitioſum nõ erat vt & ſale ſalſa ſonabant: & caſus Caſſandra canebat. Laocoon. Vt ait Euphorion poſt aduentum Græcorum ſacerdos Neptunni lapidibus occiſus eſt quia ſacrificiis non prædixit eorum aduẽtum. Poſtea diſcendentibus græcis cũ vellent ſacrificare. Neptunno Laocoon Tymbræi Apollinis ſacerdos ſorte ductus eſt: vt ſolet fieri cũ certus deeſt. Hic piaculum commiſit ante ſimulachrum numi- ☙ nis cũ

Hic aliud maius miſeris multoq; tremendum
O biicitur magis atq; improuida pectora turbat
Laocoon ductus Neptunno ſorte ſacerdos
Solennes taurum ingẽtem mactabat ad aras.
Ecce autẽ gemini a Tenedo trãquilla per alta
(Horreſco referens) immenſis orbibus angues
Incumbunt pelago: pariterq; ad littora tendũt.
Pectora quorum inter fluctus arrecta: iubæq;

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Hic aliud maius miſeris multoq; tremendum. Ne indecorum videatur vni hoĩ in tanta re fidem habitam: & vt nõ improuidi ſed pii deorum cultores cenſeant̃ troiani addit poeta deę portẽtum qđ acceſſit etiam ideo vt fato deletã troiam (vt ſæpe dictũ eſt) cõprobet. Vnde Donatus dicit ſic. Hic
DON. aliud maius: nam vehemẽter dolos poterat confirmare hoc monſtrum. Sorte: in qua fuerat arbitrium diuinum. Ergo debuit niſi fuiſſet futurum exitium publicum ſeruare ſacerdotem diuina ☞ voluntate

a Sanguineæ ſuperant vndas[a]: pars cætera pontū
b Pone legit: ſinuatq; [b] immenſa volumine terga.
Fit ſonitus ſpumante ſalo: iamq; arua tenebant:
Ardenteſq; oculos ſuffecti ſanguine & igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus viſu exangues. illi agmine certo
Laocoonta petunt & primum parua duorum
Corpora natorum ſerpens amplexus vterq;
Implicat: & miſeros morſu depaſcitur artus.
Poſt ipſum auxilio ſubeuntem: ac tela ferentem
Corripiunt: ſpiriſq; ligant ingentibus: & iam
Bis medium amplexi: bis collo ſquamea circū
Terga dati ſuperant capite & ceruicibus altis.
c Ille ſimul manibus tendit diuellere[c] nodos:
Perfuſus ſanie vittas atroq; veneno:
Clamores ſimul horrendos ad ſydera tollit.
d Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram[d]
Taurus: & incertam excuſſit ceruice ſecurim.
At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiunt: ſæuæq; petunt Tritonidis arcē.
Sub pedibuſq; deæ: clypeiq; ſub orbe teguntur.

PIERIVS.

a ¶ Iubæq; ſanguineę exuperāt vndas. In veteribꝰ aliq̄t exēpla. legere eſt ſuperāt vndis. In Med. ſuperāt vndas. Sed em̄ exſuperāt lōge maius q̄ddā oſtētat. b ¶ Sinuatq; immēſa volumine terga. In cod. pleriſq; peruetuſtis legit̄ ſinuāt pluralitatis numero. Quippe angues toti, q̄ lectio carminis etiā tonū reddit canorꝝ magis. c ¶ Tēdit diuellere nodos. Vetera q̄dā exēpla. deuellere habēt, ſed id vitio tporꝝ. d ¶ Fugit cū ſaucius aras. Antiq cod. pene oēs cū Medi. aram vnitatis numero legunt, quæ quidem lectio mihi caſtior videtur.

¶ voluntate ductum non arbitrio humano mactātem taurum ingentem. i. excellētem hoſtiam Ecce aūt: per hoc ſignificabatur hoſtes venturos a tenedo. Ecce: ſemper ponitur vbi res horrēda & repētina ſignificatur. Feſtinatio autem & oculi ardentes & linguę mobilitas demonſtrabāt alicui illos laturos interitū. Agmine: agmen dicitur actus ſerpentū Curſus em̄ & iter pedum eſt quibus carent ſerpentes. Laocoonta exprimitur deorum impietas. Sacerdos enim in ipſo ſacrificio petitur: ſed primo in eius cōſpectu filij crudeliſſime interficiuntur paruuli & inſontes: Cętera ſerpētum deſcriptio crudelitatem deſignat: Qualis mu. alluſit ad taurū quia ſacrificabatur taurus. Tollit bis accipe: tollit Laocoon: tollit taurus. Arte: nō inertia ſua decepti ſunt a Sinone: ſed iniquo deorum ſtudio pręſertim Mineruæ. Petitus eſt Laocoon q equū vulnerauerat: & dracones ad ſimulachrum deę refugerāt. ¶ Ordo eſt aliud. ſ. portentum aut facinus: maius & tremendum. i. in tremore & timore excipiendum magis multo q̄ illud priꝰ obijcit̄ hic. i. hoc tpe: hoc eſt paulo poſt miſeris. ſ. Troianis: & turbat. i. commouet pectora improuida ſcilicet contra deorum inſidias: nam vt ait Statius: Quis diuum fraudibus obſtet: Laocoon ductus ſorte. i. per ſortem nuncupatus Neptūno ſacerdos: nam qui ante eum erat obierat: elegerant ergo quodammodo (ſi liceat pphana ſanctis comparare) ſic ſacerdotem vt apoſtoli coapoſtolum: ſorte videlicet ſed ſors cecidit dijs ita volētibus. (Vnde non hoīes: ſed dij euertiſſe Troiā dicuntur in principio tertij huius vbi dicit̄. Poſtq; res aſie Priamiq; euertere gentem Immeritam viſum ſuperis) ſuper eum qui ſimulachrum percuſſurus erat: vt ſequens portentū in eo daretur: Laocoon ergo ductus ſorte Neptunno ſacerdos mactabat. i. ſacrificabat mactādo quod aptum eſt ſacrificijs verbum deductum a magis & augeo quaſi magis aucto: taurū ingentem ad aras ſolennes: nihil ergo in ſacrificio prætermiſſum ne ob id pœnas dediſſe putetur: autē pro ſed: ecce quaſi ex improuiſo: gemini angues immenſis orbibus. i. habentes orbes & giros ſeu annulos valde magnos ſup. venientes a tenedo per alta ſcilicet maria: tranquilla: vt dij eis facilem tranationem præſtare putentur: incumbunt. i. ſe toto conamine ingerunt pelago. i. mari & tendunt pariter. i. pari modo: ad littora vbi ſcilicet Neptūno qui deus maris eſt ſacrificabatur: quorum pectora arrecta inter fluctus & iubę. i. criſtę ſanguineæ. i. ſanguinei coloris: aut dire: aut ſanguinolente: ſuperant. i. excedunt: vndas. ita vt extra vndas eminerent: cætera pars legit. i. molliter tranat pone. i. continuo: ſed a tergo pōtum. i. mare. & ſinuat. i. in ſinus & annulos ſeu ſpiras colligit. volumine. i. inuolutione: terga immenſa. i. valde magna. & modum ſeu menſuram iuſtam excedentia. Sonitus ſcilicet aquarum fit. ſ. ex celeri annatatu anguium: & hoc dicit ſalo. i. mari ſpumante. i. ſpumas faciente aut emittente & ſup. angues: tenebant iam arua. i. terram aridam & arabilem: & ipſi ſuffecti. i. ſubinfecti oculos ardentes. i. habentes oculos ardentes ſuffectos ſanguine & igni. i. partim colore igneo: partim ſanguineo lambebant linguis vibrantibus. i. micantibus & in varias partes iactis ora ſibila pro eo quod eſt ſibilantia: aut lambebant. i. lambendo edebant ſibila: & hoc linguis vibrantibus. i. ferientibus ora. Nos. ſ. id vidētes. diffugimus. i. in diuerſas partes fugimus: exangues. i. mortui aut moriētes ſed melius exangues: quia ſanguis ad pcordia timentiū conuolutus reddit eorꝝ facies exangues. i. ſine ſanguine viſu. i. ſolo aſpectu: illi ſcilicet ſerpentes petunt. i. hoſtiliter aggrediuntur agmine. i. impetu certo. i. deliberato vt ſignificent ſe non ad alium q̄ ad eū & tius liberos miſſos Laocoonta ſcilicet ſacerdotem quem nō per-

acto

nis cum vxore coeūdo & ob hoc immiſſis draconibus cum filijs interēptus eſt. Sed poeta hāc rem interpretatur ad Troianorꝝ excuſationem. Solennes aras: anniuerſario ſacrificio religioſas. Solēnes. dicimus ſacrificiū ſolēne & aras ſolēnes. vt apricum & hoīem & locum. Perſi. Apricos meminiſſe ſenes. Hora. Cur apricum oderit campum. Apricus. Ingentem vt alio loco iam cornu petat: in ſacrificijs enim certis numinibus certę ętatis animalia mactantur. Gemini duo vel ſiles. Angues. Angues aquarum ſunt: Serpentes terrarū Angues. Serpētes. Dracones templorum: vt in hoc Dracōes. loco apparet. Sed nō obſeruatur ſemper. Iubæ criſtæ aut barbæ. Sanguinei: ſanguinei coloris: legit: tranſit: vt littora epiri legimus. Sinuat. in ſinū curuat. Suffecti: pro infecti vt connixa pro enixa. Sibila ſibilantia: & participium eſt. Nam nomen ſibilus dicitur. Vibrantibus: mobilibꝰ. Nullum enim animal tanta celeritate linguam mouet: vt triplicem habere videatur. Spiris: nodis: vnde & baſes columnarum ſpiras dicunt. Spira proprie volubilitas funium. Squamea. pro ſquamoſa Atro vt pallida mors triſtiſq; ſenectus. Qualis mugitꝰ i. tollit: Facta autem comparatio eſt propter ſacerdotis perſonam. Incertā. dubie illiſam: quę nō haberet mortis effectum. Lapſu. labi proprie ſerpentū eſt. Delubra delubrum dicit̄ quod vno tecto Delubrū. plura amplectit̄ numina q a vno tecto diluitur. vt capitolium in quo eſt Iuppiter. Iuno & Minerua. Alij dicunt delubrū eſſe locū ante templū vbi aqua currit a diluendo: Eſt aūt ſinecdoche. i. a parte totum: Sęuæ. fortis aut nobilis. Sub pedibus maioris ſimulachri quod ab omnibus videtur. nam quod colitur & breue eſt & latet ſicut palladium fuerat Clypeiq; ſub. o. vt maxima pars in ſpiram collecta ſit ante pedes. Colla. vero cum capitibus erectis poſt Clypeum. i. inter ſcutum & ſimulachrum habebant vt eſt in templo vrbis Romæ.

acto ſacrificio nephas & piaculum fuiſſet fugere & vterq; ſerpens amplexus primum parua corpora natorꝝ. ſ. Laocoontis implicat ſup. ea. i. inuoluit: & depaſcitur. i. paſcendo abſumit: morſu i. mordicus miſeros artus. ſ. eorꝝ. & corripiunt. i. ſimul rapiunt & inuadunt: poſt. i. poſtea. ipm. ſ. Laocoonta quaſi caput culpę: ſubeuntem auxilio. ſ. natis: & ferētem tela quibus. ſ. angues feriat aut depellat. & ligant. i. circumplicant & inuoluunt ipſum. ingentibus ſpiris. i. annulis ſeu nodis. & ipſi iam amplexi ipſum mediū. & dati terga ſquamea. i. ſquamoſa. hoc eſt habētes terga ſquamoſa data. collo. ſ. eius circum. i. per circuitum ſuperant. i. eminent aut emicant: capite ceruicibus altis. i. in altum erectis. ille ſcilicet ſacerdos perfuſus vittas. i. habēs vittas perfuſas ſanie. i. corrupto ſanguine & atro. id eſt tetro & inimico veneno: tendit. id eſt conatur ſimul diuellere manibus ſcilicet ſuis: nodos. id eſt ſpiras & complicationes anguium: & tollit. id eſt iactat ſimul clamores horrendos ad ſydera. id eſt ad cœlum ſup. tales qualis. id eſt quales mugitus ſup. tollit taurus: cum ipſe ſaucius. id eſt vulneratus a volente eum mactare. fugit aram & excuſſit ceruice ſecurim incertam. id eſt dubie incuſſam: nec quam volebat partem ferientem. At. id eſt ſed dracones gemini. id eſt duo aut pares effugiūt lapſu. id eſt celeri motu. ad ſumma delubra. id eſt templa Palladis: & pro. id eſt petunt arcem Tritonidis. id eſt Palladis ex Tritone genite ſecundum vnam opinionum prius dictarum. & teguntur ſub pedibus deæ: & ſub orbe. id eſt vmbone clypei ipſius quem tenet ſic vt ad pedes vſq; demittatur: quia ergo ad deam quaſi ad protectricem fugerunt: ſignificauerunt ſe ab eo quaſi in vltionem Laocoontis violatoris equi miſſos. vt ſequentia indicabunt.



ASCENSIVS.

AC8. ¶Tum vero &c. Plus inqt pauoris ex portēto illo q̄ ex Sinonis arte stuporis obuenerat troianis qui putātes Laocoonta meritas dedisse pœnas: vno ore conclamāt simulachrū iuxta sniam Sinonis & tymete in vrbē inducēdum: qd̄ & factū docet poeta: vñ Dona. dicit sic. Tū vero: tū magis

Donat⁹. nā supra dixerat horresco referēs Et scelus: nā ex hac cōiectura argumentū ducebāt. Ducendū ad sedes: eadē oīm ex cede Laocoontis fuit snia: & cōcordi voce clamabāt. Diuidim⁹ muros: plena describit troianor̄ demētia. Nā quo tpe bellū nec positū fuerat nec sopitum muros diuidebant Oēs: Ne qs a nefario ope abesset Pedib⁹. q. r. Quærebat̄ celeritas: vt q̄ primū immitteret̄ interit⁹. Nos delubra: tāta amētia fuit vt quo exitiū imminebat letis frōdibus tēpla nō coronarem⁹ solū sed tegerem⁹. Deor̄ q vna nobiscum perituri erāt. Hæc ille. Ordo

Ordo. aūt est Pauor nouus. i. magn⁹ & insolit⁹ insinuat. i. se implicat & q̄si p sinus illabit̄ cūctis tū vero. i. pcipue tūc aut tūc ad verū. p pectora tremefacta. i. tremore ɔcussa: & ferūt. i. dicūt. s. oēs Laocoonta merentē. i. q meruit expēdisse. i. psoluisse aut expiasse p mortē scel⁹. i. impietatē cōmissam in cōcutiēdo equo q. i. vtpote q læserit. i. violauerit aut lędere voluerit cuspide. i. hasta: robur sacrū. i. rē fortē & sacrā qa deæ destinatā & q intorserit. i. violēter impulerit: hastā sceleratā. i. q ipe scelest⁹ abusus est: tergo. i. in tergū eq: & ɔclamāt simlachrū ducēdū sup. eē: ad sedes. s. tēpli: ad q̄s destinatum erat: & numina diuę. s. Palladis: orāda. i. supplicationibus & orōnibus placāda sup. esse. Nos igit̄. h̄ est Troiani q̄uis ipe Aeneas. nō īterfuerit: diuidim⁹ muros: & pādimus mœnia vrbis. i. patentē viā & trāsitū p ea facim⁹ oēs accingūt sup. se. i. dispōnūt & pparant se opi. i. ad opus: hoc est ad equū inducēdū: & subiiciūt. i. substernūt pedib⁹. s. eq lapsus rotarū. i. rotulas per quas faciliter

Tum vero tremefacta nouus p pectora cunctis
Insinuat pauor: & scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt: sacrum qui cuspide robur
Læserit: & tergo sceleratam intorserit hastam
Ducendū ad sedes simulachrū: orandaq̄ diuæ:
Numina conclamant.
Diuidimus muros: & mœnia pandimus vrbis.
Accingunt omnes operi: pedibusq̄ rotarum
Subiiciunt lapsus: & stupea vincula collo
Intendunt: scandit fatalis machina muros
Fœta armis: pueri circum innuptæq̄ puellæ
Sacra canūt: funeq̄ manu contigere gaudent.
Illa subit mediæq̄ minans illabitur vrbi.
O patria o diuū domus iliū: & inclyta bello
Mœnia dardanidū: quater ipso in limine portæ
Substitit: atq̄ vtero sonitū quater arma dedere.
Instamus tamen immemores cæciq̄ furore.
Et monstrum infœlix sacrata sistimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris:
a O ra dei iussu[a] non vnq̄ credita teucris.
Nos delubra deū miseri: quibus vltimus esset
Ille dies: festa velamus fronde per vrbem.

SERVIVS.

¶Nouus: magnus: vt Pollio. & SER. i. f. n. c. Insinuat: p insinuat. Scelus: suppliciū: antecedens pro cōsequenti. Expendisse tracta a pecunia: Nam apud antiquos oēs pœnę pecuniariæ erant. Sedes p hoc ostendit domum Mineruæ. Oranda: placanda: Muros: super positos portæ sceę. Mœnia. p. patefacta porta: vel diruta interiora vrbis sunt nudata. Accingunt operi. præparant se ad opus. Intēdunt: Ligant vt intenduntq̄ locum sertis: Sacra. c. Hymnos dicunt. Minas: Eminens vel minitans. O patria: exclamatio qd̄ tāta fuerit vis ɔsecrationis: vt etiā post pphanationē hostes ab ingressu vetaret. Nā sepulchro Laomedontis supra portam scæam collocato tuta erant fata Troiana. Inclyta bello. Quia mysiam totā superauerat. Quater: Sepi⁹. Immemores: improuidi: aut nō memores oraculor̄. Tūc etiam: Nam sępe alias & Helena venięte prędixerat. Dei: Apollinis qui sub spe coitus diuinitatem dedit deinde deceptus fidem vera dicēti sustulit: Festa. Quę festos indu cat dies: vt laurus: oliua: hedera. Velamus vt Victori velatū auro vitusq̄ iuuencum.

PIERIVS.

a ¶Tunc etiam fatis aperit cassandra futuris. Ora dei iussu nō vnq̄ credita teucris. In Oblōgo codice peruetēri iusso legitur, a recto iussum, vt illud, & iā iussa facit. Sed iussu magis placet, vt suaue magis. Est vero illud animaduersione dignum, quod in codicibus aliquot antiquis oratio eo loco pūctis dissita est, aperit cassandra futuris ora dei iussu Vt sit ordo, cassandra non vnq̄ credita teucris. Tūc iussu dei aperit ora futuris fatis, nō aūt illud. Nō vnq̄ credita teucris iussu dei cuius rei caussam Seruius ex cōmodo suo cōminiscitur, & Donatus ait, responsa Cassandræ Apollinis iussione fuisse dānata. At qui magis pium est dicere deū semper cōsulere humanis rebus q̄ diuinationē mortalibus elargitus est vt mala cauere possemus: cūq̄ ea lectione legere, iussisse deos, vt Cassandra tūc vaticinaret̄. Præterea snia hæc ita explicata rē auget, & fator̄ vim maiorē ostēdit, quū dicat neq̄ quidē deorū admonitu fieri potuisse, vt quæ fata decreuerant infortunia, vel sciētes potuerint euitare.

labat̄. i. molliter pmoueat̄: & ipsi intendūt. i. alligant: collo. s. eq ad ptrahendū: vincula stupea. i. funes ex stupa & canabe contortos: & machina fatalis. i. exitialis aut in qua suprema fata Troianorum cōsistebant: scādit muros. s. Troianos. hoc est altior ingreditur existens feta. i. pgnans & grauida (alludit ad equā) armis. i. armatis viris. pueri. s. impuberes & puellę innuptæ. i. adhuc intactæ: canunt circum. i. per circuitū. sacra. i. hymnos deæ sacratos & gaudent cōtingere funē. s. quo machina fatalis trahebat̄ manu. s. sua (Est ergo pathos ad miserationē excitandā: vt in aīm cadat q̄ misera sit mortaliū cōditio q etiā dum pietatē colunt tēporaliter affligunt̄) illa. s. machina: subit. i. paulatim infert̄ & pro. i. illabit̄ medię vrbi. i. in mediā vrbē minans. i. scd'm seruiū eminens aut ex motu caput cōcutiens & ita quasi minās: quā rem negens sine dolore cōminisci exclamat Aeneas. O pria. s. dulcis & nobilis: o iliū domus diuū. i. diuor̄ & o mœnia dardanidū. p dardanidar̄ inclyta. i. gl'iosa & nobilis: bello. i. virtute bellica ipse: sup. equ⁹: substitit. i. subsistere coactus est: quater in ipso limine. i. in primo egressu porte & arma dedere quater sonitū vtero (cū em equus ob staculum inueniēs & subsistere coactus cōcuteret̄ arma dederunt sonitū: sed postea aiaduersum est sonitum armor̄ fuisse: cū tunc forte a trahētibus equū putatus sit sonitus ferramentor̄ machine) nos tñ immemores. s. salutis nostrę: aut fraudis græcor̄: & cęci furore: aut immisso a diis. aut a gaudio ob fugam græcor̄: instamus. i. instāter laboramus introducere equū: & sistimus. i. constituimus: monstrū infœlix. i. infœlicitatē & exitiū nobis afferēs sede sacrata. i. in tēplo. Cassandra filia priami: & vates: aperit etiā tunc cū sępe prius idē fecisset: ora fatis: futuris. i. loquēdo de fatis futuris: hoc est de excidio Troiæ: aperit dico ora nō credita vnq̄ teucris. i. Troianis: iussu. i. volūtate dei. s. Apollinis: q qd̄ pmiserat donū vaticinandi illi cōtulit: sed qa ab ea stupro cōpromisso fraudatus erat credulitatē & fidē abstulit vaticinio ei⁹: vt licet vera diceret ei nō crederet: Nos miseri: vtpote qb⁹ ille dies esset vltim⁹ velam⁹ delubra deū. i. tēpla deor̄ frōde festa p vrbē. i. die festo p vrbē suspēsa. hoc est diē festū agim⁹: q nobis vltim⁹ erat: quo qd aliud catholico viro depingit̄ ab ethnico: q̄ q̄ extremū gaudii luct⁹ occupat: & q̄ ducūt in bonis dies suos & in pūcto ad inferna descendūt.

SERVIVS.

SER. ¶Vertitur in aliam speciem cōmutatur. Alias semper vertitur cœlum. Ruit: nascitur de oceano ideo ruit: quia altius est mare q̄ terra.

Vertitur interea cœlū: & ruit O ceano nox.
Inuoluens vmbra magna terramq̄ polumq̄:

ASCENSIVS.

¶Vertitur &c. Post introductū AS. equum docet excidium troiæ: de quo Donatus sic. Vertitur versa De. re aliqua funditur q̄d in ea erat. ¶Ergo



Myrmidonũq; dolos:fusi per mœnia teucri
Conticuere:sopor fessos complectitur artus.
a Etiam Argiua phalans instructis nauibus ibat[a]
A tenedo tacitæ per amica silentia lunæ:
Littora nota petens:flãmas cum regia puppis
Extulerat:fatisq; deum defensus iniquis
Inclusos vtero Danaos:& pinea furtim
Laxat claustra sinon:illos patefactus ad auras
b Reddit equus:lætiq; cauo se robore promunt[b]:
c d Thersãdrus[d] sthenelusq; duces:& dirus [c] vlysses
e Demissum lapsi p funẽ:athamasq;:[e]thoasq;:
Pelidesq; neoptolemus:primusq; Machaon
Et Menelaus:& ipse doli fabricator Epæus.
Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam.
Cæduntur vigiles:portisq; patentibus omnes
Accipiunt socios:atq; agmina conscia iungunt.

PIERIVS.

a ¶Etiam argiua phalanx instructis nauibus ibat. Vetera quędam exemplaria ibant, legunt, numero multitudinis, quam lectionem agnoscas apud Ti. Donatum, si in integra eius incidas commentaria. Ita enim illic habetur. Iter per terram dicimus fieri. Hoc tamen loco, ibant, inquit, hoc est nauibus ferebant: quoniam insulam dixerat Tenedum: ne, si nauium non fecisset mẽtionem, putaretur immemor sui, vt terram poneret, quam fm descriptionem superiorem nullam esse constabat. b ¶Lætiq; cauo se robore promunt. In Longobardico codi. produnt, legitur: quod minime displicet. Sed enim p mere de his dicitur, quæ condita fuerint, de his autem superius dictum est. Nota condunt i aluo. c ¶Et dirus vlyxes. In codice Longobardi. Durus vlyxes, legitur: quem Horatius patientem. Homerus πολυτλαντα vocant: id vero duri hominis, vt, Durum a stirpe genus. &, Dardanidæ duri. Inferius vero omnino legitur dirus, videturq; proprium epitheton apud Maronem dirus vlysses, vt immitis, & sæuus Achilles. Sunt etiam antiqui codices: in quibus diuus, habeatur: nempe quia toties apud Homerum legere est διος οδυσσευς, και θειος. Sed enim in hostili persona vbi præsertim improbatur res gesta, non congruit epitheton illud honorificum. Quãuis Fl. Sosipater, vbi de tropis agit, hæc ita. Epitheton dictio est vocabulo adiecta ornandi, aut destruendi, aut indicandi causa. Ornat, sicut Dius vlyxes. Ita enim in veteribus Sosipatri codicibus habetur. In aliquot & diuus, destruit, sicut, Scelerumq; inuentor vlyxes. Indicat, sicut Larissæus Achilles. Sed hoc exemplum ita positum, loco non citato, non mihi tãti est, vt propterea lectionem dirus, loco hoc immutare velim. Carisius enim ad id respexit, quod vti diximus Homerus vlyxem θειον vocat. d ¶Thersandrus sthenelusq; duces. Quidam codices ex proximioribus editionibus tisandrus, legunt: quum tamen passim apud græcos celebre sit Thersandri Polynicis filij nomen. In Romano codice vaticanæ bibliothecæ desiderantur paginæ versusq; omnes a captura Sinonis, vsq; ad versum, qui libro quarto incipit. Instauratq; choros mixtiq; altaria circum. e ¶Athamasq; thoasq;. In longobardico, in Mediceo, & quibusdam alijs codicibus antiquis legere est acamas. Quod quidem nomen inter græcorum proceres censeri apud Quintum Smyrneum inuenias, qui τα παρ ομηρου scripsit. Fuit & Acamas Thesei. F. a quo Demosthenes agnoscit tribum Acamantida εν τω προς βοιωτον περι του ονοματος: quod obseruat Harpocration.

¶Ergo versato cœlo qđ p̃bebat lucẽ tenebrę ex eo ceciderũt. Inuoluũt: nã q̃ iuoluta sunt non videntur. Fusi. p. m. t. c. & labore trahẽdi eq & tpe nocturno inciderunt in somnum. Ibat: impro prie dixit: de nauigatione sed adiũxit nauibus. Tacite p amica. s. l. nullum est scriptoris vitiũ q nũc dicat silentia lunæ & supra meminerit tenebrarũ: nã elegerũt eã noctẽ q̃ partim tenebrosa occultaret insidias partim adueniente luna illustris esset: vt sine errore venirent. Ergo & noticia littoris & luna suffragabat̃. Flãmas: quo signo aduentũ Græcorũ cognoscẽs. Si nõ rem ageret. Reddit vsus est bono verbo: nã quos occultãdos tenebris acceperat: reddit aeri. Vlysses: & ipse dux intelligit̃. Inuadũt. Ordo est. Ceduntur vi. po. q. p. o. Accipiũt. s. a. a. c. iu. & deide inuadũt vrbẽ. s. v. q. s. Ne sit vitiũ: vt primũ inuadãt vrbẽ & postea recipiãt socios p portã. Primo enim patefactus est equus deinde vigiles occisi: & postremo p vrbem sparsi sunt: & potuerunt ciues latere q duplici malo essent affecti vino & pfundo somno. Ordo est. Cœlũ. s. lucidũ lumine solis vertit̃. i. obuertitur occidẽte sole interea. s. dũ hæc fierẽt dũ oẽs festiuitati indulgerent & lætũ diẽ agerẽt: vñ factũ est vt fatigati & vino exhilarati pfundius dormirẽt: & nox ruit. i. terrã obruit: aut (qa aqua maris altior est terra) præcipitatur oceano. i. a mari oceano p̃cipue orientali: inuoluẽs terrã & polũ: sed prius terrã: vnde etiã priorẽ posuit: magna vmbra. i. caligine sua: hoc est noctis: & inuoluens. i. occultãs etiã dolos myrmidonum. i. thessalorum & reliquorũ græcorũ: teucri fusi. i. pstrati & recubãtes sopiti p mœnia. i. passim p ciuitatem: conticuerũt. i. omnes simul tacuerunt & sopor. i. profundus somnus: complectitur artus fessos. i. fatigatos ex labore inducẽdi equi & forte choreæ ducendæ & delubrorum exornandorum ramis. Etiam phalanx. i. acies vt sit species p genere: argiua. i. arguiorum ibat. i. veniebat troiã a tenedo insula illa in qua occultabantur: nauibus instructis. s. more militari: per silentia amica. i. fauorabilia: lunæ tacitæ. i. silentis & celãtis cum minime luceret: quasi in fauorem græcorũ lumina sua occultaret: statim p politianum latius aperiemus: ibat dico petẽs littora nota: vbi decennium fere iam steterat: cũ id est quando puppis regia. i. in qua rex erat extulerat flammas: in signum aduentus (id enim signum dederant sinoni: vt subtili breuitate innuit poeta) & quum sinon defensus fatis: id est volũtatibus & prædestinationibus deum: id est deorum: iniquis (scilicet quantum ad iudicium hominum: quia videbãtur prijs mortem & impio salutem ferre) laxat: id est dissoluit danaos inclusos vtero scilicet equi & laxat furtim: id est secrete: claustra: pinea: id est clausuras equi ex pinu factas. (Erant ergo in equo abies acer & pinus: de quibus Seruius prius argute disseruit) equus patefactus: id est apertus reddit: id est edit quasi partu (dictũ est em de machina

de machina q esset feta armis) illos ad auras: id est in lucem & ipsi læti scilicet quia tanto periculo eriperentur promunt: id est proferunt se robore: id est robusta mole equi: cauo id est concauo. Thersandrus & stelenus duces: & vlysses dirus (qui se tali periculo non commisisset nisi sortitus: vnde prudenter prius dictum est huc delecta virum sortiti corpora &c.) lapsi: id est descẽdentes per funem demissum: id est deorsum missum: & athamas & thoas & pelides: id est pelei nepos pyrrhus: neoptolemus: id est nouus miles dictus: & machaon primus scilicet in ordine suo

terra. Vmbra. s. terræ: & est diffinitio noctis. Myrmidonũq;: a generalibus ad specialia venire vitiosum est. nisi redeat ad causam: vt hic: p mœnia: per domos: vt, Et mœnia pãdimus vrbis. Phalanx: lingua macedonica legio est: & est a parte totũ. i. synecdoche. Ibat: veniebat. Lunæ: septima luna capta est troia: cuius simulachrum apud argos est constitutum. Hinc est q dicit oblati per lunam: & alibi per cæcam noctẽ. Tacitæ lunæ: aut noctis: aut phisice: quia cum septẽ sint circuli: & supremi. s. Saturni vehemẽter sonent: & reliqui fm ordinẽ: luna quæ vltima est minus sonat. Hoc idem videmus in chordis cytharæ. Fatis iniquis: voluntate numinum nobis iniqua. Reddit: q̃si debitor: vt redditus his terris. Et Hora. Nauis quæ tibi creditum debes. Vergilium finib' atticis Reddas. Thersandrus: polynicis & Argiæ fi. Stenelus: capanei & euadnes filius. Vlysses: Laertis & Anthiclíæ: Neoptolemus: sic vocatus quia ad bellum ductus est puer: dictus prius Pyrrhus a qualitate capillorũ. Achilis & deidamiæ filius Pelei & Thetidis nepos ex patre: ex matre vero Lycomedis regis syriæ insulæ. Primusq; machaon aut princeps aut numeri sui. Nam per numeros distinxit. Vrbem. i. ciues. Cædunt̃ vigiles non actus: sed officij nomen est. Vigiles em̃ capitolij significat. Nã paulopost. Vix primi p̃lia tentant Portarum vigiles. Conscia: coniurata.

Copiosi' narrare debuerat Ser. Hic quoq; nõ placet.

Thersandrus. Sthenel' Vlysses.

rum: &

rum: & menelaus: & ipse epeus fabricator: id est opifex & effector doli id est equi dolosi: nam dolum: id est fraudem magis vlysses excogitasse videtur: inuadunt vrbem: scilicet troiam sepultam: id est sopitam & obrutam (vnde videtur accipere vrbē pro ciuitate: nam oppidum & vrbs neq; dormit neq; bibit) somno & vino: vigiles scilicet ab officio non ab opere: quia non vigilantes sed vigilare debentes & vigiliæ deputati cedūtur id est occiduntur ab his qui ex equo descenderant: & ipsi qui eos occiderant: accipiūt oēs socios portis bipatentibus .i. vtrinq; & intus & foris patentibus tam ingredientibus q̄ egredientibus: & iungunt agmina socia: id est iam sociata: & ita collectā manu adoriūtur omnes: & regiam inuadunt vt postea dicetur. Donatus (vt vidimus) vult ordinem esse. Ceduntur vigiles & accipiunt portis bipatentibus omnes socios & iungunt socia agmina & inuadūt vrbem somno vinoq; sepultam: qui ordo necessario tenebitur: si intelligamus omnes iam collecta manu inuasisse vrbem. Sed si poeta vult dicere eos qui in equo erant inuasisse primum & vrbem cucurrisse per omnes vicos explorantes an quos offenderēt poterit ordo quem posuimus teneri: vero simile tamē est primū ad portas accessisse & suos accepisse: & deinde vrbem inuasisse.

Bero. Phalanx

Beroaldus in Seruium vbi dicit q; phalanx est lingua macedonum legio dicit sic. Diligens & curiosus commentator in enarratione phalangis copiosius enarrare debuerat & eruditius: cū phalanx ab omnibus dicatur: a paucissimis quid sit intelligatur: nāq; phalangem prisci scriptores vt mihi magistra lectione compertum est: appellarunt non proprie legionem vt autumat Seruius sed cuneum militarem: quando scilicet pes pedi: clypeus clypeo vir viro in acie conserebantur & hoc peculiare fuit Macedonum institutum: vt auctor est Liuius. & meminit Curtius. cuius hæc sunt verba. Macedones phalangem vocant peditum stabile agmen. Vir viro armis arma conserta sunt: idem traditur a cæsare: qui in primo commentario refert heluetios fecisse phalangem: hoc est clypeorum connexionem: quæ etiam testudo nuncupat̄ a doctis: idem Cæsar paulopost inquit milites nostri e loco superiori pilis missis facile hostium phalangem perfregerunt: vbi p̄culdubio accipitur phalanx pro armorum connexione atq; testudine: hinc per metaphoram a satyrico poeta dictum est. Iunctoq; vmbone phalanges: & phalangari appellati sunt milites q erant in phalange: quales habuit ad imitationem Alexandri magni. Alexander syrus Romanus imperator: vt autor est lampridius.

Phalangia.

Phalangia vero sunt ex genere aranearum: vt alibi docuim⁹ ex auctoritate Plinij: Celsi & Aristotelis. Hoc in loco potissimum referendum est illud: quod a Plinio traditur li. vij. phalāgas etiā significare fustes: quibus aphri prælium contra egyptios primi fecerunt. Nonius scribit phalangas dici fustes teretes qui nauib⁹ subijciuntur.

Politia. Tacita luna.

Angelus autem Politianus dicit in eūdem sic. Vergilius æneí .ij. Tacite inquit per amica silentia lunæ. Seruius igitur: sciendum autem est ait septima luna captam esse troiam: cuius simulachrum apud argos est constitutū: hinc est q; dicit. Oblati per lunam. & alibi. Per cæcam noctem tacitæ lunæ: aut more poetico noctem significat: aut phisica ratione dixit: nam circuli septem sunt. Saturni: Iouis: Martis: Solis: Veneris: Mercurij: Lunæ. Et primus hoc est Saturni vehementer sonat: reliqui secundū ordinem minus. Sicut audimus in cythara cuius vltima chorda minus sonat: hactenus Seruius. libenter igitur ab eo quæsierim: cur amica luna: latere ac fallere conantibus: aut nū lunam quoq; silentem apud. M. Catonem: & item apud Plynium ad eandem referat armoniam planctarum: quod autem cytharæ vltimam chordā sonare ait minus: hoc ita deniq; procedet si vltimam non iam pro ima sed pro summa capiat: quæ græce hypate vocatur: vnde grauior excitatur sonus. Sicuti ab extima altera & tenuissima: quam equidem libentius vltimam dixerim acuta vox profertur: quæ plus sonare ob id videtur: quia prorsum tenditur: vt in libro de musica .ij. scribere ait Theophrastum Porphirius in commentarijs illis: quos in armonica Ptolemei scriptos reliquit. Sicuti grauis ob id inquit minus auditur: quia circa diffunditur. Quod autem & apud Macrobiū legimus: & item apud alios Saturni orbem cuius conuersio sit concitatior edere acutissimum sonum: minime hoc arbitror a Platone vel in tymeo vel in republica probabitur: qui tardissimum scribit esse Saturni orbem q̄q; hoc fortasse ad longiorem sui cursus ambitum referet: sed Aristoteles certe in libro secundo de cœlo tardiores ob id ait esse superiores orbes: q; impetu stelliferi octaui orbis magis retardentur: vt ergo vel Alexandri vel Simplicij: vel item iuniorum de eo opinionem prætermittam si veram plane Macrobij sententiam vis colligere: ad cursum referas diurnum qui sine dubio celerrimus in supremis & concitatissimus inuenietur: sed nos hac ablegata commentitia: vt arbitror: Seruij minimeq; necessaria subtilitate: potius accipimus tacitæ lunæ silentia lunam ipsam quam vocant silentem: hoc est minime: tum quidem lucentem vt latere insidiæ magis possent pulchra nimium & elegāti translatione ab auribus ad oculos: nam sicuti silentio nihil auditur: ita nihil tenebris cernitur. Ply. igit̄ li. naturalis historiæ sextodecimo. Diem inquit coitus lunæ ab alijs silētis lunę: ab alijs interluniū appellari. Tum idē li. duodeuigesimo: & hoc ait silēte luna seri iubent. M. Cato etiam in libro de re rustica. Nūc stercus euehi luna silenti: nunc item silente luna: ficos: oleas: malos: piros inseri. Postremo etiam prata primo vere iubet eadem luna silēte stercorari: ridiculum autem fuerit aut hæc Catoniana: plynianaq; referre ad syderum musicam: aut in vetustissima vsuq; receptissima locutione desiderare istiusmodi ambages: equidem lunam hic silentem: vt dixi pro minime tum lucente acceperim: fuerat tempus græcis obseruandum. Neq; ita tamen interpretor: vt ad viuum resecem atq; ipsum deniq; lunæ coitum plane intelligā: cum nox tota tenebricosa: nam hoc vtiq; refellitur: quoniā poeta mox ait. Oblati per lunam. Nondum igitur luna lucebat: cum illi a Tenedo sub vesperam nauigabant sed lucere tum cœpit: cum iam vrbem occupauerant. Nō igitur aut sera fuerit: aut pernox luna tum: nec lunæ quidem omnino coitus: sed tempus arbitror potius q̄ diu illa non luceret. Etenim plura sæpe q̄ videatur nox apud poetas aliqua cōplectitur. Ob hoc igitur illud in nostro rustico. Quidq; silens moneat quidq; inter menstrua phœbe. Nec absurde tamen præter epitheti rationem temporariam lunæ acceperis amica silentia q̄m in auspicijs quoq; silētiū vocari Cicero scribit: quod omni vitio caret: iam apud Acronē q̄ pulchrum: q̄ ingeniosum: qui enarrans Horatij locum libro carminum .ij. Dum capitolium Scandet cum tacita virgine pontifex. Tacitam virginem intellexit: quasi claram sacerdotij nobilitate: & vt hoc ineptis p̄suadeat: auctoritate etiam abutitur Maronis: qui dixerit. Tacitæ p̄ amica silētia lunæ. Cæterū tacita luna sit hic etiā p̄ clara accipiēda: videlicet non & apud Dionysiū saltē romanæ historiæ auctorē: & apud Plutarchū aliosq; p̄multos Acro legerat ignorari prorsus ab omnibus quib⁹ deniq; vel sacris vel simulachris Vestales virgines tuendis præforēt: vt ob hoc ipsum q; præstabat silentium tacita vocetur virgo Troianā soli cui fas vidisse Mineruam.

ASC.

ASCENSIVS.

¶ Tempus erat &c. Docet quomodo ab Hectore excitatus sit & ad fugam faciendam admonit⁹: in qua re ingeniosus poeta miro vtitur artificio: nam sic æneā a proditione purgat vt & fugā illi gloriosam faciat. Purgatur quidem a proditione q; cum cæteris eadem fraude deceptus somno īdulgebat: & si quæratur cur non etiam cum cæteris perierit: respondet quia ab Hectore admonitus exurrexit & virtute q̄ plurimum potuit: præcipue ducente deo: per tela per hostes euasit. Fugam autem inclytam facit quia solus ad hoc a dijs elect⁹ est vt deos & sacra per fugam seruet vnde dicet Hector. Sacra suosq; tibi commendat troia penates. Hos cape fatorum comites, his moenia



Tp̄s erat: quo prima quies mortalibus ægris
Incipit: & dono diuum gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector

SER.

SERVIUS.

¶ Tempus erat: describit noctis initium. Alibi totam noctem vt in quarto. Nox erat & placidum carpebant cuncta quietem Corpora per terras. Descriptiōes autem pro rerum qualitate vel extenduntur vel corripiuntur. Illo enim loco protensio ad inuidiam Didonis pertinet vt vigiliarum. Sunt autem noctis partes secūdum Varronem. Vespera conticinium intempestas gallicinium lucifer. Diei: mane: ortus: meridies occasus. De crepusculo vero quod est dubia lux. Nam creperum dubium significat quæritur: & licet vtriq; tempori possit iungi vsus tamen obtinuit vt matutino iungatur: licet Lucanus dixerit. Longa repercusso nituere crepuscula phœbo Mane

c ※ Mane vero a mano est. Nam manum veteres bonum dixerũt. Serpit. Latenter membris infunditur. In somnis: p somnos: aut pro insomniis per synæresim. Ecce: ponitur hæc dictio cũ aliqd repentinũ significatur. Ecce manus iuuenem in.p.t.r. Visus: nã insomnia videntur & non sunt. Quod paulopost dicit. Effert penetralibus ignem confirmantis est: nam illud fuisse verum contendit. Raptatus: frequentatiuo vtitur vt supra. Ter circum iliacos.r.h.m. Bigis: secundum artẽ locutus: nã quæ de pluribus cõstant pluraliter proferuntur: vt bigæ mappæ. Hora. tamẽ dixit. Ne sordida mappa. Item Stati⁹. Rorifera placidum tenuauerat aera biga. Traiectus. l. Traiecta lora habens. Hei mi. versus Ennii Exuuias. Celauit mortem patrocli ad laudis argumẽtũ. Phrygios ignes: quibus protesilai nauis incensa est. Barba: in singulari numero hominum est in plurali brutorum. Vnde dubitatur de quibus dixerit. Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Plurima ait Home. in extinctum hectorẽ omnes tela iacere more maiorum. Vnde est: & bis sex thoraca petitum perfossumq; locis: ꝓpter duodecim populos tusciæ. Duodecim enim lucomones q lingua etrusca reges sunt tulsci habebant. vnde est. Gens illi triplex: populi sub gẽte quaterni. Vltro. Nam ratio postulabat vt loquereretur qui venerat. Spes fi. spes semper est fida: sed in Hectore fidissima. Expectate: ꝓ expectatus antiptosis est. Fœdauit cruentauit: vt Sanguine fœdantem: & mansit in translatione. Nam supra dixerat. O lux ideo & serenos: & Salustius. De nubibus fœdantem lumen. Ille nihil scilicet ad interrogata. Vana: falsa. Gemitus: nec enim paruus dolor est viro forti: fugã forti suadere. Sunt autem omnes hic partes suasoriæ. Fuge: ꝓpositio est. His er. f. Vtile. Stat. p. honestum nam nemo potest contra fata. Hac scilicet tua: vt & participem gloriæ faciat æneam: & ipse vitet superbiam. Sacra suosq; tibi commendat troia pe. Necessariũ sacrilegum enim nõ liberare cõmendatos deos. Fatorum comites: possibile qa occurrebat. Hostis habet muros: & ideo dat comites deos. Pererrato: hoc verbo ostendit erroris longinquitatẽ.

a Visus adesse mihi: largosq; effundere[a] fletus:
Raptatus bigis: vt quondam: aterq; cruento
Puluere: perq; pedes traiectus lora tumentes:
Hei mihi qualis erat: quantum mutatus ab illo
b Hectore: qui redit exuuias indutus Achilli:[b]
Vel Danaũ phrygios iaculatus puppibus ignes
Squalentẽ barbam: & concretos sanguine crines:
Vulneraq; illa gerẽs: quæ circũ plurima muros
Accepit patrios: vltro flens ipse videbar
Cõpellare virum: & mœstas expromere voces:
c d O lux Dardaniæ:[c] spes o fidissima[d] teucrum:
Quæ tãtæ tenuere moræ? quibus hector ab oris
Expectate venis: vt te post multa tuorum
Funera: post varios hominumq; vrbisq; labores
Defessi aspicimus: quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
Ille nihil: nec me quærentem vana moratur:
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens.
¶Heu fuge nate dea: teq; his: ait: eripe flammis.
e Hostis habet muros: ruit alto a[e] culmine Troia.
Sat patriæ: Priamoq; datum: si pergama dextra
Defendi possent: etiam hac defensa fuissent.
Sacra suosq; tibi commendat Troia penates.
Hos cape fatorum comites: his mœnia quære
f Magna: pererrato statues quæ[f] deniq; ponto.

PIERIVS.

a ¶Largosq; effundere fletus. In Mediceo codice refundere, legitur: sed effundere acceptius. Quinetiam nonnulli codices fluctus, habent: sed nulli fletus, non castior lectio videtur.

b ¶Exuuias indutus achilli. In antiqs exemplaribus achillis, habetur, recta declinatione: non enim hic ομοιοτελευτον, illud seruianum timendum est. Suntq; aliquot exemplaria, in quibus exuuiis, legatur septimo casu: vtrũq; latinum est: sed exuuias, quarto casu placere magis video eruditis viris. Demum & inductus, ab induco in peruetustis aliquot exemplaribus habetur. Sane scriptum ab Augusto Tranquillus ait. Si mane sibi sinister calceus pro dextro induceret: & apud Plynium. Diuus Augustus prodidit sibi calceum præposte re inductum: placet tamẽ indutus, ab induo: vt vulgo habet.

c ¶O lux dardaniæ. In antiquis aliquot codicibus legere est dardanidum. Tam etsi non nescimus ex Mnasea Dardaniam regionem appellatam: quæ teucris prius vocabatur. Dardanus porro Troadis oppidum est Stephano. d ¶Spes o fidissima. Vt præteream quod in antiquis codicibus scriptum est ex instituto Augusti, Spes o fidissuma. Illud me magis mouet: quod in vetustissimo quodam codice litteris propter vetustatem caducis difficile est discernere vtrum fortissima, an firmissima sit adscriptum. Sed enim vt firmissima non improbarim, ita fortissima, nunquam admiserim: decenter enim spes aut firma, aut fida ponitur. e ¶Ruit alto a culmine troia. In Mediceo codice nõ est a, præpositio: sed supra alto, ab κατα παραφρασις notatum. Vulgata tamen lectio, quæ est alto a culmine, satis pluribus facere videtur. f ¶Pererrato statues quæ deniq; ponto. In codice Longobardico & aliquot aliis, qui, non quæ legitur, vt sit. Qui deniq; statues ea magna pererrato põto: sed enim magis placet, quod in vulgatis habet exemplaribus, quæ mœnia.

☞ mœnia q̃re magna &c. Donatus autem dicit sic. Prima ges excusatur æneas si somnũ ea hora capiebat qua omnia animantia reficit somnus: cui⁹ initia tãtum ponderis habent: & tanta vi mentes opprimunt: vt omni cura submota altius soporentur & cum munus deorum sit somnus ad refectionem nobis datum: crimen non est si concesso tempore dormiatur. Visus adesse: ostẽdit poeta non vera: sed verisimiles imagines videri cũ dormientibus afferuntur. Ex merore autem & squalore imaginis etiam si nihil verbis nunciasset coniectura colligeretur funesta portẽdere. Videbar: & hic ostẽdit imagines non esse veras. O lux: errorem describit dormientis vt q̃d optime norat quasi nescius interrogaret. Heu fuge viro forti: fugam suadet quam non suaderet si superesset aliqd cui posset subueniri. Mox subnectit causam q̃ omnem vim desperationis continet. Heu fuge: icipit recte a doloris signo. Dolebat enim ꝙ q debebat hortari ad auxilium fugam suaderet viro forti. Et ꝙ sic intericrat tota res: vt nihil superesset quod auxilio fulciri posset. Hostis ha. m. secunda desperatio Muros: quibus se tutari potuissent. Ruit al. a. c. t. tertia desperatio: id est concidit iam cui potestas subuenerat. Sat patriæ. p. q. d. vt priamo venisse interitum denotaret. Si pergama d. quasi dicat contra tantã vim nihil valere humanam virtutem & probat ꝙ si possent defendi: defensa fuissent hac scilicet mea. Sacra: quasi dicat non est ergo flagitiũ ꝙ fugiat: cum patria suos deos fuga liberandos velit. Nimium etiam religiosum probare voluit: cum ipsis religionibus conseruandis sit aptissimus aut etiã diis potiorem. Nullus enim cõmendatur inferiori. De his diis meminit in themate. Inferretq; deos latio. Omni ergo culpa vacat fugiturus: si fugã suadet imago viri fortis & patria concedit fugam: & deorũ sacrorumq; societas. Fatorum co. adiuuabunt tua fata: cum tui comites fuerint Quid enim potuit Aeneas: si dii ipsi non potuerunt. Magna: qa magni sunt dii: & ꝓponit spem futuri temporis vt sit toleratio præsentis calamitatis. Pererrato ponto: vt ostenderet se vera insinuare: prædixit prospera: & his laboriosa addit. Ordo est. Tempus erat: scilicet cum vrbem inuaderẽt græci: quo prima quies id est quieta dormitio incipit mortalibus ægris: id est imbecillibus qui continuas vigilias perferre non possunt sed alterna requie refocillandi sunt: & serpit: id est molliter diffunditur p mẽbra dono id est beneficio diuũ: id est deorum: existens gratissima: id est commodissima & acceptissima & ecce quasi dicat ex insperato & improuiso: vtpote in somnis: id est dum dormirem & somnum caperem. Hector mestissimus visus est adesse mihi ante oculos: & effundere largos fletus raptatus: id est frequenter tractus bigis: id est curru biiugis eqs du

Dona. Sõni vires.

¶Hec.

Ordo.

...cto: vt quondam: id est dudum aut pauloante raptus fuerat. (In ea enim specie apparent: qui nosci cupiunt in qua notissimi sunt. Sed etiam ad rem physicam alludit: quia terribilia ac dira aspectu in somnis occurrere solent & terrore quodam excutere: quos prius exterruerant) raptatus ergo bigis vt quōdam: & ater puluere cruento: id est perfusus puluere intermixto atro cruore: & traiectus lora: id est habens lora traiecta: per pedes tumentes. i. inflatos propter lora. Hei mihi: dolentis est: qualis erat scilicet hector tunc: & quantum mutatus ab illo Hectore: id est a specie illius hectoris: vnus enim erat q rediit indutus exuuias: id est manubias aut superiora indumēta quæ tunice armorum hoc est insignium vulgo dicuntur achillis (non tamen quibus achillem: sed quibus patroclum exuerat quod tacet poeta ex præcepto rhetorico quo præcipimur ea quæ ad laudem sunt dicere supprimētes quæ laudem nostram imminuant. Hoc autem teste Homero habet historia: cum græci ingentia spolia diuiderent & agamēnoni chryseis filia sacerdotis apollinis obueniret: & achilli briseis venit ad agamēnona in sacerdotali habitu pater filiam deo auctore repetens: quam negatam primum: postea immissa pestilentia coactus est restituere quidem agamēnō: sed briseida achilli præcipuo eius violentie auctori abstulit sibi: quo facto indignat⁹ abstinuit bello eoq; cessante græci passim fusi sunt nec ausi sunt cum troianis concurrere præcipue cum Hectore: donec patroclus socius & amicus Achillis qui cum eo sub chirone eruditus fuerat impetratis armis Achillis hectori iampridem notissimis troianam pubem fugaret quasi iam achilles iterum in bellū redierit: quo viso Hector eo animo quo in achillem sæpe concurrerat insilit: & victum spoliat: spoliisq; quasi sæuissimi hostis indutus ingreditur in ciuitatem vbi miro applausu ab omnibus exceptus est: eo autem facto summopere indignatus achilles nō potuit noctem illam quiescere appetens vindictæ: sed grauiter conquestus postridie in arma prosilit: vnde Iuuena. patitur noctem lugentis amicum pelide. Legendum autem videtur mihi q dem: qui exuuias rediit indutus achillis: nam legendo qui redit exuuias ponitur tempus pro tempore: & legendo qui exuuias rediit indutus: ꝑducitur vltima in verbo rediit syncope gratia (vt qui rediit iaculatus: id est postq; iaculatus erat: ignes phrygios: id est troianos: puppibus: id est in puppes. Danaum id est græcorum præcipue protesilai qui primus in littus phrygium descendit: & interfectus est ab Hectore eiusq; nauis incensa: & si tunc hector in cæteras perrexisset totam classem exussisset) gerens barbā squalentem id est situ obsitam & immundam: & crines id est capillos concretos sanguine: & gerens illa vulnera quæ accepit pro acceperat: plurima circum muros patrios: id est patriæ suæ troiæ videlicet. Ipse id est ego flens videbar (ergo visio non res gesta) vltro id est priusq; me alloqueretur: compellare id est alloqui cū quadam dignitate: virum: id est quem viuentem putabam: vnde illud ad somniantem refertur: & expromere id est proferre ex pectore voces mœstas id est mœstitiæ indices: o lux Dardaniæ. i. troiæ a dardano nobilitate: o fidissima spes teucrum: id est teucrorum hoc est a teucro ortorum: quæ tantæ moræ tenuere supple te: o hector expectate: id est diu desiderate & expectate: ab quibus oris: id est regionibus venis: vt nos defessi aspicimus te post multa funera tuorum & post varios labores hominum & vrbis quæ causa indigna scilicet viro forti & bono: fedauit id est deturpauit vultus serenos: id est alloq serenos: aut cur cerno hæc vulnera. (Loquitur ergo quasi somnians & immemor eorum quæ

sciuerat

sciuerat: nā nonnunq; mortui occurrunt somniantibus quasi viuerent: quod ergo prius dixit vulneraq; illa gerens &c. nunc quærit vnde sint ea vulnera: non est contrarium: nam prius dixit hectora talem occurrisse qualem ante somnum & post somnū nouerat: nunc vero recitat qualem fantasiam somnians de eo habuerat: oblitus scilicet mortis & vulnerum eius.) Ille scilicet hector: nihil supple respondit ad hæc nec moratur me quærentem vana: hoc est quæ non somnians noram: sed ipse ducēs grauiter gemitus de imo pectore (quia vt dicetur in sexto eadem affectio manet defunctis quæ fuerat viuis: vnde dicit quæ gratia curuū. Armorumq; fuit viuis quæ cura nitentis Pascere equos: eadem sequitur tellure repostos) ait heu o nate dea fuge & eripe te his flāmis: hostis habet muros: troia ruit: id est ꝑceps cadit ab alto culmine: sat patriæ datum supple est Priamo: quasi dicat noli sollicitus esse vt priamo patriam salues quia parum victurus est: ea enim nocte interimendus erat: occurrit ergo ei quod dicere potuisset æneas: at qui: vis ne fugiam & socerum deseram patriāq; prostituam? ad quod hector: sat patriæ datum est priamo: qui iam moriturus est: noli ergo sollicitus esse: quia fata vetant: noluntq; patriam defendi. Quia tamen hoc ordine dixisset poeta. Satq; datum patriæ priamo est: ordo videtur melior vt sit Sat datum: id est indultum est a nobis patriæ & priamo. Nam si pergama: id est mœnia troiana possent defendi dextra: id est virtute bellica viri fortis: fuissent defensa etiam hac: id est mea: non solū tua: & ita participem gloriæ facit æneam quod Aeneas quasi ab alio prolatum citra arrogantiam recitat: non dicam tamen: hac: id est tua: quia hic hæc hoc ad primam personam spectant: etiam melior est sententia: propter coniunctionem etiam quia ergo defendi non possunt nolentibus fatis: nec est te præstantior alter: troia commendat tibi: id est fidei tuæ: sua sacra & suos penates. i. deos domesticos & peculiares: cape hos comites fatorum: id est adiutores rerum per fata tibi receptarum: & quære his scilicet penatibus magna mœnia quæ in Italia constituit: quæ tu statues deniq;: id est tandem (per quod innuit longos eius errores) ponto: id est mari pererrato: quia dictum est maria omnia circumerrantes &c. De penatibus autē dicit Landinus sic. Suos recte suos. Nam si illos ex samothracia in phrygiam transportauit Dardanus: & vt addam aliquid ad ea quæ in superioribus dixi de penatibus: refert Dio. Penates qui in græcam linguā transferūt alios patrios: alios genethlios: alios ethesios: alios mychios: quasi arcanos: alios ercios fortasse q in occulto conclusi essent appellasse. De figura autem & forma eorum refert Timeus historicus lituos ferreos & æneos & troianum vas quoddam fictile esse ea quæ in occultis & reconditis lauini iacent sacra. Dionysius autem scribit se romæ vidisse templum apprime tenebrosum: neq; tamen magnum: in quo sitæ sunt deorum troianorum simulacra: quæ inscriptionem habebāt. d. penates. Sunt autem duo adolescentes qui sedent pila tenentes militari habitu. Refert idem Diony. constructa iam alba trāslatos fuisse lauinio albam deos ipsos quos æneas ex troia aduectos illic collocarat. Verū sequenti nocte q̄uis clauso templo ad suas lauinias sedes redisse atq; secundo albam reportatos secūdo quoq; lauiniū redisse. Quapropter illos illic relinq placuit missis alba sexcētis cū duce Egesto q lauinii habitātes sacra curarēt. Beroal. aūt in Seruiū dicit sic. Auctoritatē seruii eruditorꝫ refellit autoritas: nāq; barba quadrupedū in singulari numero apud idoneos reperitur: Hora. in primo sermonū. Vtq; lupi barbā variæ cū dēte colubræ &c. Penat

SERVIVS.

SER. ¶ Vestam: deamq; ignis quæ terra est. Diuerso: pro œco nomia qua demonstret æneam proditorem non fuisse: sed longinquitate domus & tardius bella cognouisse & facilius euitasse discrimē. Magis a. m. augmentum quasi maxime sic minus atq; minus: id est minime: & vtut: id est vtcūq;. Anchisæ: nam vbicūq; dum viuit Anchises sibi vniuersa cōcedit: religiose ergo arborib⁹. q. o. laus domus. Recessit: a frequētia se remouit: est autem pulchra trāslatio quoties rei mobilis ad immobilem vel contra transfertur officium. Ingruit: inuadit: vt ingruit Aeneas italis. Excutior somno: vt appareat terroris esse & nō satietatis. Arrectis aurib⁹. Translatio a brutis: sic Terētius Arrige aures Pamphile. Flumine: fluxu.

¶ Aeñ.

¶ Sic ait: & manibus vittas vestāq; potentem:
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.
Diuerso interea miscentur mœnia luctu.
Et magis: atq; magis: q̄uis secreta parentis
Anchisæ domus arboribusq; obtecta recessit:
a Clarescunt a sonitus: armorumq; ingruit horror.
Excutior somno: & summi fastigia tecti
Ascensu supero: atq; arrectis auribus asto:
In segetem veluti cū flāma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros: sternit sata læta boumq; labores:
Præcipitesq; trahit syluas: stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Sic ait &c. Docet quæ reliqua subsecuta sint: & quomodo excussus somno in arma ruit: vnde Dona. Excutior: non dicit expergiscor quod esset aut ex satietate somni aut animi tranquillitate. Quos ergo dormientis abrupta est. Et summi fa. t. as. supero: vt posset vel videndo per flāmas vel audiendo cuncta percipere. Iā deiphobi: narratis quæ audierat: ponit q̄ videbat. Exoritur. c. q. v. eo pertinet quia dixit. Tum vero manifesta fides. d. q. p. ins. quātus autem fuit affectus æneæ: q nec somnio hectoris ad monitus: neq; manifesta captiuitate vrbis deterritus arma cœpit. Amens oibus aduersis mente turbata non in fugam: sed in arma conuertitur & quærit manum sociorum: quib⁹ arcē amissiam Dona

sis iam

Tum vero manifesta fides:Danaūq; patescunt
Insidiæ:iam deiphobi dedit ampla ruinam
b Vulcano superante domus:iā proximus[b] ardet
Vcalegon sigæa igni freta lata relucent.
Exoritur clamorq; virum:clangorq; tubarum.
Arma amens capio:nec sat rationis in armis.
Sed glomerare manū bello:& cōcurrere in arcē
Cum sociis ardent animi:furor iraq; mentem
Præcipitāt:pulchrūq; mori succurrit in armis.

PIERIVS.

a ¶Clarescunt sonitus.In antiquissimo codice legere est cōcrescunt sonitus,superaddita etiam paraphrasi,spissantur. Crescere enim & concrescere de sonitu non sine horrore dici pōt. Hic vero non clamores tantum:sed & armorum concursationes,& corruentium ædium fragores audiebātur.Vt opus esse b videatur verbo plenius aliquid resonante. b¶Iam ꝓximus ardet vcalegō.Ne quis dicat nos super antiqua scriptione curiosos nimis,si proxumus in ant.cod.scribi dixerimus.Apud Carisium quoq; ita scriptum inuenim⁹ antiquo codice. Vbi locum citat Crispi ex.iij. vnde Virgilius locum desumpserit, nō tu scis,si quas ædis ignis cœpit acriter, haud facile sunt defensu,quin & comburantur proxumæ.

¶sis iam mœnibus defendat. Furor itaq;: optime posuit:quicquid eñ præcipitanter vrgeт nō quo animus voluit:sed in eā partem cadit in quam ruine pōdus adduxit Pulchrumq;.m. nō erat spes victoriç:sed armatus q̄ inermis pulchram mortem ignominiose vitç præponebat. ¶Ordo est.hector ait sic:& effert manib⁹ s.suis vittas.i. ridimicula criniū deæ:& vestam.s.deam potētem. q; pro.i. effert æternum ignē qa vesta est purus & inextinguibilis ignis: adytis .i. sacrarijs sine aditu & accessu: penetralibus.i. penitus intrabilibus a sacerdote summo:aut quæ adytas pri⁹ nūc penetralia fiebāt. Mœnia miscent interea diuerso luctu & sonitus clarescunt .i. clarius audiri incipiunt magis & magis:& horror .i.horribilis cōcussio armoꝝ: ingruit.i.increpat aurib⁹ meis magis atq; magis: q̄uis domus anchisæ parentis.i.patris mei:recessit.i.longe posita sit:secreta.i. in secreto loco.& obtecta arborib⁹ q̄ res efficit vt nō tam cito obrueretur æneas: sed haberet se armādi & patrē exportandi cū filio & cōiuge spacium:ego excutior.i.violenter deturbor somno : quārem res incōmoda sequi solet:& supero ascensu fastigia.i.culmina summi tecti:atq; asto aurib⁹ arrectis: vt melius.s. audiam qd' a feris tractū est:& sup.accipio sonitum veluti cū flamma incidit in segetem scilicet maturā:austris.i.ventis illis violentis:furentibus.i.magnū impetum vt furiosi solent:facientibus: aut cū torrens rapidus.i.oīa secum rapiens flumine mōtano.i.amne de mōte præcipitanter defluente sternit agros & sternit sata.i.lçtas hærbas habentia & agricolā ob spem ample messis lçtificantia: & labores boum.i.fructus multi cultus & laboris:& trahit siluas p̄cipites.i.prçcipitanter cum impetu detractas:ipse inscius.i.nescius causç:quia nec ignem nouit immissum:nec amnem ita auctū:cū pluuia vehemens sæpe in vicino fiat atq; apud nos nulla:ipse ergo inscius vñ talis sonitus generet stupet:accipiēs sonitū de vertice saxi.i.rupis aut scopuli Fides.i.fidelitas Danaum.i. græcoꝝ quæ nulla est:hoc est perfidia eoꝝ est manifesta.s.mihi: tum vero.i.p̄cipue tunc cū iam periculū videret : sed in aīm integrū nō potuit prius tm̄ fraudis cadere:& pro.i.insidiç danaū patescūt.i. per se patefiunt tunc p̄cipue : domus deiphobi : filij Priami cui helena nupserat & ita domus eius fere prima petita est : ampla.i. magnifica dedit iā ruinā vulcano.i.igni superante.i.vincente & inuoluente eā:& vcalegon ꝓximus.i. domus vcalegonis q̄ ꝓxima erat ardet iam.s.cū domus deiphobi ceciderat:freta.i. maria sigea.i.in quæ sigeū ꝓmontoriū declinat relucent lata.i.late: aut relucendo apparēt lata:igni.i.per ignē:& clamor virū & clāgor tubarū exoritur:&ego amens.i.sine mēte &prudētia qui sperabam armis posse quicq; cōmodi afferre:capio arma:nec sat rationis in armis sup.erat mihi hoc est ex amētia quadā cœpi arma nec cū iam armatus essem adhuc furorem deposueram:sed animi ardent.i.ardenter cupiūt glomerare.i.cōferere manū bello.& cōcurrere in arcē.s.vbi res sacrç erant:cum socijs aut domesticis aut quos illuc cōcurrisse nō dubitabat aut cōcurrere e vicino videbat:furor.& ira p̄cipitant.i.præcipitanter obruunt:mentē.i.exardesco furore martio& succurrit.i.in mentē venit:pulchrū sup.esse mori in armis.i.in ip̄a pugna &bellico actu.Donatus tamē legit quasi sit inermis hoc ordine: & succurrit : inermis mori.i. etiam inermes mori pulchrum esse:malem tm̄ legere in armis diuisis dictionibus:iuxta quod dictū est in primo huius .O terq; quaterq; beati:qs añ ora patrū troiç sub mœnibus altis.Cōtigit oppetere.

ne:fluxu:Et humectat flumine vultum. Torrens:fluuius qui çstate siccatur a torrendo dictus. Torrens
Cōtra græci a tēpore quo crescit χειμαρρον appellāt sicut equinoctium ισημεριον.Insci⁹:nō ignarus:nam videt:sed qui nō valde sit causarū peritus quasi simplex Saxi montis.cōtra in sexto.Prensantemq; vncis manibus capita aspera montis.i. saxi. Manifesta fides nō somnij:sed fraudis græcorum.vñ Danaūq;.p.i.Deiphobi:qui post mortē Paridis Hele. duxit vxorē. Vcalegon :rem domus ad hoiem transtulit.Sygea. duo sunt troiæ ꝓmontoria Rhœteum & Sygeum quod dictū est Sygeū.
quia Hercules hospitio prohibitus simulauit discessum :& hinc cōtra troiā venit cū silentio qd' σιγη dicit.Relucent:magnitudinem incēdij denotat: Lata :quia illic ponti angustiæ se dilatant. Clāgor:grçcū est illi em̄ κλαγγη Tangit aūt morē quia vrbes plerumq; a sono tubarū diruunt : sicut albā Hostilius Tullius iussit euerti . Amens quia nec somnio nec rebus aspectis credidi. Furor ira.q.m.pōt specialiter accipi qa furore:atq; ira p̄ceps ferebatur:vel gñaliter.Nam furor & ira mētes humanas præcipitant:vnde nō mirū si arma cœpi.

SERVIVS.

¶Arcis.p.q.s. aut quia subrogatus esset:aut ex more romano.In capitolio enim omnium deorum simulachra colebantur.Sacra victosq; de. hoc est propter quod supra ait Sacra suosq; .t.c. t.p. victos qui egebant sacerdotis auxilio . Et simul excusatur ęneç discessus.Ip̄e trahit:septima syllepsis:nam q̄uis ad nepotem solum spectet : tamen ad omnia superiora refertur.Cursu: & cursum legitur.Ad limina: Aeneæ & religio laudat & virtus. Quo res summa loco admirantis est non interrogantis Panthu : vocatiuus est . Res summa : res publica. Quam prendimus arcem: cum tu.hanc relinquas nō enim plures erant arces . Vnde admirantis & notanda simul orationis breuitas quæ in periculis cōgruit dardaniæ : aut a Dardano Iouis & Electre filio : aut secundum Sallusti.a Mida dardaniorum rege qui phrygiam tenuit. Fœtus summe necessitatis est.cū etiam sacerdos conuitia in deos iacit.



Ecce autem telis panthus elapsus Achiuum:
Panthus Othriades arcis phœbiq; sacerdos.
Sacra manu victosq; deos paruumq; nepotem
a Ipse trahit:cursuq; amens ad limina[a] tendit.
Quo res summa loco pāthu?quā prēdimus arcē
Vix ea fatus eram:gemitu cum talia reddit.
¶Venit summa dies:& ineluctabile tempus

ASCENSIVS.

¶Ecce aūt telis &c.Describit occursum sacerdotis ex arce decurrentis abs quo & sacra recepit & vrbē captā veri⁹ didicit.De quare differit Donatus sic.Ecce autē aduētu penthei spem cōceptā arcis defendēde amittit. At ille nō metu hostili deterrit⁹ erat: vt nō ferret secū qcqd deoꝝ in arce colebat.Portabat eñ sacra: & deos victos vt ostēderet humanū auxiliū aduersus eā vim non fuisse necessariū:cui ipsi q̄q; dij resistere ꝑ se nō potuerant. Amēs a tutis exclusus ad intuta fugiēs ostēdebat plenā amentiam.Quo res summa interrogatio breuis pro ratione tēporis sumpta. Quçsita etiam pro persona fugientis & pro eius qui licet aduersa maturet tamē scire cupiebat . Summa rerum est bonoꝝ & maloꝝ Concinna diffinitio qua celerius exprimi possint aduersa vel ꝓspera.Quā.p.ar.arx.est sc̄d'a defensio vt euīctis muris ipsa succedat Recte ergo quæsitum quā prendimus arcem. Intelligebat enim ex fuga

ASC. Dona. ¶Pēth.

☞ ex fuga penthei arcem captā neq; aliam præterea esse. Vix ea fa. prædicanda artificiosa subtilitas poetę in respondendo: Hisdem enim verbis: & eadem breuitate instruxit inscium: & quæ summa esset rerum perdocuit. Il le. em Quo .r. sum. l. p. hic venit summa dies & ineluctabile. Qđ luctando superari non poteſt. In gens gloria teucrorum. Perijt q͡c quid apud nos floruit dardaniæ f. perijt quicquid apud nos erat Ferus: nā in aduersis etiam deos male tractamus. Ferus: quia omnibus ad græcos traductis nihil nobis reliqui fecit Argos nō ad argos. id est græcos: sed in eam vrbem Dominantur: non pugnant: sed ardente vrbe securi de victoria domi nātur. Fundit. Nā q̃uis iam fudisset: tamen ex perturbatione animi adhuc equum fundere armatos putabat. Insultans: refert gratias nam interuentu eius troiani certabant illudere capto. Portis bip. ostēdit vnā portam quæ ingredientibus atq; regredientibus in muris præparata fuerat Altera quæ dirutis muris fuerat patefacta: vt equi moles immensa posset induci. Per has portas dixerat poeta immissos hostes: vt omēs accipiūt soci. a. a. c. m. Verum panthus eadem ratione adhuc immiti dicit obsedere causa ponitur cur æneas & panthus fugere nō possent.

Dardaniæ: fuimus troes: fuit ilium: & ingens
Gloria Teucrorū: ferꝰ omnia Iuppiter Argos
Transtulit: incensa Danai dominantur in vrbe.
Arduus armatos medis in mœnibus astans
Fundit equus: victorq; sinon incendia miscet
Insultans: portis alii bipatentibus adsunt:
Milia quot magis nunq̃ venere Mycenis.
Obsedere alii telis angusta viarum
b Oppositi b: stat ferri acies c mucrone corusco
Stricta: parata neci: vix primi prælia tentant
Portarum vigiles: & ceco marte resistunt.

☙ iacit. Ferus ergo qui equus omnibus esse solet: vt Rex Iuppiter omnibus idem Astans: prothesis est. Miscet scilicet cædibus: Bipatētibꝰ: duæ enim sunt. Milia: subaudi tot: Est enim ανακολυτον Dixit enim quot cum non præmiserit tot Angusta viarum Vicos: Stricta: Nuda Cæco: vel nocturno vel epithethon est Martis cuius exitus incertus est.

PIERIVS.

a ¶Cursuq; amens ad litora tendit. In oblongo codice pueteri, & in Mediceo, & plerisq; alijs ad limina legitur. Quam lectionē Seruius agnoscit attenendaq; est Aeneæ virtus, ad quem sacerdos cū sacris & nepote paruulo confugeret, eadem lectione sententia diuersa, Donatꝰ ait, Cursuq; amens ad limina tendit: tutis exclusus ad intuta confugiens plenam testabatur amentiam, quum eo fugiens, curreret, vbi cum ipsis dijs potuisset incendi. b ¶Obsedere alij telis angusta viarum oppositi. In codicibus antiquis Mediceo, & aliquot alijs legere est, oppositis quippe telis: & ita etiam est in Donatiano codice. Inuenio tamen, s, litteram superfluam sæpe alicuius dictionis fini adiectam, si præsertim dictio sequens ab eadem incipiat dictantium celeritate librarijs deceptis, verum hic nihil est, quod offendat, si oppositis telis legere, antiquis magna ex parte codicibus adstipulantibus cuiquam visum fuerit. c ¶Stat ferri Acies mucrone corusco stricta. Sunt cod. In quibus legere est. Stat pernicies mucrone corusco, q quia nonnullis alienum a virgiliana phrasi videbatur, eram dissimulaturus, verum vbi in Ti. Donati commentaria incidi, animaduerti hominem lectionem hanc agnouisse, longa etiam adiecta paraphrasi. ita enim est. Stat pernicies, omnia aduersa sunt, & in eum desperationis cardinē ducta, vt nec consistere in patria quisq; sine pernicie possit, nec saluti fugiendo cōsulere. Sed enī longe magis placet. Stat ferri acies, vt agnoscit Seruius, & aures adprobant eruditæ.

Ordo. ¶Ordo est autem ꝑ sed: ecce. q. d. preter spem dum ad arcem defendendam accederem panthus sacerdos ille (quod nomen vltimam producit diphthongo græca) elapsus telis achiuum: id est græcorum. panthus dico otriades: id est otrij filius sacerdos arcis & phebi. id est templi phebi quod erat in arce: ecce in quam ipse id est ipsemet non per ministros: trahit manu nepotem paruum & sacra & deosq; victos: merito ridet hoc diuus Augustinus: nam si dij quomodo victi verumtñ gentiles posuerunt superiora & inferiora numina: deosq; etiam simulacra vocabant: quæ quia transferenda erat victa dicit poeta: & paruum nepotem: Seruius dixit septimā esse syllepsim. i. ꝯceptionē q̃ reuera in accidentibꝰ nō ē: sed ĩ sensu: nō trahebat sacra nec deos: sed ferebat deos manu qua paruum nepotē post se trahebat: & ipse amens: id est sine mēte perplexus & attonitus: tendit ad limina. s. mea per quod ostēditur æneas omnium cōsensu vir optimus habitus cū ad eum & mortui & viui sacra troiana referrent & sup. inquā (sed vt rē præcipitem depingeret poeta: verbum reticet: etiam in interrogatione) o panthu quo loco. i. quo statu: aut reuera: quo loco est supp. res summa. i. sacra & diuina. q. d. quo fugis dimissa re diuia: quā arcē prendimꝰ. s. hāc deserimus. q. d. hanc potiꝰ tutādā. Vix fatꝰ erā ea. s. pauca v̄ba: cū sup. pāthus reddit. i. r̄ndet talia gemitu. i. gemēdo aut cū gemitu: Sūma. i. nouissima aut vltia dies. i. tēpestas dardaniæ. i. regni troiani: venit. i. transacta est. & tempus. s. ☙ fatale: ☙ fatale: ieluctabile. i. nulla lucta supabile vēit: nos troes fuimꝰ i. actū est de nobis: quia nō āplius futuri fumus: & Iliū. i. p̄cipua vrbs in troia fuit: & ingens gl'ia teucrorꝫ fuit Iuppiter ferꝰ. s. in troianos: q etiā ꝓgeniē suā nō defendit: transtulit oīa. i. oēs res. s. imperiū ac regnū argis. i. argos: Danai dn̄antur in vrbe incēsa: equus. s. palladi destinatus: astans in medijs mœnibus fundit. i. abūde emittit armatos. & sinon. s. ꝑfidus ille cui vita data est: victor. i. voti cōpos: miscet incēdia: q dixerat seruataq; serues troia fidē: nec satis est q miscet. i. mixtim facit sine discrimine incēdia sed id facit insultās. s. in nos victos: q̃ res indignissima est adsūt dico. Alij adsunt portis bipatētibꝰ. i. vtriq; patētibꝰ. i. ꝑ portas bipatētes recepti sup. ad tot milia q̄t milia nūq; venerē magnis mycenis qđ dicit qa ita visū ē: aut qa nūq; tot apparuerūt bellaturi quot nūc vrbē depopulaturi: aut vt æneam a ꝯgressu deterreret alij oppositi. s. ijs qui ad defensionē forte occurrere tētarēt: obsedere telis q̄bus eminꝰ inuadere possent: & q̃ cū nox esset euitari nequirēt vñ demētię esset moliri ĩ eos cōgressum obsedere dico. i. obsederūt (Est ei p̄teriti ꝑfecti tp̄is: & ita obsedere nō obsidere legēdū) angusta. i. angustias viarꝫ acies ferri stat. i. horret: stricta. i. nudata & parata neci. i. ad necādū aut ad necē inferēdā: & vix primi vigiles portarꝫ. s. aliarꝫ nō earꝫ ꝑ q̄s igressi erāt greci (de illis ei dictū est. Ceduntˀ vigiles nec tñ intelligā ꝓpter hūc locū illud dictū eē de vigilibꝰ arcis vt Ser. illic) Vix tētāt ꝓlia: & resistūt marte. i. bello cæco. i. nocturno: aut furore martio q excæcat: cū demētię sit tam paucos cū tot cōcurrere.

SERVIVS.

SER. ¶Numine scilicet tali quasi dicat iuijciente mala desideria. Erinnys. impatientia animi hic. Alibi significat furiam. Adglomerant: adglomerantur. Mygdonides. patronymicum est. Nam si gentis esset Mygdonius diceretur. Hūc Euphorion stultum inducit. Vnde Vergil. illi dat: dolus an virtus quis in hoste requiret cum sit turpissima dolo quæsita victoria. Gener non qui esset: sed qui cupiebat esse. sic & alibi. Quos ego sum totiens iā dedignata maritos furentis. vaticinātis. Incipio super his. id est his incipio super. quia iam audebāt Est autem ordo. O iuuenes fortissima pectora frustra succurritis ☙ vrbi

Chorebꝰ

¶Talibus Otriadæ dictis & numine diuum
Inflāmas & in arma feror: quo tristis erinnys:
Quo fremitꝰ vocat: & sublatus ad æthera clamor.
a Addunt se socios Ripheus & maximus armis a
Ephitus oblati per lunam: hypanisq; dymasq;
Et lateri adglomerāt nostro: iuuenisq; chorebus
b Mygdonides: illis quib ad Troiā forte diebus
Venerat insano Cassandræ incensus amore.
Et gener auxiliū priamo: phrygibus q; ferebat.
Infœlix qui non sponsæ præcepta furentis
Audierat.

ASCENSIVS.

¶Talibus otriade &c. Docet æneas quomodo dictis panthi quasi numine quodam accensus in flammas & in arma ruit: vtq; socios troianos quos offenderat cohortatus est. In qua cohortatione mirus artifex poeta animum furore raptum prorsus depingit ita vt non series sed furor in verbis conspicetur: neq; ea verborum implicitas & confusio vitio sed summe laudi danda est poetę: Solent enim peritissimi talem cuiq; sermonem dare qualis ipse qui loquitur est: vnde flaccus in de arte. Format enim natura prius nos intus ad omnem fortunarꝫ habitum iuuat aut impellit ad irā Aut ad humū mœrore ☞ graui

quem tibi impendam labor: grauabit me: id est molest⁹ fuerit mihi. Quocunq; (est enim Tmesis: id est intercisio) .i. in quã cunq; partem aut euentum res cadent vnum & commune periculum pro periculum: & vna salus erit ambobus. s. nobis paruus Iulus sit comes mihi .i. comittetur me comprehensus dextera: & coniunx seruet vestigia longe: ne cumulo prodantur oẽs: vos famuli aduertite aĩs vestris. supple ea quæ dicam. tumulus: id est colliculus: quidam est egressis: id est offenditur ab ĩs qui egressi sunt vrbe scilicet nostra hoc est troia: & templum vetustum Cereris desertæ: id est neglecte cum agricole decennio pulsi fuerint: & cupressus antiqua: seruata. id est obseruata & venerata multa religione patrum .i. maiorum nostrorum: est iuxta. s. hunc tumulum & hoc templum. Nos veniemus ex diuerso. id diuersis partibus in hanc vnam sedem: id est cõueniemus in huncvnum locum: tu genitor cape: id est accipe sacra: quæ æneę pantus contulerat ante cedem factam per eum manu. s. tua: quasi ea æneas alio q̃ manu porrigeret: autem potius ostenderet solum: & cape penates pĩos manu: quia nephas est me digressum ex tanto bello & recenti cæde: id est occisione multorum: attrectare: id est contingere supple ea & eos donec ego abluero .i. piauero, me flumine viuo: id est semper fluenti Ego fatus .i. elocutus hæc. s. prædicta insternor latos humeros .i. lati humeri ĩsternunt mihi. (Nec est arrogantia q sibi latos hũeros det, quia significat se eos dilatasse ex transuerso eos porrigendo) & insternor colla subiecta, i. quæ patri subieci, super. id est desuper veste & pelle fului leonis, & succedo oneri .i. suscipio patrẽ in humeros super pellem & vestem illam, Iulus. s. filius paruus implicuit .i. inseruit se dextre scilicet mee, id autem pueri erat timi naturaliter & p noctem ituri, & sequitur patrem passibus non equis. s. inequalibus, quia lõge breuioribus. sed pluribus & crebrioribus, aliter patrem dimisisset, coniunx subit pone .i. a tergo sed satis prope, nos ferimur: id est trahimur impetu horroris per opaca .i. opacitatem locorũ, & oẽs aure terrent tunc me quẽ vlla tela iniecta dudũ neq; graĩ id est græci glomerati .i. in formã glomeris circum me collecti ex agmine aduerso non mouebant dudum (Mira ex cõtrariĩs declamatio, quia prius tela & graĩ non mouebant, & nunc aure q bus nihil imbellius terrent Per quod significatur id deos fecisse vt Creusam auferant) & omnis sonus excitat. s. ad fugam aut ad horrorem me suspensum. id est perplexum, & timentem pariter comiti. scilicet iulo, & oneri. s. patri (Notum est q timeo tibi est timeo pro te ne quid tibi mali eueniat) Beroaldus in Seruiũ dicentem q ceruix in numero singulari dr̃ collum &c. dicit sic Mi[rror in]

✳c ¶ Me bello e tanto digressum. Aliquot exẽplaria vetera habent, ex tanto aliqua sine vlla præpositione, bello tanto, legunt d ¶ Attrectare nefas. Mediceus & vetera alia exemplaria legunt Adtractare, neq; desunt Liuiani codices ita scripti, vt primæ decadis, libro. v. Quod in signum more Etrusco, nisi certæ gentis sacerdos adtractare nõ esset solitus, qd' ea de caussa potissimũ adnotaui. Vt admonerem lectorem, vulgata exemplaria more vetusto, scriptum habere, quod in veteri codice Iani Parrhasiĩ, quũ is Romæ summo doctorũ applausu bonas litteras ꝓfiteret. More etrusco, legi. e ¶ Subiectaq; colla. In antiquis aliquot exemplaribus, proiecta, legitur. Sed enim, subiecta, magis videtur inseruire sententiæ.

[Mi]rror in errata tam manifesta tam turpia lapsum esse Seruium alioquin eruditum, vix em̃ talia efellenda sunt, cum seipsa refellant, ac sibiĩpsis sint repugnantia & contra v̓itatem reluctentur namq; vetustissimi illi scriptores pluraliter ceruices appellabãt ꝓ parte colli, nusq; ceruicem primus autem Hortensius creditur dixisse ceruicem singulari numero, vt authores sunt Quintilianus & Varro: si vera fuerit Seruiĩ sñia in solœcismũ incidisse dicentur prisci scriptores: qui ceruices sæpissime: Ceruicem non tã sæpe vsurparũt: in solœcismũ incidit Cicero scribẽs in vatiniũ inflato collo: tumidis ceruicibus intulisti. & alibi fregeris in carcere ceruices: vbi sine controuersia ceruices. pro membro hominis accipiuntur. errauit etiam Cato cuius verba hæc sunt: si caput aut ceruices dolent: ea lotio calido lauito. errauit Celsus dicens. Cucurbicule ceruicibus admouendo. & alio in loco. In ceruicibus blandule posite. qd multa? veteres pluraliter tm̃ ceruices dixerũt. vt testis est Quintillianus in. viĩ. ꝑterea exemplum Ciceronis. qd' pro se allegat Seruius contra ipsum facit. nam scribit cicero Verrem multorum fregisse ceruices. cum iuberet eos decollari. non autem superbiã vt Seruius opinatur. Quinimmo ceruix in singulari pro superbia sæpe ponitur. vnde dicitur homo dure ceruicis. & a btõ Hieronymo in interpretatione instrumenti veteris dictum est. Popul⁹ iste dure ceruicis est. huc adde q ceruix non significat collum. sed partẽ colli posteriorẽ: quæ exterior est. vt docet Aristoteles in primo de aĩalibus: vt authorest Ply. in. xĩ. multis vertebratisq; orbiculatim ossibus flexibilis ad circunspectum articulorum nodis iungitur. & vt refert Celsus in. viĩ. septem vertebre in ceruice sunt qnin etiam ceruix non solum dicitur de animalibus sed etiam de rebus aliĩs Pompo. mella. Sedet in ceruice peninsula cyzicum. Ceruix.

SERVIUS.

¶ Creber ad au. hysterologia Nate. singula ꝓnũciada sunt: qa perturbatis nõ dat iugis oratio. Propinquãt nõ dicit q ꝓpter sequentẽ de coribãtib⁹ œconomiã. Cerno: q alti⁹ intuent Aeneæ dant Male amicũ. Nã nõ cũ mea vtilitate fauerũt vxori illã i ministrã deorũ matris adducentes. Mentẽ: memoriam vt paulo post. Nec pri⁹ amissam respexi. Fato ne erepta. Ordo ẽ. Fato erepta Creusa substitit ne errauit ne viã: nõ em̃ dubitat fato ne esset sublata: cũ audierit: nõ hęc sine numine diuũ eueniunt. Reddita: nã postea vmbram vidit nõ ipsam. Natũ: q maxime illã p ętatem debebat desiderare. Deorũq;: hypermeter v̓sus Vidi. cre. bñ se his versib⁹ cõmẽdat futur⁹ marit⁹. Vallere. oñdit iã nimia multitudo. Stat. placet. Obscura: aut p obscuram noctẽ: aut posticũ intellige. Retro: obseruat seq. rel ego mea vestigia. Lumie lustro: oclos circũfero. Ipa: q̃ nõ debẽt ꝑcipue iter hostes: sed vt dixi naturalib⁹ tm̃ cedit. Si forte: iteratio auget dubitationem. Irruerant: quos Ven⁹ cohibuerat. Ilicet confestim & ilico sed metri necessitate variatur Vento. Qui auget flammas. Fastigia: modo de summitate alibi de imo: vt forsitan & scrobib⁹ q̃ sint fastigia q̃res.



Iamq; propinquabam portis: omnemq; videbar
Euasisse viam: subito cum creber ad aures
Visus adesse pedũ sonitus: genitorq; p vmbram
ꝓspiciẽs ¶ nate (exclamat) fuge nate: ꝓpinquant
Ardentes clypeos: atq; æra micantia cerno.
¶ Hic mihi nescio qd' trepido male numẽ amicũ
Confusam eripuit mentem. namq; auia cursu
Dum sequor: & nota excedo regione viarum:
Heu misero coniunx fato ne erepta creusa
Substitit: errauit ne via seu lassa resedit:
Incertum: nec post oculis est reddita nostris
Nec prius amissam respexi: animũq; reflexi:

ASCENIUS

¶ Iamq; propinquabam. Docet ereptam esse fatis volẽtib⁹ Creusam. vtq; illam quęsiuerit p oĩa inaccessa troiæ in qua re duo facit. purgat em̃ se ne coniugem deseruisse culpetur: & cõciliat sibi animum didonis. quæ iamdudũ vulnus alit venis & cęco carpitur igni. Ereptam autem fingit a corybantibus .i. matris deum Cybelis sacerdotib⁹ ab ea ad hoc missis. vt ipsa postea manifestabit. occurrens in vmbris Eneæ. Donatus dicit sic male amicum. amicum nõ potest dici: quia nõ seruauit vniuersos. Nec rursus inimicum quia præstitit inimicum. Ipse vrbem ostendit affectum puri matrimoniĩ. ¶ Ordo est. Ego propinquabam iamq; portis (vnde pathos est quia in portu hoc est in loco salutis iacturam fecerit: idem de Orpheo dictum Georgi. iiĩ.) & videbar euasisse omnem viam scilicet periculosam iam dico cũ .i. quando creber sonitus. id est strepitus pedum: visus est adesse subito & genitor .i. pater prospiciens .i. porro aspiciẽs per vmbrã exclamat o nate fuge: fuge inquã nate: ꝓpinquant supple hostes (nõ em̃ in tali tumultu dicimus qui cũ non aliĩ q hostes putãdi sint nõ tm̃ erant (& ego cerno) vel Anchise v̓bum vel æneę post anchise admonitionẽ: sed Seruius ad iudicat

ASC.
Donat⁹.
Ordo.
¶ Anc.
¶ Aen.

Quam tumulum antiq̃ Cereris: sedemq́ sacratã
Venimus: hic demũ collectis omnibus vna
Defuit: & comites natumq́ virumq́ fefellit.
Quẽ non incusaui amens hoĩmq́ deorumq́?
Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?
¶ Ascaniũ Anchisenq́ patrem teucrosq́ penates
Commendo sociis: & curua valle recondo.
Ipse vrbem repeto: & cingor fulgentibus armis.
a Stat casus renouare[a] omnes: omnemq́ reuerti
Per troiam: & rursus caput obiectare periclis.
Principio muros obscuraq́ limina portæ
Qua gressum extulerã repeto: & vestigia retro
Obseruata sequor: p noctem & lumine lustro.
Horror vbiq́ animos simul ipsa silentia terrẽt:
Inde domũ si forte pedem si forte tulisset:
Me refero: irruerãt danai: & tectũ oẽ tenebant:
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur: exuperant flãmæ: furit æstus ad auras.

PIERIVS.

a ¶Stat casus renouare omnes. Antiqui nonnnulli codices, renouasse, præterito legunt tempore, alij quidã, reuocare. Sed omnes magis approbant renouare.

iudicat eneæ qđ & mihi placet: quia illis visis erepta est illi mẽs) ego igit̃ æneas cerno clypeos ardentes. s. corybanthum & æra micantia. i. resplẽdẽtia: qualia assumpserãt nõ vt noceãt: sed vt terrorẽ incutiãt: Hic. i. hoc loco: aut tpe: nescio qđ numen. i. qs deus: male. i. nõ satis amicũ. i. fauorabile eripuit mihi trepido mentẽ confusam. i. attonitam & multis pplexã. Nam dũ sequor cursu. i. currẽdo: auia. i. loca inaccessa vbi non erat via: saltem trita & cũctis patens: & dum excedo. i. añ eo insequẽtes: regiõe viarũ nota. i. ppterea q̃ regionẽ noram & currere poteram vbi alij vix inuenissent viam. heu dolentis interiectio: incertũ sup. est mihi ne pro an Creusa coniunx erepta est mihi misero.. i. eam misere amanti: fato. i. voluntate deorum: ne pro an: substitit. i. mãsit stans: an errauit via. i. p viam illi incognitam seu resedit. i. remãsit sedẽs lassa. i. defatigata. icertũ inquã ẽ: nec ẽ reddita post. i. post illa aut postea nr̃is oculis: nisi. s. in vmbris vt dicet̃: in quibus eã pprie non vidit nec contingere potuit, sed audiuit, dũtaxat. Vñ ipsa nõ est reddita, quia non in ppria persona sed ĩ vmbris occurrit. Vnde non est cõtrarium qđ sequitur. Nec respexi. i. retrospiciẽdo annotaui prius & percepi, amissam. i. q̃ amissa esset nec reflexi, scilicet ab instituto currendi ad tumulum vt patrem & filium saluem, animum scilicet ereptũ a numine male amico vt dictũ est, prius dicit q̃ nos venim⁹ sup. ad tumulum antiquæ cereris & sedem sacratam, hoc est ad tẽplum. Ipsa vna. i. sola (vt deorum voluntate id factũ censeat̃) defuit hic. i. hoc loco, oĩbus sup. alijs collectis. demũ. i. tãdẽ: quia ex diuerso conuenerant, & ipsa vna fefellit comites & natum & virũ, qa si affuisset omnes simul aufugissemus, q̃ nunc sui inq̃rendæ morã nobis fecit. Ego amens. i. factus sine mente aut ppter impatientiã

patientiã amisse cõiugis: aut quia erepta fuerat quẽ hoĩum & quẽ deorũ non incusaui. i. criminatus sum. q. d. nullum nõ incusaui: ergo incusaui: oẽs hoĩes & oẽs deos: quia cõiugẽ amiseram: aut qd vidi crudelius. i. mihi tristius in vrbe euersa. q. d. etiã nihil. quo dicto conciliat sibi summopere animũ didonis cũ se tantopere coniugem amasse significet: Ego cõmendo socijs ascaniũ. s. filium meũ & anchisen: & teucros. i. troianos penates: & recondo sup. eos in valle curua: ne ab hostib⁹ inuadant̃. Ipse. i. ego sol⁹ repeto vrbem: & cingor armis fulgentibus: quod amentis erat: nisi aut mori affectasset qđ non placet aut aspici & agnosci a coniuge. Stat. i. placet & decretũ est mihi renouare oĩes casus quos pri⁹ obiuerã: & reuerti p omnem troiam: & obiectare. i. frequẽter obijcere: rursus caput pĩclis. ppiculis. Ego repeto principio. i. inprimis muros & limia porte obscure. i. occulte & secrete nec oĩbus note: aut caliginose. qua. i. p quã extulerã gressum. i. egressus fuerã: & seq̃r retro. i. retrorsum: vestigia obseruata. i. obseruãdo vestigia mea quæ feceram egrediendo: & lustro. i. circunspicio per noctem: lumine. s. oculorum horror sup. est vbiq́: vel horror & ipsa silentia terrent simul vbiq́ animos sup. meos. Ego refero me inde. i. ab eo loco domũ sup. meam: si sup. Creusa: si dico forte tulisset pedẽ sup. domũ. i. si forte eo redisset: & sup. cum illuc venerã: danai irruerant: quos venus prius cohibuerat: aut qa tunc primũ extrema loca peruagati erant & tenebant omne tectum: Bene mutat tempus: quia pri⁹ irruerant. sed adhuc tenebant. Ilicet. i. illico: aut confestim ignis edax. i. consumptiuus voluitur ad summa fastigia. i. culmina domus: flamme exuperãt. i. euincunt domũ: estus. i. flagror: furit. i. vehementer crepitat & exilit ad auras: per quod significatur magnifica domus,

SERVIVS.

SER. ¶Priami: patris eius: arcem: ne vel illuc confugisset. Vacuis: magnis: nam illic erant omnia. Asylum Asylo: templo vnde nullus posset extrahi dictum asylum quasi asyrum. Hoc non erat omnibus templis nisi quibus consecrationis lege id esset cõcessum. Primo aũt apud Athenienses statutum est ab Herculis filijs quos insequebantur ij qui erãt a patre oppressi sicut docet in. vij. Sta. Fama est defensos acie post busta pateni. Numinis Herculeos sedẽ fundasse nepotes. Hos Romulus imitatus est: vnde est Quem Romulus acera sylum Rettulit: & nõ statuit. Phœnix Gaza. Phœnix: Achillis magister. Huc. pro illuc. Gaxa. census ligua persica: & caret. p. n. Captiua ve. id est captiuorum. Longo or. longa multitudine. sic in vij. vnde omnes longo or. p. Nã ordine linquit: Voces iacta. nã in tenebris visus nõ valebat: sed ↄtrariæ erãt latere cupienti. Tectis: per tecta antiptosis est. Infœlis mihi & non sibi per simulachrum aut apotheosim oñdit. simulachra em̃ deorũ sunt: vmbrę iferorũ. sic Vly. Apđ Homerum vmbrã Herculis cernit. Maior: qa vmbra maior est in corpore.

Quid. t.

a Procedo[a] ad Priami sedes: arcemq́ reuiso.
Et iam porticibus vacuis Iunonis asylo
b Custodes lecti Phœnix & dirus[b] Vlysses
Prædam asseruabant: huc vndiq́ troia gaza
Incensis erepta adytis: mensæq́ deorum
Cratereśq́ auro solidi: captiuaq́ vestis
Congeritur: pueri & pauidæ longo ordĩe mr̃es
Stãt circũ: & tacitis implent mugitibus aures
Ausus quinetiam voces iactare per vmbram
Impleui clamore vias: mœstusq́ Creusam
Nequicq́ ingeminans iterumq́: iterumq́ vocaui.
Quærenti & tectis vrbis sine fine furenti,
Infœlix simulachrum: atq́ ipsius vmbra creusæ
Visa mihi ante oculos: & nota maior imago.
c Obstupui: [c]steterũtq́ comæ: & vox faucib⁹ hæsit:
d Tunc[d] sic affari & curas his demere dictis.
¶ Quid tantum insano iuuat indulgere labori
O dulcis coniunx? non hæc sine numine diuũ

ASCENSIVS.

¶Procedo &c. Eandem rem prosequitur æneas: vt scilicet Creusam coniugem suam per alia loca disquisiuerit, narrans subinde quæ illic viderit & vt vmbram Creuse tãdem offenderit: de quare dicit Donatus sic. Dardanis: laus communis a genere. Veneris nu. Laus propria ipsius Sum ego liberata ab hominum infirmorum seruitute: & ei dee collocata: ex qua se ortos oĩes dij gloriantur & habitabo in locis originalibus. Magna ergo consolatio: qui vxorem nec captiuã nec occisam inuenit: sed detẽtam voluntate eius deę qua nulla est potior. Nati cõis: nã & illo poterit leuare vxoris amissionẽ: & etiã admonet propter nouercæ suspitionem vt magis indulgeat filio. Ac propterea hoc nouissimũ collocauit: vt magis pectori infixum relinqueret nõ tamen apertius hoc dixit ne si aliter sentire videretur: recessuri animum lederet. ¶Ordo est. Ego procedo ad sedes: id est regiam Priami & reuiso arcem: quia prius eam viserat: & iã phœnix & dirus vlysses lecti: id est electi custodes scilicet prædarum asseruabant prædam supple in porticibus vacuis

& asylo

e Eueniunt:nec te hinc[e] comitē asportare creusam
Fas:haud ille sinit superi regnator olympi.
Longa tibi exilia:& vastū maris æquor arandū
f Ad[f] terram hesperiam venies:vbi lydius arua
g Inter opima virum leni[g] fluit agmine tybris:
Illic res lætæ,regnumq;& regia coniunx
Parta tibi:lachrymas dilectæ pelle Creusæ.
Nō ego myrmidonū sedes:dolopū ve superbas
Aspiciam:aut graiis seruitum matribus ibo
Dardanis:& diuæ Veneris nurus.
h Sed me magna deum genitrix[h] his detinet oris
Iamq; vale:& nati serua cōmunis amorem.

PIERIVS.

a ¶Protinus ad priami sedes. In veteribus aliquot exēplarib⁹ Protinus,oīno habet:plura tamen ex illis, Procedo ad priami sedes,legunt. In Long. lectio est hmōi. procedo & priami sedes arcemq; reuiso. & ita habet i Med. & i Porcio & aliquot aliis antiquis. Quā lectionē etiā Ti. Donatus agnoscit. Ait ei ꝓcedo,hoc est ꝓgredior,vel vlteri⁹ accedo, & priami sedes arcēq; reuiso,ne illa ad domum patris sui, aut ad munitū ali
b quem locū se contulisset. b ¶Phœnix & dirus vlyxes p̄dā asseruabāt. Hoc etiā loco nōnulli codices manu scripti legunt,durus vlyxes. Sed em̄ iā,dirum vlyxem,esse virgilio diximus,vt immitē achillē. Preterea, obseruabant, cū Porcio aliquot aliis habent codices,q̄ lectio variat etiā apud Liuium vt li. vii. de. ii. bel. pu. Pu. scipio quū obseruari numidā iussisset. Nā & asseruari,aliq̄t hn̄t cod. Neq; me fugit qd d̄riæ statuāt grāmatici iter adseruare & obseruare,quā tn̄ ego nō adeo
c acceptā ab auctoribus inuenio. c ¶Obstupui,steterūtq; comæ. Iā sæpe dictū, Obstupui,semp haberi in codi. antiqs. Sed & steterāt,exacta specie,aliquot habēt exēplaria. quū tamen
d Probus, steterunt,agnoscat. d ¶Dum sic effari. In ant. codi.
e tunc,habet,vtrunq; idem significat. e ¶Non hęc sine numine diuom eueniunt,nec te comitē hinc asportare creusam fas. Quia repererat Ser. comitem hinc asportare,quā varie v̄sus a multis corrigat repetit. At esse sane versus aliquot,qui scandendi ratione tritā in grāmaticorū scolis non admittant inficias non ierim. Inueni tamen in codicibus aliquot antiquis. Nec te comitem asportare creusam fas. Nam asportare etiam absq; aduerbio locali hinc,per se plenum satis esse videt. In Medic. & in Porcio,comitem hinc portare,legitur:neq; desunt ingenia eorū,qui comitem hinc asportare,recte legi contendant,versumq; esse pentametrum choriambicum hypercatalecticū,choriambum enim habere prima & quinta sede,tertia anapæstum,paribus duobus locis spondæum. Sed em̄ de numeris & variis metrorum generibus,q̄ versum heroicū ingrediunt,alibi disserēdū erit.
f Hoc loco malunt peritiores versum exlegem esse. f ¶Ad terrā hesperiā venies. In vetustis aliq̄t
g exemplaribus, Ti. & terrā,legit:& ita etiam habetur apud Donatum. g ¶Leni fluit agmine tybris. In codicibus aliquot peruetustis pro leni,Læto habetur: sed Ti. Donatus omnino,leni, agnoscit. ait enim,laus interea fluminis illa est,quod copiosus,quod lenis,q in ipso aquarum re
h dundanti tractu per agros vbertim fluens nihil lędat. h ¶Magna deum genitrix. Ex antiquis plærisq; codicibus & ex nomismatis,genetrix,per e scribendum,vt alibi ostendimus.

☙& asylo id est loco immuni & præstanti a quo neminem abstrahere licebat. Iunonis. id est quæ erat in tutela iunonis. porticus autē sunt quos nōnulli ambitus vocant:gaza troia. i. troiana. (Est enim trissyllabum Troia.) hoc est thesaur⁹ Troianus aut opes Troianæ erepta adytis id ē locis sacrariis quæ nulli preterq; summo sacerdoti adire olim licebat:nunc incensis:gaza dico videlicet mense deorū: vt tripodes: & crateres. i. pocula sacrificatoria solidi auro. i. facta ex solido auro:& vestis captiua. i. exuuiæ & spolia opima diis consecrata: cōgeritur huc. i. in hūc locum: hoc est in porticū & asylum Iunonis vndiq;:id est ex omni parte pueri & matres pauide stant circū. i. in circuitu,longo ordine:& implent aures. s. meas aut auras:sed melius aures:qa mugitib⁹. i. ploratibus & vlulatib⁹ tacitis. i. summissis:qd' qa fieri vix potuit alii deleuerunt & tacitis &c. Quinētiā. i. insuper ego ausus sup. existens iactare voces. i. clamare ꝑ vmbrā temeritatis em̄ fuisset:si visus clamasset:impleui vias clamore:& ego mœstus ingeminans iterum atq; iterū vocaui nequicq;. i. frustra. Creusam. s. repetendo illud vocabulum. Simulacrum infœlix. i. infœliciter mihi raptum & vmbra ipsius Creuse:visa est mihi quęrenti sup. eam:& furenti sine fine. i. mō aut mensura:sup. in tectis vrbis visa inquam est an̄ oculos vmbra ei⁹:& imago eius maior nota. i. q̄ ea esset quā norā hoc est maior erat imago eius q̄ ea ipsa cui⁹ imago erat. Ego sup. obstupui:& come. id est capilli steterunt:& vox hęsit. i. adhęsit faucib⁹. (Corripit hic & alibi in v̄bo steterunt mediā vt subitum horrorē depingeret:sicut dixim⁹ in Bucolic. illic Matri longa decem tulerunt fastidia menses:& in Georgicis illic: Miscueruntq; herbas & non innoxia verba.) Tunc supple Creusa aut imago eius:affari sup. cœpit aut affabat sic & demere sup. cœpit:aut demebat curas his dictis. O dulcis cōiunx. i. marite:qd. i. ad qd. iuuat. i. delectat te:indulgere. i. indulgenter operam dare: labori insano:id est aut magno aut frustra suscepto:Hec nō eueniunt sine numine. i. nutu & voluntate diuum:nec fas est te asportare. i. abducere hinc creusam comitem. i. sociam itineris tui:aut ille. s. magnus regnator olympi videlicet Iuppiter qui fata cōdit:sup. nō sinit. i. ꝑmittit (Alii haud legūt:vt sit haud ille sinit verū alibi q̄ q; positū leges aut secundo loco vbi congrueret nec: vt repetat negatio prius posita) Longa exilia sup. restant tibi:& vastum. i. amplum equor. i. campus equus:maris est arandū. i. sulcandum sed nauibus non aratro tibi. tu venies ad terram hesperiam. i. Italicam:vbi tybris lydius. i. tuscanus aut tyrrhen⁹ cuius acole a lydia ꝓfecti sunt:fluit leni agmine. i. fluxu aquarū qd' in bonū & commodum accolarum vergit quia vbi impetus vehemens est vt in rhodano vix possunt naues retrahi: additur & alia laus qa fluit inter opima. i. pinguia arua:non ignauorum: sed virū pro ☙virorum. quæ tertia laus est:Res læte & regnum & coniunx regia est parata tibi illic id est ad tyberim in Italia:pelle. id est depelle igit lachrymas Creuse dilecte:id est quas effundis ob amorem mei quæ sum tibi dilecta:ego non aspiciam superbas sedes myrmidonum. id est illorum Thessalorum sociorum Achyllis ve pro vel dolopum sociorum scilicet pyrrhi:& ego dardanis id est dardani neptis & ab illo inclyto viro iouis filio oriunda:& nurus diue Veneris:non ibo seruitum matribus graiis. id est nō abducar captiua:sed magna genitrix deum me detinet his oris: id est regionibus. Iamq; vale & serua amorem communis nati: scilicet Iuli Ascanii. quem commendat affectione materna sed in gratiam Iulie domus quasi diis volentibus regnum etiam in Italia vbi & aliam coniugem & alios liberos habiturus est æneas Ascanio debeatur.

☙Quid. t. consolatio est:sequitur & diuinatio quæ animis a corpore liberatis datur. Insano magno vt insani feriant sine litora fluctus Numine di. fati necessitate. Nam vt ait Sta. sunt quæ dii fantur vel quæ indubitanter eueniūt. Nec te hinc comitem as. cr. caret scansione. Vnde multi demunt hinc:multi as. Si autē vis fide seruata scandere fit conuersio. vt eueniunt nec te hinc comitem:& scanditur per synalœphā aliter nec eclypsim:nec synalœpham:nec hiatum recipit. Arandū:hoc dixit:quia legimus subtrahiturq; solum. Hesperiam. v. ly. quia & hispania hesperia dicitur:per sequentia Italiam ostēdit. Lydius ethruscus:nam Lyd⁹ & Tyrrhenus duo fratres fuerūt qui cum ambos ꝓuincia non ferret:sortibus cōmiserunt vt alter cum parte populi ad nouas sedes quærendas exiret. Euenit ergo Tyrrheno:qui de suo noīe thuscos Tyrrhenos vocauit. Lydia autem dicta in qua frater remansit. Vnde nunc Lydi⁹ dixit: Thusci autem dicti sunt propter frequentiam sacrificiorum ab eo q est θυειν. Ibi enim a tage est aruspicina reperta. Hinc Lucanus. Sed conditor artis Finxerit ista tages. Lachrymas. quia captiua non sum nō autem quia habeas vxorem paratam. Seruitum. vt seruiam. Modus gerundiuus est. Dardanis. laus a maiorib⁹. Nurus laus a cognatiōe. His:in qb⁹ colitur. Iamq; vale: recedentis significatio est. Vnde de mortuis dicitur:vt salue maxie palla; eter nūq; vale. Serua. propter futurā nouercam.

Nota. Lydus. Tusci. Seruitū. Vale.

SERVIVS.

¶Effugit imago. teneri enim non potest imago. Nam quod in. vi. dixit: Da dexteram misero. Auxilium significat. Somno:sic & Cicer. simillimum deo ☙iudico.

¶Hec vbi dicta dedit lachrymātē & m̄lta volātē
Dicere deseruit:tenuesq; recessit in auras.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Aen̄.

¶Hæc vbi dicta &c. Concludit hoc loco hunc secundum in quo insidias dixit danaū. casusq; suorum. & præcipue Priami & nūc Creuse mortē quia vt dixi i sin☞gulis

Dona. ☞gulis sex prioribus libris ad finem operis mortẽ alicuius memorat. Donati q̃ singula poetæ dicta diligenter pensitat verba sunnt hæc. Hæc vbi dicta. ingratum facin⁹ fuisset. nisi demõstrasset & plura se fuisse dicturũ. & ad illius dicta responsurum. ac diutius eã retenturũ, nisi ipsa decessisset Ter conatus. demõstrat ↓p prie volentẽ amplecti. qđ corporale non fuerat. Conatus: ibi em̃ ponit conatus vbi effectus non sequitur. Ingentem nume. prẹter eos quos dimiserat inuenit aduenisse multos alios. Hoc aũt dictũ ne solus patriã deseruisse videaẽ Lucifer idẹ. noua descriptiõe vs⁹ est diei nascentis. Nam ante ip̃m exoritur lucifer. hũc sequitur lux q̃ diem plenũ cõfirmat. ergo nõ tantum nuncius venientis diei est. sed sidus certusq; productor. Danaiq; obsessa tenebant limĩa po. hoc signum erat illos potitos esse victoria & lux contraria saluti suẹ & suorum erat. Ergo spoliatus omni spe. Cessi veluti necessitate coactus per Laocoontis exitium per diligentiam matris quæ mihi deos potius q̃ græcos inimicos ostendit per incendiũ ex filij mei vertice. per hortationẽ patris & religiosas voces vxoris. Cessi. potioribus neq; debui niti. qui toties repugnantib⁹ dijs frustra certaui.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum.
a Ter frustra comprensa[a] manus effugit imago
b Par leuibus ventis: volucriq; simillima somno[b].
Sic demum socios consumpta nocte reuiso:
Atq; hic ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio: admirans numerũ: matresq; virosq;:
Collectam exilio pubem: miserabile vulgus:
Vndiq; conuenere animis opibusq; parati:
In quascunq; velim pelago deducere terras:
Iamq; iugis summæ surgebat lucifer Idæ:
Ducebatq; diem: danaiq; obsessa tenebant
Limina portarum: nec spes opis vlla dabatur:
c Cessi: & sublato montem[c] genitore petiui.

❧ iudicio. Nam somni debuit dicere. Demum nouissime. Admirans: cum inuenissem admiratus sum. Exilio: ad exilium: nam donatus cõtra metrum sensit dicens ex Ilio: nam ilium habet primam longam. Vulgus: magnũ est quod addidit, vulgus. idæ. nã sic Troianis videtur: sic alibi: Tibi deserit hesper⁹ œtam. Inde eñ vel oriri vel occidere sydera dicimus: vnde videri aut incipiunt aut desinũt. Ducebatq; diem: q̃a lucis est præuius. Cessi. deest igitur: Montem scilicet idã: vt apparet in nono.

PIERIVS.

a ¶Ter frustra comprensa man⁹ effugit imago. In vetustissimis aliquot exemplaribus vaticinæ bibliothecæ & nonnullis alijs p̃cipueq; in Longobardico & in Mediceo. Compressa, legitur: & ita etiam legere est apud Donatum, facile vero crediderim antiquorum more, compresa, sicilico, geminationis nota, super imposito fuisse prius, vnde comprensa emanarit eorum errore, qui sicilicon pro, n, littera, vt plærunq; alias, accepere. Neq; illud dissimularim esse veteres codices, in quibus compressa manu effugit, absq; synalephæ legatur. Sed enim hoc non æque placet, quia versus ita nimium elanguesceret. b ¶Par leuibus ventis volucriq; simillima somno. Non prætereunda fuit lectio Medicei codicis, Par leuibus pennis volucriq; simillima vẽto. licet somno dubio procul castior lectio sit & agnita Seruio: & leuibus ventis, alia fere omnia habeant exemplaria. c ¶Et sublato montem Genitore petiui, sunt qui montis, plurali numero legendum adserant, eam lectionẽ ex antiquis codicibus. In Mediceo tantum inueni. In alijs, montem, vnitatis numero scriptum obseruaui. Sed in contextu etiam Donatiano, montis, est numero multitudinis.

Ordo. ¶Ordo est. Vbi id est postq; supple. Creusa dedit hæc dicta ipsa deseruit q̃a ablata a ministris deæ supple me lachrymantem & volentem dicere multa & recessit. id est euanuit. in auras tenues id est vix palpabiles ego supple sum conatus ibi id est eo tempore quo aufugeret. ter dare collo supple eius brachia. circum id est per circuitum circumplectendo ea. sed imago comprensa frustra quia contineri nequibat. effugit ter manus supple meas. existẽs par. i. similis. & comparabilis. ventis leuibus & simillima. somno id est deo insomniorũ aut fantasmati. volucri: id est cito & aduolanti & auolanti. Et ego reuiso id est iterum viso socios. s. quos in monte ida dereliqueram in valle reconditos. seu vt historiam habere volunt. post habitam Troiam habitauit in idæ mõtibus vbi Scepsin vrbem habuerat. donec crescente multitudine græcis formidolosus factus aufugere conatus est. vt autem fatalem fugam oñderet Vergilius non vi humana. sed dijs iubentibus eam factam, docet. reuiso inquam demum. id est tandem aut nouissime post longam expectationem sic: id est certior factus quia coniugem amissam & a dea abreptam recuperare non possem. & hoc nocte consumpta: id est peracta Atq; ego inuenio hic: id est hoc loco vbi meos dereliqueram. aut hic: id est modo: ingentem: id est valde magnum numerum: comitum nouorum id est recentium. affluxisse: id est ex omni parte in morem fluctuum aduenisse; inuenio inquam admirans. s. postq; inuenerã vnde tot sal❧ui euasisse poterant. ingentem dico numerũ: appositorie matres: i. matronas & viros, s. eorum maritos & pubem collectã exilio. i. ad exilium obeundum mecum. vulgus miserabile. i. miseratione dignum qđ persoluit quæ non rapuit. aut imbelle & inerme: & ita purgatur Aeneas. si quis obijciat quia si ingentẽ numerũ inuenerat debuisse collecta manu redijsse ad defendẽdã patriam. ad qđ dicit multos quidem fuisse. sed miserabile vulgus. nec qui animo bellandi aut defendende patrie conuenerant. sed collectã exilio pubẽ. Ipsi sup. cõuenere vndiq;. i. ex oĩ parte. parati animis & opib⁹. i. facultatibus, suis. sup. sequi i quascũq; terras ego velim deducere sup. ipsos. pelago. i. p pelag⁹. Iãq;. i. & iã lucifer. i. stella matutina lucẽ ferens surgebat. i. oriebaẽ. iugis. i. super verticẽ. idæ summe. i. mõtis siluosi in phrygia. vbi vt dixi Aeneas primas sedes habuisse perhibeẽ. & ducebat. i. ferebat diem. danai. i. græci tenebãt limina portaꝝ obsessa. ne. s. q aufugerãt collecta manu ingrediaẽ ciuitatẽ vĩdicaturi. per hoc aũt purgatur etiã Aeneas quia significatur fecisse periculũ & explorasse quidnã græci agerent. sed cõpertũ habuisse q̃a nec vlla spes opis. i. auxilij contra græcos aut opis recuperande: dabaẽ. & ideo subdit cessi. i. locum dedi fatis & tot monitis de quibus docte locutus est Donatus. & petiui montem. s. idam quo difficilis sit græcis ascensus & hoc genitore. i. patre meo Anchisa. sublato. i. sursum lato. i. & in humeris meis rursus portato: aut potius a ministris cũ iã ministri adessent. nec vlla vis vrgeret. ab alijs sursum lato.

¶Et hæc in secundum huius dicta sufficiant.

ASCENSIVS.

ASC. Post euersa phrygũ regna &c. Iuxta morem in superioribus obseruatũ. anteq; ad insequentis libri explanationem progrediamur præmittemus argumentoꝝ ordinẽ atq; elucidationem. Ordo itaq; monostichi. i. illius solius versus materiã totius tertij complectentis est hmõi. Tertius sup. liber eneidos canit teucros. i. Troianos vectos equore. i. pelago cum & per terras sed vehiculis auehi possent vectos dico a troia: cuius. s. euersionem in secundo recitauit Aeneas. Reliquoꝝ aũt versuum qui distinctius argumentum exprimunt ordo & explanatio talis est. Aeneas sup. enarrat post regna phrygum. i. Troianorum euersa i. penitus destructa & e fundamentis versa. q̃a dictum est Neptũnus muros magnoq; emota tridenti Fundamenta quatit. enarrat dico vt. i. qualiter (quæ particula ab imperitis ablata inserenda est. quia aliter versus non staret nec sententia cohereret. quam prius positam indicat copulatiua coniunctio cum dicitur vtq; sit &c.) fuga supple sit cepta. i. incepta moueri. i. p motũ fieri. hoc est qualiter fugere ceperit. de quo Seruium ad principium tertij videbimus. q; pro & enarrat sup. vt. i. qualiter ipse supple sit deuectus primo in Thracen. i. in Thraciam (declinatur autem hæc

☞ thrace

Monostichon in tertium æneí.

Tertius a troia vectos canit æquore teucros.

Quæ tertio æneidos libro contineantur. Per modestinum Iureconsultum.

Post euersa phrygum regna: vt fuga cœpta moueri:
Vtq; sit in thracen primo deuectus: ibiq;
Mœnia condiderit polydori cæde piata.
Regis & hospitiũ: vt phœbi responsa canebant
Cœptum iter in cretẽ: rursus noua fata repta:
Naufragio vt fuerit strophadũ cõpulsus ad vndas:

Inde

Inde fugam atq; iterũ enarret psæcepta Celenus:
Liquerit vtq; Helenum præceptis ordine fatis:
Supplicem achemenidem polyphemo vrgẽte re-
cepit.
Amissumq; patrẽ drepani:atq; hic deinde qeuit.

thrace thraces:& hæc thracia thraciæ:& dicit signanter deue- ctus:quia prius antandrum pe- tiuit q̃ thraciam:sed non est in eã mox deuectus nauibus sicut in thra- ciam)q; pro &. vt sup.ipse cõdi- derit ibi.i.i thracia:mœnia scili- cet cuiusdam oppidi & hoc cæde.i.oc- cisione polydori:illius filij pria- mi quem polymnestor thraciæ rex occiderat auri cæcus amore:piata.i.purgata exequijs celebra- tis. Vnde dicetur. Ergo instauramus polydoro funus &c.& enar rat hospitium.s.polymnestoris regis: de quo dicetur. Omnibus idem animus scelerata excedere terra. Linquere pollutum hospi- tium &c.& sup.enarrat: vt.i.qualiter responsa phœbi canebãt.i. vaticinabantur & indicabant quo fugere deberent canẽdo Dar- danidæ duri:quæ vos a stirpe parentum Prima tulit tellus. eadẽ vos vbere læto Accipiet reduces: antiquã exquirite matrem. & sup.enarrat:iter cœptum in cretem:aut vt iter cœptum est in cre- tem:cœptum aũt erat errore anchisæ:qui animaduertens teucrũ ex creta oriundum putauit illuc redeũdum esse:cum oracula ita- liam significarent dicendo:dardanidæ duri &c. Illinc enim Dar danus ortus. Iterum autem græce declinauit creten a ntõ crete : q latinis creta est:& enarrat sup.noua facta.i. incommoda fatalia: hoc est miserandã luẽ;ac pestilentiã esse repta rursus in creta.s.aut enarrat vt noua fata reperta sint rursus in creta:& vt.i.qualiter ip se fuerit cõpulsus:naufragio.i.tẽpestate naufragiũ faciẽte ad vn- das strophadũ illarũ insularum in q̃bus harpyas offendit(sunt q legãt strophadas ꝑ strophodicas nisi sit dura appositio: q̃a stro- phades non sunt vnde:legaẽ ergo potius strophadũ)& enar- rat fugã iterũ inde.i.a strophadũ vndis factã atq; enarrat p̃cepta celenus: q̃ est vna harpiarũ dictu ra. Quæ phœbo pater oĩpotens: mihi phœbus apollo p̃dixit:vo bis furiarũ ego maxima pando &c. Declinatur autẽ hæc celeno huius celenus : sicut sappho sap phus:quę apud Oui. An nisi legisses autoris nomina sapphus.& clio clius. Vnde Oui. Nõ mihi sunt visæ clio:cliusq; sorores &c. & ideo legendum est præcepta celenus:non celeno:non enim ce leno enarrat hæc omnia sed Aeneas:& enarrat vt id est qualiter ipse æneas liquerit helenum filium priami in epiro regnantem: & hoc fatis:id est rebus fataliter venturis:præceptis: id est prius acceptis & intellectis:narrante scilicet heleno vate:ordine : id est per ordinem:& supple narrat vt recepit achemenidem comitẽ in fœlicis vlyssi q ab vlysse iuxta antra polyphemi derelictus erat: supplicem id est suppliciter orãtem:recepit dico:id est in locum tutum hoc est in nauem suam suscepit:polyphemo cyclope scili cet vrgente:id est impellente eos ad fugam : ideo enim suscepit cum:quia cauendum significauit a polyphemo : vnde dicturus est Aeneas. Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto. Sup- plice sic merito &c.q;:pro &:narrat patrẽ scilicet anchisen:amis- sum:id est defunctum & mortuum drepani:id est in illo oppido siciliæ:vnde dicturus est. Hinc drepani me portus & illetabilis ora. Accipit &c.atq; quieuit: deinde hic.i.in hac re.s.in morte pa- tris: Vnde dicet poeta: factoq; hic fine quieuit.

SERVIVS.

POstq̃ res Asiæ. Secundum interrogationem Didonis post insidias græcorum & casus suorum proprios errores narrat: quos pertulit anteq̃ ad aphricam perueniret. Fuga sua hæc est: linquens ilium idam tẽ- dit: inde Antandrum vrbem: iu xta quam cõditis nauigijs Thra ciam tenuit: vbi Aeneũ cõdidit Hinc ĩ Delũ ꝓdigijs territus ve nit: a Delo aũt errore patris cir- ca auguria venit in Cretam: atq; inde peste fatigatus ex responso penatum venit ad strophadas in de p̃teruentus maritima græciæ in Epirum profectus Heleni ho spitio suscipitur. Ab epiro venit in Calabriam : illincq; aduentu Diomedis territus nauigauit ad scyllam: & charybdim: q̃ æthnę vicinę sunt: atq; circuita magna siciliæ parte drepanũ venit vbi ẜm poetam perdidit patrem: in de venit ad Didonẽ. Postq̃ hac dictione sequentia dictis conne- ctũtur vt postq̃ altos tetigit flu- ctus: sic enim dictis sequentia co pulanẽ. Res imperia: vt res aga- mẽnonias Asiæ. q.d. tertiæ par- tis orbis. Nã phrygia in asia est & iliũ in phrygia minore. Pria- miq;: nõ est iteratio: nam potuit alterũ esse sine altero: vt vel tota phrygia euertereẽ vel solũ iliũ. Immeritã: nã Laomedontis pari disq; culpa tota gẽs perire nõ de buit. Superis: laus Ilij qđ nõ nisi dij subuertere potuerint. Quoti- ens aũt nõ apparet rõ sic visum interponiẽ. Hora. Sic visum ve- neri cũ amorẽ ostẽderet non esse pulchritudinis: & accusatio in deos habet aliquã venerationẽ: aliter sacrilegiũ esset. Superbum nobile. Vergi. in neutro ponit. Hora. in fœminino: non semel Ilios vexata. Est ãt ciuitas: troia vo ꝓuincia in qua est Ilion: sed poniẽ ꝓ vrbe: vt, Et cãpos vbi troia



P. Vergi. Maronis Aeneidos Liber. III.



POstq̃ res asiæ: priamiq; euertere gentem
Immeritam visum superis: cecidit q; superbum
Ilium: & omnis humo fumat neptũnia troia:
a Diuersa exilia: & desertas[a] quærere terras
Auguriis agimur Diuum: classemq; sub ipsa
b Antandro: &[b] Phrygiæ molimur mõtibus Idæ.
Incerti quo fata ferant: vbi sistere detur.
Cõtrahimusq; viros: vix prima inceperat æstas
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat:
Littora cũ patriæ lachrymãs: portusq; relinquo
Et campos vbi Troia fuit: feror exul in altum
c Cum sociis: natoq;[c]: penatibus: & magnis diis.

PIERIVS.

a ¶ Diuersa exilia & desertas q̃rere terras Augurijs agimur di- uom. In codi. aliquot manu scriptis & vetustate ipsa venera- bilibus legere est, Diuersa exilia & diuersas q̃rere terras, sed desertas. Ti. Dona. agnoscit, vt in integris eius in Virgilium cõmẽtarijs legimus. Ex hisq; duo pessima æneæ ꝓposita di- cit. Auellebanẽ q̃ppe a cineribus patriæ, diuersa exilia & ter- rarũ solitudies petituri: hoc em mõ desertas terras interp̃taẽ.

Seruius

ASCENSIVS.

ASC. POstq̃ res asiæ. Enarraturus errores suos quos Dido se- cundo loco petierat ne ꝓli xiuscula naratiõe de excidio tro iæ satiati lõgã de erroribꝰ recita tionem auditores fastidirẽt: exci tat eorꝝ aĩos magnifica ꝓponen do: facit itaq; magnificum exor dium: in quo vt Dona. argutissi me declarat quattuor egregia de cidisse aut euersa esse paucis con queritur: & totidem mala futu- ra esse: vt ex eodem dic re possu mus: cuius verba sunt. Narratu rus errores suos optime incepit ab recedendi de troia necessitate. Non tamẽ omittit excusationẽ suam qua vult esse firmatum nã tam græcis: sed dijs aduersantibꝰ ob nullam culpam perisse impe rium troiæ. Postq; res asiæ : po- nit quattuor aduersa pręterita q bus affligebatur: & totidem fu- tura vt spes acerba futurorũ au- geret mala præterita. Præterea sunt interitus iliensis imperij. Euersio familiæ priami qđ ma- xime dolet propter vxorem quę filia Priami fuit. Cum vero di- cit visum superis: ostendit non meritis troianorum sed deorum intolerabili prauitate euenisse: vt regnũ funditus interiret. Su- perbum nobile: vt nõ læuis res videretur cuius interitum dole- bat. Omnes: esset enim solatium si aliquid semiustum & semidi- rutum relinquereẽ. Fumat: ostẽ- dit omnia fuisse consumpta. Nã omnibus incendio absumptis: solum fumum respirat terra. Er- go repete sic: postq; res asię: post q; visum superis : postq; cecidit superbum ilium. Postq; omnis humo f.n.t. Atq; habes quattu- or præterita: futura autem sunt alia quattuor & q; auellerentur a patrio solo: q; quærerent deser tas terras: & q; essent incerti quo irent: & vbi possent sistere. Nam Dona.

hoc ipsum

¶ hoc ipsum incertũ pœna est cũ laborũ finis nusq̃ appareat. Vix:nã fugitiui maturũ tps expectare nõ possunt:& qa definita loca nõ habuimus nauigauimus quo fata ducebant. Littora nã patria perierat:& cõmuto terrã locũ stabilẽ & certũ:& sequor incerta maris. Et cãpos:non sine summo dolore videt latitudinẽ camporum:in qua mœnia diruta iacebant & tria posuit:q̃ p natură suã nõ potuerũt perire:litt⁹ portũ cãpũ. Cum socijs n.q.p.& m.d. Tacuit patrẽ:qa iã eũ noĩauerat. ¶Ordo est. Postq̃ visum sup.est.s.bonũ:hoc est placuit superis euertere res asiæ.i.imperiũ qd troiani in asia habuerant:& postq̃ visum est superis euertere gẽtẽ.i.pgeniẽ & domũ priami immeritã.i.q̃ nõ meruisse videbat hoibus quia pia & religiosa fuerat aut reuera immeritã:sed ideo euersam vt romana ex ea oriat(vñ venus in.j.ad Iouem. Certe hinc romanos olim voluẽtibus annis:hinc fore ductores reuocato sanguine teucri. Qui mare:q terras oi ditione tenerẽt Pollicitus:q̃ te genitor sñia vertit:hoc eqdẽ occasum troiæ tristisq̃ ruinas Solabar fatis cõtraria fata repẽdens.Quia ergo romana gens exoriri tam gloriosa nõ poterat nisi troiana occuberet:nõ em pstãtiorẽ potuit habere originem:nec poterãt duæ simul esse monarchiæ & summa rerũ imperia:visum est superis equũ:priami euertere gentẽ immeritam:vt romana exurgeret. Nec pptera iniusti fuerũt q excidiũ tãta glĩa extulerũt:cũ etiã fm poetæ sniam mori malũ nõ sit saltẽ culpæ:vñ illud est.Vsq̃ adeo ne mori miserũ est.Nec si catholice loq volumus iniust⁹ est deus q iustos interdũ tpaliter affligi finit:verũ qa nõ potuit alia via cõmode oriri gẽs romana:q̃ immeritæ gẽtis euersiõe & egregij pietate viri innumeris laboribus acclamatũ est in.j.Tãtæ molis erat romanã ɔdere gẽtẽ)& postq̃ Iliũ.i.pcipuũ oppidũ ĩ troia supbũ.i.magnifice & supbe extructũ:aut glĩosum seu inclytũ:cecidit.i.corruit in cineres:& oĩs troia neptunia.i.a neptũno fabricata(fumat vt qdã volũt p fumauit:sed meli⁹ est vt sit fumat).s.adhuc:qa post casum pdurauit fum⁹ cũ primũ fuga ex ida moliret æneas:fumat aũt nõ ad auras e fumarijs:sed hũo.i.in terra aut poti⁹ de terra vñ fum⁹ oriebaẽ(qa si ĩ terra vellet dicere diceret hũi sed significãtius dixit humo vt sit p aduerbio de loco quo significat natura fumi:cui⁹ est ascẽdere & vltima ruina troiæ:cuius fumus ab hũo exurgebat)postq̃ inqt hæc cõtigerũt:nos agimur.i.impellimur augurijs diuũ.i.portẽtis deorũ(vt q̃ p crinẽ flagrãtẽ iuli & p stellã q face ducebat portẽdebant:itẽ p monita hectoris & creusæ:q̃ illi a dijs acceperãt.Præterea p oracula deorũ nõ recte intellecta:p respõsa heleni:p harpiarũ minas & p alia multa:q̃ q dẽ licet iã cũ quũ fugere incipet futura erãt:nũc tñ quũ ea narrat pterita sunt:nã nisi ad futura respiceret nõ diceret:diuersa exilia:cũ neq̃ dij neq̃ hoies hacten⁹ diuersa exilia pnũciauerit) agimur aũt dicit ne vltro patriam deseruisse culpet:agimur: ergo quærere diuersa exilia.i.in quibus exules & extorres degamus:& terras desertas.i.quas postea deseruimus:vt thraciam:cretã:siciliã &c. (nec placet vt de italia a dardano deserta cum Seruio intelligam tuncenim non diuersa exilia sed solam italiam intelligeret se iussum petere:verum cum fugam obirent troiani incerti erant quo fata ferant.Nam hector dixerat quidem fugiendum sed non quo dicens solum perrato statues quæ deniq̃ ponto.Creusa võ dixerat etiam locum sed dubie quia lydium tybrim a colonis nominauit:cum lydia longe sit ab italia:cassandra võ anchisæ expresse significauerat italiam petendam.Vnde dicet in hoc tertio. So la mihi tales casus cassandra canebat.Et sæpe italiam: sæpe itala regna vocare.Sed quis ad hesperie venturos littora teucros Crederet:

Ordo.

Seruius võ quũ videret terras æneæ fatis debitas, hoĩm robore, & frequẽtia,& hubere glebę cõmẽdari,cõmẽtus est,nõ solitudinarias aut incultas:sed a dardano desertas interpretari q̃ sñia si cui magis adrideat,nõ laboro.Sane võ sunt qui respexisse Virg.dicãt,ad primã vrbis romæ ædificationẽ:quã Strab.dicat,nõ apto,neq̃ idoneo loco positã,solo neq̃ feraci,neq̃ agro satis ad alẽdũ spacioso,sed quẽ Romul⁹ & Rem⁹ necessitate coacti potius q̃ volũtate coluerint:ita em̃ Strabo κτισαι την ρωμην εν τοποις ου προς αιρεσιν μαλλον,η προς αναγκην επιτηδειοις.ουτε γαρ ερυμνον το εδαφος,ουτε χωραν οικειαν εχον την περιξ οση πολις προσφορος.In superioribus aũt qd vulgata legũt exẽplaria visum superis, vetera qdã habẽt visum est superis,substãtiuo verbo interiecto:qd quis versum numerosiorẽ faciat:absq̃ eo tñ structura videt elegãtior.Missa võ sint,q̃ multa sup fumat,disputãt grãmatici.Si dixero Cõminianũ asserere fumat,hoc loco solœcismũ esse p tps.

b ¶Classemq̃ sub ipsa antãdro & phry.mo.mon.idæ.In exẽpla.aliquot anti.absq̃ &,particula copulatiua legit.Sub ipsa antãdro phrygiæ molimur montib⁹ idæ.Verũ ea particula nimirũ loco hoc & necessaria est,& ad venustatẽ facere videt.Quãtũ võ ptinet ad antãdrũ,Põp.Mella in altero inqt latere antãdrũ:duplex causa nõis iactat:Alij Ascaniũ filiũ æneæ,quũ ibi regnaret,captũ a Pelasgis ea se redemisse cõmemorãt,vñ nomẽ quasi αντι ανδρος.Alij ab ijs putãt cõditã,quos ex andro insula vis & seditio exegerat.Hinc antandrũ,quasi p andro.Stephanus,ab antãdro æolũ duce appellatã autumat.Eã Aristo.prius edonida nũcupatã ait,quã Cimerij cẽtũ annos incoluerint.Quæ sup hoc Ser.recitat de Polydoro ea insula redẽpto,deq̃ eodẽ lapidibus obruto,vel in mare pcipitato,partim ex Euripide sunt,quẽ hic Virg.sequitur,partim ex alijs.De eo sane lõge aliter habet apud Home. q eũ in bello ab achile pilo cõfossum ait his versibus.

αυταρ ο βη συν δουρι μεταντιθεον πολυδωρον
πριαμιδην.τον γουτι πατηρ ειασκε μαχεσθαι,
ουνεκα οι μετα παισι νεωτατος εσκε γονοιο.
τον βαλε μεσσον ακοντι ποδαρκης διος αχιλλευς.

Quos versus p ijs q græce nesciũt ita fere ad verbũ interptati sumus,

Priamidem a telo Polydorum inuadit acuto
Ora deo similem,genitor quem in bella vetabat
Ire,satus qm̃ natorum hic vltimus esset.
Hunc medium ipse acer pilo transfixit achilles.

c ¶Cũ socijs natoq̃ pe.& ma.dijs.In anti.aliquot co.gnato,cũ g,an n,putveteres scriptitasse Victorin⁹ autor est:& dis,vni co 1,κατα κρασιν.Prob⁹ tñ mauult dijs,p duas ij,lras scribi.

troia fuit.Humo:ab humo:& significat solũ quoq̃ patriæ arsisse:quõ aũt dixit fumat & cecidit:qa aut poetice tps p tpe posuit:vt meminisse horret luctuq̃ refugit:aut certe naturã rerum expressit:nam ruina in breui fit. Fumus vero lõgo pmanet tpe. Nã qd ait Probus circũflectẽda syllabã:vt sit fumat p fumauit nõ pcedit:qa pone tñ ĩ vltima habet accentũ vt significet retro. Diuersa exilia:nõ refertur ad id qd gens troiana sit sparsa per diuersum orbẽ.Sed ad diuersa loca q̃ actus augurijs adijt æneas. Desertas a dardano intellige:nã vbiq̃ fertiles demonstrant. Augurijs:vt fuit flãma ĩ capite ascanij:stella currẽs:& creusæ verba:quæ dixit ad terram hesperiã venies sub ipsa antandro:iuxta antandrũ:est autẽ ciuitas phrygiæ dicta antandros vel q de andro insula eam condiderunt coloni quasi αντιανδρου.Vel qa græci venientes per Thraciam cœpere Polydorũ:p cuius precio hanc a Priamo vrbẽ acceperunt quæ ex facto nomen accepit q̃uis huic opinioni non assentiat Vir.Fert tñ q post acceptũ preciũ græci occisum post dirutam Troiã & in mare præcipitatum:cuius viso cadauere mater dum captiua abducit flẽdo in canem cõuersa est:hoc fingit q nimio dolore græcis inaniter conuiciabat phrygiæ idæ ad discretionẽ cretẽsis.Molimur paramus & bene petit loca in gbus & lateret & nauigia ppararet.Incerti quo fata fe.qa nihil incertius est nauigatiõe q̃uis locũ certũ nobis pponamus.Cõtrahim⁹:cõgregamus ex diuersis ppsis q auxilio venerãt.Vix mox:vt vix e cõspectu siculæ telluris in al.Ve.da. Prima:aut vernũ tps:aut qa est etiã adulta:& pceps.Anchises:seruat ppon.Cũ socijs duo diuia posuit:& duo humana.Nõ meminit pris:qa fm Verg.nõ venit in italiã.Penatibus & m.d.Varro eosdẽ dicit penates & magnos deos.Nã in basi scribebat:magni dij.Vel honoris causa dixit.Nã dij magni sunt Iuppiter:Minerua:& Mercurius q Romæ colebant.Penates aũt apud laurolauinum.Vnde apparet nõ esse vnum.

Fum.

Pro.

antan.

Hecuba incan.

Penat. Magni dij.

deret:aut quem tunc vates cassandra moueret:Dij præterea penates pauloante dixerant.Est locus hesperiam &c.Quæ verba Ilioneus in primo repetijt:sed quæ hic dicentur gesta sunt ante ea quæ in primo dicta sunt:loquitur ergo nunc æneas de ea sciẽtia quam habebat cum fugam inciperet:per quam cum nesciret quo fata ferant vbi sistere detur:coactus est diuersa exilia & terras desertas quærere)& nos molimur.i.cum mole & difficultate paramus classem.i.collectionem nauium:sub ipsa antandro vrbe illa phrygiæ:declinatur autem hæc antandros.Nã in um neutra sunt:& sub montibus idæ phrygiæ:quia etiam ida ĩ creta est:sed classem parabat inter antandrum & idam mõtem mollimur dico existentes incerti:quo fata ferant.i.auehant nos:& ideo molestum & difficile erat parare classem cum etiã incerti essent vbi detur sistere.i.subducere classem & finire errores.& nos contrahimus.i.congregamus viros:quorũ in primo meminit.Ilioneum:cloãthum:sergestum:gyan:leucaspim achaten atq̃ alios.Prima æstas.i.verna temperies vix inceperat:&.i.iam:vel & tamen iã:(habet enim elegantiã hoc loco particula &)anchises pater.(Seruat decorum patri q̃diu vixerat gubernacula tribuens)iubebat dare vela fatis.i.fm fata:aut vt fata indicabant quũ.i.quãdo ego lachrymãs(ergo inuitus decessit)relinquo littora patriæ:& portus patriæ & relinquo campos scilicet arabiles (quia iam ignis omnia exederat)vbi troia fuit.Et ego feror exul in altum scilicet mare:cum socijs:cum nato:cum penatibus & magnis dijs.De gbus Seruium vidimus.

¶Procul.



Terra procul vastis colitur mauortia campis:
Thraces arant: acri quondam regnata lycurgo:
a Hospitium antiquum[a] troiæ: sociiq; penates
Dum fortuna fuit: feror huc: & littore curuo
Mœnia prima loco: fatis ingressus iniquis:
b Aeneadasq;[b] meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dioneæ matri diuisq; ferebam
Auspicibus cœptorũ operũ: superoq; nitentem
Cœlicolum regi mactabam in littore taurum.
Forte fuit iuxta tumulus: quo cornea summo
Virgulta: & densis hastilibus horrida myrtus.
¶ Vix ea fatus erā. Docet qđ subsecutū est oraculū. Vtq; illo delusus Anchises eo q; geminæ essent troianis origines cohortat⁹ est in cretā vñ teucer oriūdus cōcedere: cū tñ deus admoneret potius in italiā pficiscendū vnde dardanus ortus dicēdo dardanidæ duri: verū is quoq; error fatalis erat: nā cassandra eū sæpe pdixerat: vñ ipsum agnoscēs anchises postea dicturus est. Sola mihi tales cas⁹ cassandra canebat. Nūc repeto hæc generi portēdere debita nr̄o. De hac aūt re dicit Dona. sic. Vix ea fatus erā: motio earū rerū p̄sentiā dei ostēdit. Summissi pauore nimio vestigijs firmis stare nō potuim⁹: sed ad terrā demissi sumus. Quæ vos a. st. p. nihil breuius aut eminentius hoc rn̄so. Nā & in fine verborū cōsulētis platū est: & incertos securos reddidit. Ostēdit em̄ troianos apud Iliū peregrinos fuisse. Nūc originalib⁹ terris a suis parētibus reddi: qđ bn̄ficiū & non iniuria est p̄sertim cū vrbē ppetuā pmittat & troianos maxima incremēta sumpturos. Mixtoq; in. e. t. læti oēs erāt sed q̄rebāt nomē loci. Nam antiqua memoria ignorabat. Sed anchises oīm vetustissimus rem agressus est: fuit aūt pulchrum ac religiosum his terris reddi q̄ parētes ab origine retulerūt & ne timerent ne a melioribus ad deteriora pgerēt addidit vbere læto. Vbere allusit ad id qđ terrā lętā appellauit. Reduces: ne timeāt se futuros oneri his terris q̄ nō aduenas: sed suos reciperēt. Creta io. m. dixit & nomen & ad quē deū ipsa maxime ptineret q cū magnus sit magnū possit incolis p̄stare fauorē. Medio p. vt vndiq; fluctibus clausa aduersus hostes esset tuta. Iacet p hoc eius immēsam magnitudinē ostēdit. Mons Ideus: ponit signa specialia. Centum. v. Exponit quod dixit iacet: & ostendit magnitudine & vbertate præcipuum regnum: vt & intimet qđ dixit gentis in n. ponit teucrum. Maximus: vbi deest nomen consanguinitatis dicimus maiores: & patres. Ergo maximus est pater ipsorum maiorum. Hinc mater cybele: ab obseruatiōe sacrorum arguit eos esse maiores suos. Diuum qua iussa se. Nam non amplius sunt incerti quo fata ferāt. Placemus v. nō quia tūc essent asperi: sed vt deinceps illis prosperis vtantur. Facit aūt rem facilē a breuitate nauigationis. Iuppiter. Temerariū em̄ est polliceri aliqd de futuro: cuius sumus icerti: nisi de⁹ faueat. Ordo ē. Ego vix erā fatus ea: q̄ añ dicta

sunt

funt:sup.cũ oĩa visa sunt repente tremere & limina.s.templi & laurus dei.s. Apollinis.i.q̃ in tutela & honore eius est:eo q̄ daphne puella ab eo adamata in eã conuersa fingitur vñ est in buc. Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri & quæ iuxta templum eius stabat: & totus mons visus est moueri circũ.i.in circuitu & cortina loc⁹ secretior corio tectus vñ oraculũ exit : sup. visa est:mugire.i.mugitũ edere adytis.i.secretioribus penetralib⁹:q̃ adire non licet:reclusis.i.apertis & patefactis.Nos summissi.i.humiliati:petimus terrã:vt ab adytis perfecte vocẽ acciperem⁹:vt q̄ oraculis bona nunciarent̃ : & vox fert̃ ad aures.i. audimus vocem dicentẽ. O Dardanide duri.i.fortes & perdurantes & infrangibiles aduersitate: eadẽ tellus q̃ tulit.i.extulit vos prima a stirpe i.radice & origine parentũ accipiet vos reduces.i.redeuntes:accipiet dico læto vbere.i. fœcunditate & vbertate exhilarante intuentes:alludit aũt ad matrẽ quę vbera porrigit: vñ subdit exquirite matrem.i.terrã quæ vos primatulit (loquit autẽ vt dixi de italia vbi Dardanus ort⁹ sed nõ intellexerũt tunc id troiani) domus.i.familia ęneę ab Iulo tñ denoiata: videlicet dom⁹ iulia dñabitur hic.i. apud antiquã matrẽ vestrã cunctis oris.i.regionibus Et nati natorꝝ & qui nascent̃ ab illis.s.natis natorꝝ.i. oẽs in infinitum succedentes sup. dñabuntur hic cunctis oris. Hęc phoebus sup. effatus est : & ingens læticia exorta est tumultu .i. strepitu & murmure vehementi:mixto.i.admixto : & cuncti .s. Dardanide quærunt.i.percunctant̃ quæ sint ea mœnia:quo.i.ad q̃ phœbus.i.Apollo vocet eos errantes ve pro vel quo iubeat sup. eos reuerti. Tum.i.tunc genitor .s.anchises voluens.i.repetẽs aioq̄ agitãs aut cõplectens monumenta.i.testimonia & indicia quæ nos admonere possent veterum virorꝝ.i. maiorum nostrorꝝ vnde originem traximus ait.o proceres audite & discite vestras spes.i.vñ requiem vicinã sperare potestis.Creta existens insula magni Iouis.i.in qua magnus iuppiter natus dicitur iacet in medio põto. i.mari vbi.i.in qua insula est sup.mons ideus sicut est in troia:& vbi sup.sunt cunabula(donat⁹ legit incunabula quõ is absumatur).i.cunarum receptacula hoc est primę origines nostrę gẽtis. i.generis & originis & vbi sup.cretenses aut populi habitant cẽtum magnas vrbes appositoriæ vberrima regna vnde .i. de qua insula maximus pater.i.primus author generis nostri.s. teucrus est aduectus primũ in oras rheteas.i.phrygias vbi est rheteũ promõtorium fallitur aũt in ea re anchises quia ante teucrũ venerat Dardanus & ita licet verum sit eũ primũ e creta in phrygiam venisse nõ tñ erat oĩno maximus pater quocirca cũ nollet incertũ penitus affirmare honestã subiunxit statim parenthesim dicẽs si i.siquidẽ ego recordor rite.i. vt decet audita.i.ea quę a maiorib⁹ meis audiuerim.& ipse teucer optauit.i.elegit locũ regno.i.ad regiam extruendã quia Iliũ.i.oppidum p̃cipuum troię & arces pergameæ.i.troianæ nondũ steterant.i.erectę erant: quia sup. indigene habitabant tunc imis vallibus .i. cauernis & locis humilibus in conuallibus.Hinc.i.ex hac dicta insula supp.est mater scilicet deum cybele(declinat̃ cybele cybeles . aut cybelles cybellis aliq̃ñ)cultrix.i.exornatrix regionis nostrę & hinc supp.adducta sunt era corybantia.i. quæ a corybantibus pulsantur de quibus in.iiij.Geor.dictum est:& nemus ideum sup. denominatum est: & forte cõsitum est: hinc.i.ad similitudinem idei nemoris in creta:& fida silentia sup.cœpta sunt:hinc.i.ex more huius regionis sacris.i.sacrificijs aut rebus sacris agendis: quæ vt Diodorus Siculus refert nefas erat aperire aut notificare non initiatis eiusmodi sacris & leones iuncti.id est subiugati:subiere hinc.id est ex imitatione huius gentis: currum domine.id est deæ domitricis scilicet cybeles hoc est hinc tractus est mos vt currus cybeles a leonibus traheretur.

maria enumerat, quæ cretam insulam adluunt . Dicamus itaq̄ medio põto.i.ambiguo.Hic enim est latinitatis modus, vt ea in medio esse dicamus, quæ nulli adhuc parti sint adiudicata.Sed in Virgilianam hanc sñiam nemo procliuius iuit q̄ solinus. Ait enim is, pronius est cretam dicere, q̄ absoluere in quo mari iaceat. Ita enim circũfluui illius græci, noĩa permiscuerunt, vt dum alia alijs ingerunt, pene oblimauerint vniuersa. e ¶Teucrus rhœteas primum est aduectus ad oras. In cod. aliquot antiquis teucros idiomate gręco scriptum est. In Longo. teucer. Sed enim Sosipater Cari. ex Aurelij sententia, noĩa quæ apud græcos aut per ϱος, aut per τϱος, aut per δϱος aut per κϱος, efferuntur, ea oĩa omissa græca extremitate, per, er, apud nos efferri, & per secundam decl. declinari docet, vt, ἀγϱος, ager agri, ἀντίπατϱος antipater antipatri, μενανδϱος. Menander menandri, τευκϱος. Teucer teucri. Quanq̄ ait ille, Virgilius teucrus, & euandrus extulerit. Pręterea duo tantum noĩa designat, quæ semper in suo statu permaneant, codrus & gongrus, nõ enim dicitur coder, neq̄ gonger. Priscianus etiam hoc citato versu Virgilium ait teucrus & euandrus protulisse. Quod vero vulgata plurimum exemplaria legunt ad oras. Antiqui plerıq̄ codices cum Med. in oras habẽt sed etiam, ad, reperitur. f ¶Hinc mater cultrix cybele corybãtiaq̄ æra. Quia varia litterarũ versura totus hic versus in antiquis codici. deluxatus est, ĩlectio ea nonnullis magis adridet hinc matris cultricis cybeles, vt adludatur ad euirãdi ritus, quũ p̃sertim sequat̃ ad sacrificij supplementũ corybãtiaq̄ æra. Alij legũt cultrix cybeli, q̃.s.cybelũ phrygiæ montẽ incoleret, a q̃ dea sit cybele cognominata, porro cybelũ Ti. Donat⁹ agnoscit i.xj.locũ, ĩ q̃ cybele colebat̃. Sane κυβέλην Phœniciç oppidũ agnoscit Herodian⁹, kybellavo oppidũ aiũt phrygię, & κιβέλλον sacellũ, a q̃ rhea sit cybele appellata, neq̄ nõ κυβεληγενής & κυβέλις, vt prisander in.x. Quantũ v̓o ptinet ad, l, litterã in eo noĩe nũc simplicẽ, nũc geminatã, poetę id ex cõmodo suo factitare solẽt, nõ q̃d ea scriptiõe phrygię oppidũ ab altero phœniciæ discernat̃. Legamus itaq̄ hinc mater cultrix cybeli. Quã lectionẽ Seruius etiã videtur agnouisse. Est autem colere, inter alia significata, locum aliquem præsentia sua honorabilẽ reddere, vt eo loco, posthabita coluisse samo, & Pallas quas cõdidit arces ipsa colat. Et apud Liuiũ, vos ceres mater, ac proserpina p̃cor, cæteri superni inferniq̄ di, qui hanc vrbem, hos sacratos lacus, lucosq̄ colitis.

religionẽ inuenerunt:dicũt aũt Saturnum cum a Themide accepisset se a filio pulsum iri regno . vorare omnes filios quos de Rhea vxore gigneret.Sed nati Iouis pulchritudine delectata clam illum sustulit: & nymphis in monte dictæo commendauit qui ab apibus nutritus est: & adhibiti curetes & corybantes. qui tynnitu ęris prohiberent audiri pueri vagitum.Vñ ipsi sunt matris deum ministri.Fingitur hoc quia saturnus æternitatis & sæculorum deus. Sæcula annos in se reuoluunt.Vnde gręce κρονος quasi χϱονος.i.tempus dicit̃.Medio ponto vel secundũ Sallu.pocula continenti.Vel si pateretur latinitas in medio pontorꝝ.Cosmographi enim dubitãt in quo mari creta sit.Nã partim lybicũ partim Ioniũ partim ægyptum. partim achaicũ respicit.Cunabula:origines.Nã in cunabulis iacent infantes.Latẽter dat gloriã troianis dicẽs: se a dijs originem ducere. Vñ est a ioue principiũ generis: vbi & de dardano & de teucro intelligit.Habitabãt:subintellige cretẽses : vel habitabãt p habitabantur: vt insinuat pauor pro insinuat̃. Cretenses primo habuerũt centũ ciuitates. inde vigintiquatuor inde duas.s. gnoson & hierapidnam. Vberrima re. decipitur qui audiuit vbere glebæ. Maximus: fallitur: nã prior dardanus venit Si rite: dubitatione excusat̃ error. Rhæteas ei in e lõgã mutauit:nã ϱοίτειον est græce. Sic μήδεια & αἰνείας Medea & æneas. Optauit: elegit. Habitabant: hi sunt qui cũ dardano venerãt. Mater cultrix:cybele:montis phrygiæ a quo dicta est. Alij dicunt cybelũ fuisse primũ eius sacerdotem. vnde nomẽ ipsa sumpsit:alij cultrix cybeles legunt: vt sit quasi cybeleia. Alij cybelem ἀπὸ τοῦ κυβεσθαι τὴν κεφαλὴν.i.a capitis rõne: quod propriũ est eius sacerdotũ. Corybantia corybãtes ministri cybele dæmones.i. δαήμονες.i. totum scientes. Fida.s. Hinc inquit inuentum est seruare sacris fidele silentiũ. Dñæ dñas deas dicũt: vt dñam ditis thalamo deducere adorti. Fabula est ex scheono vrbe Athlãta fuit adeo pręcpotens cursu: vt sponsos puocaret victosq̄ occideret Hippomanes aũt venerẽ: vt sibi adesset rogauit. A qua cum accepisset de hortis hesperidum tria mala aurea: prouocauit puellam & singula cœpit iacere. at illa cupiditate legendorꝝ malorum retenta superata est. At Hippomanes cum illa in luco matris deum cõcubuit. vnde irata dea eos in leones conuertit & suo currui subiugauit : præcepitq̄ vt nunq̄ inter se coirent . Nam Plynius ait leonem cum pardali & pardum cum leæna concumbere . ideo autem vehi mater deum curru dicitur : quia terra est quæ in aere pendet. Sustinetur rotis quia mundus rotatur & volubilis est. Leones sibi subijciuntur : quia materna pietas omnia potest superare. Corybantes sui ministri cum gladijs finguntur : quia omnes pro terra sua debent pugnare : turrita corona ostendit oppida superposita terris . Gnosia: a gnoso oppido crete. Iuppiter: aer. quasi dicat modo sit serenum Horatius. Manet sub Ioue frigido venator : vel Iuppiter qui præest insule quam petunt Creteis: Quia κρήτη.

Cybele.

Hyppomanes.

bus traheretur . Ergo agite (adhortandi aduerbium) & sequamur qua iussa diuum . id est deorum (vt opinabatur) dicunt . Placemus ventos . id est deos ventorum sacrificio facto: & petamus regna gnosia . id est cretensia : a gnoso, seu gnoso oppido præcipuo in creta nec supple ea regna distant longo cursu. id est spacio ad quod percurrẽdum opus sit longo cursu: quia tertia lux. id est tertius dies: sistet . id est exponet nos oris. id est regionibus creteis . id est cretensibus (sed a crete nominatiuo græco deduxit) modo. id est dummodo: aut si modo Iuppiter adsit. id est nobis auxilio sit & faueat.

SERVIVS.

SER. Hostiæ. ¶Taurum. hostiæ eñ immolantur aut pro qualitate numinis vt Nigra pecus hyemi: & zephyris fœlicibus alba. aut per cõtrariũ vt porcus cereri: quia nocet frugibus. Caper baccho quia nocet vitibus. Neptunno propter futuram nauigationem. Apollini propter oraculum. Nigram hyemi: bono vsus est ordine: vt pri⁹ auertat mala deinde cõciliet bona. Idome≈neus Idomenea: idomeneus Troia rediens vouit in tempestate se sacrificaturum de re quæ prius occurrisset: cũ ergo filius illi occurrisset & illũ aut imolasset aut imolare voluisset puls⁹ a ciuib⁹ pelago salentinũ calabriẹ ꝓmõtoriũ tenuit: & ciuitatẽ ꝯdidit: vt & salentinos obsedit milite cãpos Lyctius idomeneus. Hæc ratio troianos impulit: nam aliter ad hostis regnum ire non potuerunt. Græce linguæ. Idomenea: qnq; sunt Grẹce linguæ æolica: Ionica: dorica: attica. communis, vnde fit in eodem nomine variatio. Bacchatãq; iugis na. aut vitibus. cõsitã: aut celebratam bacchis: aut vbi bacchus ex dijs egit triumphum: nam vt supra diximus ipsi consecrata est quæ & dia dicitur. Dia. Viridẽq; do. a colore marmoris lacedemonij. Olearõ. Non adijcit epitheton cã varietatis. Niueam propter marmor candidum: vt parius ve lapis circundatur auro. Sparsasq; per æquor, cycladas cyclades sed & hæ quas dixit cyclades sũt Sparsas quia nullo ordine continentur: non autem dictæ sunt cyclades: quia in circuitu sint: sed ꝙ longo ordine eas circuire necesse est: vel ꝓpter promontoria vel quia naturale est vt concitatiora sint maria vicinitate terrarum quæ anhelitum ex se emittunt: vnde in quinto nauigaturus Eryci sacrificat. Lego. Legimus: p̃terimus: tractum a nautis qui funes legendo id est colligẽdo aspera loca prætereunt. Hortanꝰ. celeuma est & bene vtitur metro celeumatico. i. anepęstico trimetro hypercatalectico: Celeuma celeuma ẽ quasi pręceptũ vñ Sal. Impediebant iussa nautarũ. Surgẽs: flans contra non flans ponens dicitur vt cum venti posuere omnisq; repente resedit flatus. Curetum: curetes sunt primi cultores cretæ. Pergameam. v. xeugma a superioribus. hoc est vrbem. Gentem sociorum multitudinem lætam autem propter pergama restituta. Amare fo. sacrificia celebrare. Arcemq;: periphrasis: id est domos ædificare. Nam ars est in ciuitate munitus locus. Operata: perfecit sacrificia propter connubia & nouas sedes. Quia neq; coniunx dici: neq; ager coli sine sacrificijs poterat. Operari. Operari: sacrificare: vt Lætis operatus in hærbis. Corrupto cœli tractu. Ordo hic est pestilentiæ vt docet Lucretius primo aeris corruptio: post aquarum & terrarũ mox anima

ꝯ lium.



¶Sic fatus meritos aris mactauit honores:
Taurum neptunno: taurũ tibi pulcher Apollo.
Nigrã hyemi pecudẽ: zephyris fœlicibus albã.
Fama volat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem: deserta q; littora cretæ:
a Hoste vacare domos[a]: sedesq; astare relictas:
Linquimus ortygiæ portus: pelagoq; volamus:
b Baccatamq; iugis naxon: viridẽq; donysam[b]
c d Olearon[c]: niueamq; paron[d]: sparsasq; ꝑ æquor
e Cycladas: & crebris legimus freta cõcita terris[e].
f Nauticus exoritur vario certamine [f]clamor.
Hortantur socii: cretam proauosq; petamus:
Prosequitur surgens a puppi ventus euntes.
Et tandem antiquis curetum alabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ molior vrbis.
g Pergameãq; voco: lætam[g] cognomine gentem.
Hortor amare focos: arcemq; attollere tectis.
h Iamq; fere sicco[h] subductæ littore puppes.
Connubiis aruisq; nouis operata iuuentus:
Iura domosq; dabã: subito cũ tabida membris
Corrupto cœli tractu: miserandaq; venit
Arboribusq; satisq; lues: & lætifer annus.
i Linquebant dulces animas: aut ægra trahebãt[i]
Corpora: tum steriles exurere syrius agros.
Arebant hærbæ: & victum seges ægra negabat.
k Rursus ad oraclũ[k] ortygiæ phœbũq; remẽso
Hortatur pater ire mari: veniamq; præcari:
l Quem[l] fessis finem rebus ferat: vnde laborum
Tentare auxilium iubeat: quo vertere cursus.

PIERIVS.

a ¶Hoste vacare domos. In exemplarib⁹ admodum vetustis domum legi numero vnitatis. Sed plenius est domos dicere quod satis vniuersę facit multitudini, commodumq; ita omnibus hospitium pollicetur. b ¶Baccatamq; iugis naxõ viridemq; donysam. In codicib⁹ aliquot antiquis donusam per, v, latinam vocalem in penultima scriptum legas, nõ hic quia vt Verrio flacco placet, eadem apud nos, v, littera sit, quæ apud græcos, υ, psilon. Sed quia insula ea διον ουσιμ, gręcis est κατα παρα φθοραμ ex Dionysia, quippe ꝙ Bacchus in eam ex naxo traiecerit ariadnam, quam minos pater insequebatur, est & donusam legere in antiquo Taciti codice ijs libris, quos Leo decimus Pont. op. Max. ab interitu vindicauit pro hac eadem insula. Nason vero in codicibus aliquot per, s, notatum inuenies, græci tamen per, ξ, nomen

hoc scripti≈

ASCENSIVS.

¶Sic fatus. Docet sacrificio peracto in cretam profectos & inde pestilẽtia rursus pulsos. vñ dicit Donatus sic. Merito conuenientes Neptunno propter ingruentem nauigationem: Apollini ꝓpter acceptũ oraculũ. Fama vo. oportunitatẽ cõuenientẽ oblatã ondit. Fauebat ergo troianis locus: qa sc̃dm anchisen fata creta portendebãt: itẽ tpis: qa regnum vacabat. Erãtq; dom⁹ parate ne essent cũ magno labore ædificãde Volamus. õdit ex ꝓspera nauigatione q̃tum valuerint obseqa sacrificiorꝫ. Sparsasq;. p. post spãlia transit ad generalitatẽ. Nã cũ dixisset noĩa aliquarũ insularũ addit crebris legimus. f. c. t. qa nec cognitionem habere. Eneas oĩm vocabulorꝫ potuit & odiosum fuit relationẽ ipsam facere longiorẽ. Legere aũt est nauticũ v̾bũ: cũ colligunt funes: cũ pelagi ꝓlixa trãsmittunt. Et ꝑtinet ad oẽs insulas & ad freta ꝑtinet. Clamor: vel morem nautarum exꝓssit vel eorꝫ gaudium q suffragantibus vẽtis ꝓspera sperabãt. Vario. c. nã varia officia sunt & oĩa cũ certamine & labore. Tandem non ꝓlixe nauigationis fuit. sed cupiditatis nauigantium. Nam cupienti oĩa tarda sunt & si summope ꝓperenꝰ. Auidus: nõ auarus: sed q̃si ocij cupid⁹. Focos: vt haberẽt cũ larib⁹ nouis affectus. Arcẽq;: q̃ p̃cipue amauit in troia hæc repare cupiebat. Sicco: nam vdum etiã est littus. Cõnubijs aruisq;. Quæ res ostendebat magnã fiduciã manẽdi. Iura domoq;. Leges viuendi & domos: aut ipsarum domorum iura. i. dños a legibus deputans. Subito. c. t. m. securis ac dispositis omnibus subita pestilentia coorta est ex aeris corruptione non hominibus solum: sed & arboribus & satis victus causa. Supra enim dixerat. Aruis operata iuuentus. Languore autem corporis lætũ effugere non poterant. Linquebant: ex principali malo hæc ꝓueniebant: aut moriebantur homines aut corporibus tabe dissolutis trahebant miserabilem vitam. Exurere sy. Ergo qui spem euadendi habebant fame perituri videbantur: cum syrius exurendo oĩa sterilia redderet. Rursus: pater: q prudentiæ alios p̃ibat prim⁹ sensit aliqd factũ contra pręcepta Apollinis hæc ille. ¶Ordo est. Supple anchises: fat⁹ sic: mactauit aris. i. ad aras honores meritos. i. conueniẽtes aut debitos dijs qbus aras extruxerat appositorie: taurum neptũno. s. mactauit & mactauit tibi o apollo etiam taurũ: & mactauit hyemi. i. deo tẽpestatũ pecudẽ nigrã quia infaustus est deus & mactauit zephiris fœlicibus: albã sup. pecudem, fama volat. id est velociter circũfertur: idomenea ducem. s. creteñ. hoc est principem terræ siue is rex siue dux dicẽdus (Nã dux sępe officij ñ dignitatis

nomen

nomē est: vt de achate duce achate.de didone.dux fœmina facti &c. Declinatur autē hic idomeneus: vñ præter consilium noim morē penultimā accusatiui producit) Pulsum.s. quia filium immolare voluit: cessisse.i. excessisse regnis paternis vñ pelli nō debuit nisi ob detestabile facinus & littora crete deserta.s. a duce & illo & alio cū filius iunior esset q̄ qui p̄esset: vñ prius nō immerito dixit desertas querere terras.& domos.s. cretenses vacare.i.vacuas esse:hoste.i. inimico & sedes relictas.s.a duce ꝓfugo:astare.i.paratas esse Et ideo nos linquimus port⁹ ortygię.i.deli:a coturnice dictę: & volamus.i.celerrime nauigam⁹ pelago.i.per pelagus & legimus i.ordine suo pertransimus nauigādo:aut potius linquim⁹ naxō insulam illā:bacchatā.i. bacchis hoc est sacerdotibus bacchi habitatam aut baccho sacram aut bacchico munere.i. vitib⁹ amatā & ita scribitur per ch.nam a bachis scilicet fructibus syluestrib⁹ aut vnionibus bacchatā diceremus: iugis.i.in collibus aut mōtibus suis & donysam viridē a colore marmoris quod & lacedemoniū dicit̄:& olearon:& parō niueam ꝓpter marmor candidissimū:& cycladas supp. alias.i. insulas in circuitu in morē cycladis vestis iacentes & vt Ply.asserit circa delon ī orbē sitas sparsas per equor scilicet egeū & legimus.i.pernauigamus suo ordine:equora cōcita.i.cōmota (vt sit hypallage pro eo qd̓ est terras cōcitas equoribus) aut cōsita.i.contermina: crebris terris clamor nauticus.i. celeuma nautarum exorit̄ vario certamine:quia cū secundo vterentur vento certatim incumbebant veloci nauigationi vñ præmissum est. Pelagoq; volamus. Socij hortant̄ vt sup.petam⁹ cretam & ꝓauos.i.maiores nostros Ventus surgēs.i.flans:a puppi.i. a posteriore parte nauis & ita a tergo:ꝓsequitur nos euntes.i.ꝓficiscētes:& nos allabimur(Præsentis est tēporis ab allabor allaberis) tandē:post.s.longa desideria:licet parū esset more oris.i.regionibus antiqs.i.charis nobis: aut vñ antiquā originē traximus:euretū.i. illoꝝ populoꝝ in creta:qui primi cultores eius fuerūt. Ergo ego auidus molior.i. cū mole extruo:muros vrbis optate.i.desiderate:& voto pergameā scilicet vrbē:& hortor gentem lętā cognomine.s.vrbis:amare focos.i.dijs laribus sacrificia celebrare:aut nouas domos libēter incolere:& attollere arcē tectis.i.ędificare domos aut reuera arcē:& iam puppes sup.erant fere subductę.i.sursum ductę: in littore sicco & iuuentus sup.erat fere operata.i.sacrificia expleuerat(.Nam facere & operari qñ per se ponuntur rem sacrā cōnotant vt cum faciam vitula ꝓ frugibus ipse venito:& hęrbis operata iuuētus) operata ergo cōnubijs.i.ꝓpter cōnubia:& aruis nouis.i.propter arua noua iam primū arata ab eis & ego dabā eis iura.s.ciuitatis: & domos.s.priuatas:iam dicit:quū.i.qñ:lues.i.infectio:tabida.i tabi plena & miseranda.i.miserandos nos faciēs:venit.i.suborta est subito:& hoc tractu.i.regione aut climate illo cœli.i. aeris vicini: corrupto:venit dico membris.s.hoim & arboribus & satis:& annus lætifer.i.mortifer hoc est mortem per pestem afferēs venit. Corpora linquebant animas dulces scilicet sanis: hoc est vitam suam:aut ipsa ægra.i.saucia & infirma:trahebant sup.eas videlicet animas:hoc est anhelitū & spm̄ vitalem tum.i.insuper syrius.i.sydus illud ardēs in ore canis exurere sup. cœpit aut exurebat.agros steriles.i.quos exurēdo steriles.i.effecit : nō qui de se steriles erant nam dictū est:Centū vrbes habitant magnas vberrima regna:hærbę arebant.i.aridę fiebāt:hoc est desiccabant̄: & seges.i.terra:ægra.i.languida ꝓpter intemperiē cœli : aut reuera seges frumenti:q̄ inanis erat:negabat sup.nobis victū:pater hortatur ire rursus ad oraculū ꝓ ad oraculū ortygię.i.deli & ad phœbum.i.apollinē:hoc est ad oraculū apollinis in ortygia seu delo dari solitū:& hoc mari remenso.i.renauigato:& p̄cari veniam.i. hanc gratiam vt dicat quē finem ferat.i.dicat aut cōstituat:fessis scilicet nobis:& vñ.i.a qua re:aut a quo genere piaculi aut sacrificij. iubeat tentare.i.attentando obtinere auxiliū:& quo iubeat vertere cursus sup.nostros.Nam ex infortunio sensit nō in cretā confidendum fuisse cum dij placati in malū non impellant.

hoc scriptitare solent.Eodem hoc modo apud Liuiū in captiuitate syracusarum corrigendus locus ex veteri codice,epicides ab insula ,quam ipsi naxon vocant.Nam Nason per,s, in impressis codicibus habetur. Sed vt ad naxō alterā, qua de nunc agitur,redeam,illud minime præterierim, traditum ab asclepiade,naxias mulieres solas hominum octimestrem fœtum vitalem parere.Siue quod bacchus sibi iunonem conciliauerit siue quod eo temporis spatio sit ipse natus , cuius rei memoriam ita voluerit illustriorem fieri. c ¶Olearon.In antiquis aliquot exēplaribus oliaron secunda vocali per ιωτα scriptum inuenias,vti etiā scribitur apud græcos , de qua ita traditur.ωλιαρος νησος των κυκλαδων μια.solent tamē latini ιωτα libenter in,e,vertere,vocali alia præcipue subsequente,vt in nomine æthereus . Fuit vero oliaros sidoniorū colonia,vt ponticus heraclides tradit, in libro de insulis . Ea vero a paro distat octo & .l. stadia. d ¶Niueamq; paron. In codicibus aliquot anti.parum idiomate latino scriptū inueni.Sed enim propria nomina græce declinata, plerunq; nescio quid venustius sonare videntur, sic paron magis placet. Ita etiam apud historicos,vt in ant.Liuij cod.corinthon legi. & clam cypron profugit , & alia huiusmodi pene innumera. e ¶Crebris legimus freta cōcita terris.In codicibus aliquot manu scriptis legi freta concita remis,frequenti quippe nauigatione solicitata,quod quidem fieri in multarum insulaꝝ, earundemq; passim habitatarum,vicinitate,par est: sed neq; displicet terris, vt freta dicat crebris incursationibus tam frequētium insulaꝝ concitari. f ¶Nauticus exoritur vario certamine clamor.Sunt naris admodum emunctę viri,qui pro certamine legendum autument hortamine,sustinerïq; versum adspirationis vi contendant. Eam ego lectionem nusq; in antiquis codicibus inueni.Legi vero apud Ti.Donatum,in nauivaria esse officia, & tamen omnia cum certamine & labore.Quare quam is lectionē agnouerit, meridiana luce clarius apparet. g ¶Pergameamq; voco lætam cognomine gentem.In pluribus antiquis exēplaribus versus hic in duo membra dispescitur,cum superiori enim versu, Ergo auidus muros optatæ molior vrbis,hemistichiū adiungunt,pergameāq;,voco. coma mox interiecta subiungūt,,& lætam cogn.gentem hortor amare focos.Pontanus versu pro vnico membro citat,non tacitur⁹, si,& illud insertum agnouisset. h ¶Iamq; fere sicco subductæ littore puppes. Tria in hoc versu nomina geminatis consonantibus notata.In antiquis codicibus simpliciter scribuntur sico,litore,& pupes,siue ita deposcat analogia,siue quia,vt Victorinus ait,antiqui consonantes geminare non consuerunt,vt in his annus Lucullus,Memmius,& his similibus,supra vero consonantē quā geminari oportebat,sicilicon imponebāt,cuius figura hæc.ͻ.est Victorino,anͻus,luculͻus, memͻius . Idq; signū geminādi apparere in multis veteribus adhuc scriptis libris attestat̄:sed em de litore cur vnico omnino,t,scribi debeat,in.vij.disputatum. i ¶Linquebant dulces animas aut egra trahebant corpora. In codicibus aliquot antiquis vna eademq; periodo concluduntur. Et lætifer annus linquebat dulces animas, aut ægra trahebat corpora, vt lætifer annus sit subiectum.In alijs tamen exemplaribus cariosioribus legi Linquebant animas dulcis aut ægra trahebant corpora,quæ lectio recepta. k ¶Rursus ad oraclum ortygiæ.In antiquis plerisq; cod.oraculum integra dictione scriptum inuenias.In quo forte putabant,a, secundam syllabam a principio corripi posse ratione polisyllabicæ dictionis , quod aiunt quidam in huiusmodi vocabulis medias plerunq; ad placitum poni,vt sidonia dido,& sidoniam picto.Sed enim omnes iam probant oraclum,κατα συγκοπην. l ¶Quem fessus finem.In antiquis aliquot codicibus quā legitur.f.g.vt hoc loco no. Marcellus agnoscit,q̄uis alibi dictum sit a Virg.Hic finis fandi.finem porro.f.g.proferre maluerunt Varro.Cassius.Cæcilius.Atius.& Lucretius.

lium. Apolline autem offenso creatur pestilentia. Hoc ostendit Home. cum eū armatum sagittis describit:vñ Apollo dicit̄ απο του απολλειν. Si contra cytharam tenet mitis est.Hora. Cōdito mitis placidusq; telo Supplices audi pueros Apollo.Linquebant:nam aīa secundum eos qui dicunt illam immortalē relinquitur & non relinquit & ad diuersa corpora trāsit: vt & cum frigida mors anima seduxerit artus.Sic enim nos relinquit quorum nihil præter corpus est. Vñ palinurus.Nunc me fluctus habet:hoc est corpus qd̓ solū mecū est.Syrius:stella in ore canis quę orit̄ circa.viij.Kal̄.Iulij q̄ orta plerunq; pestilentiā toto anno facit plerūq; paucis dieb⁹ interdū innoxia nascit̄.Creat pestilentiā:si in hanc rē etiā cæteroꝝ cōsentiat astroꝝ cursus.Seges:terra. Apollo

SERVIVS.

¶Visi astare non astabant : sed videbantur.Insomnis.id est vigilantis: vt vna sit pars : Vel insomnis pro insomnijs per apocopē:vt peculi pro peculij.Multo lumi.cum nymbo suo. Inseratas:aut clatratas:aut non feratas vt sit pro inseratas : vt asprosq;

molares

Nox erat:& terris animalia somnus habebat.
Effigies sacræ Diuum:phrygiiq; penates:
Quos mecū a Troia mediisq; ex ignibus vrbis
Extuleram:visi ante oculos astare iacentis

ASCENSIVS.

ASC. ¶Nox erat. Docet quomodo in sequēti nocte postea q̄ anchises decreuerat rursum in delon mittere dij penates cohortati sunt in Italiam proficisci:docentes eam esse terram eamq; matrem quā phœbus significauerat . De qua re dicit Donatus sic . Nox erat. Dona.

virtutes

Insomnis multo manifesto lumine: qua se
Plena per incertas fundebat luna fenestras:
Tum sic affari: & curas his demere dictis
¶Qđ tibi delato ortygiam dicturus apollo est
Hic canit: & tua nos en vltro ad limina mittit.
Nos te Dardania incensa: tuaq; arma secuti:
Nos tumidũ sub te pmensi classibus æquor:
Idem venturos tollemus in astra nepotes:
Imperiumq; vrbi dabimus: tu mœnia magnis
Magna para: longũq; fugæ ne linque laborem.
Mutandæ sedes: nõ hæc tibi littora suasit
a Delius: aut[a] cretæ iussit considere Apollo.
Est locus: hæsperiam Graii cognomine dicunt:
Terra antiqua potens armis: atq; vbere glœbe:
b O enotrii[b] coluere viri: nunc fama minores
c Italiam duxisse[c] ducis de nomine gentem:
Hæ nobis ꝓpriæ sedes: hinc Dardanus ortus:
Iasiusq; pater: genus a quo principe nostrum.
Surge age: & hæc letus longæuo dicta parenti
d Haud dubitanda refer: coritum terrasq; reqre[d]
Ausonias: dictæa negat tibi Iuppiter arua.

¶ virtutes animi sui & meritũ & gratiã deoꝝ cõmendat & oñdit ꝙ cæteris dormientibus ipse acriter rebus publicis inuigilabat. Qua se. ple. voluit demõstrare q̃uo in nocte videre potuit. s. p radios lunæ: tunc sic ne vlterius recurrentib⁹ curis frangeret. Qđ tibi dela. ne geminet̃ labor redeundo apollo facit vt hæc referẽtib⁹ nobis hic audias q̃ apud eũ esses auditur⁹. Magnus ergo numinis fauor: non rogat̃ & fauet. Nõ nauigas neq; domo egrederis & dei iussa famulantibus dijs ad tuas aures veniũt. Nos te: ad hoĩem errore iã a patre imbutũ debuit mitti persona cui⁹ authoritate ac meritis etiã incredibilia credi possint. Dij ergo penates huiuscemodi erãt q p̃terita memorãdo futura meliora pollicerent̃ Artis est igit̃ excludere ante sollicitudinẽ primã & liberato angorib⁹ aĩo alteri⁹ nauigationis labores in gñe ac mõstrarit: nõ cas sedes oñdisse Apollinẽ describit nec eũ mõstrasse locũ. Hinc Dardanus ortus: oñdit cũ Apollo dixit. Quę vos a stirpe parẽtũ Priã tulit tell⁹: ñ de creta: & de teucro sed de italia & dardão eẽ ĩtelligẽdũ Lõgeuo. occulte corripit ipm senẽ de origĩe suoꝝ nõ debuisse falli. Iuppiter: q crete peculiaris amator est. Surge. oñdit̃ p somnũ hoc vidisse: ꝗuis aliqui exponãt insomnis. i. vigilãtis. Hęc ille. ¶Ordo est. Nox erat: & sõnus habebat. i. occupabat aĩalia cum sup. effigies sacrę diuũ & penates phrygij. i. troiani: quos ego extuleram mecũ troia ex medijs ignib⁹ vrbis: visi sup. sunt astare añ oculos sup. meos: iacẽtis. i. cubãtis: ĩsomnis. i. ex sõnis & vigilijs: & h̃ sup. cũ multo lumine manifesto i. mihi visibilr̃ apparẽti: sup. ea q̃ luna plena fundebat. i. infundebat aut inspergebat lumẽ suũ. p fenestras ĩsertas. i. nõ seratas sed aptas: aut nõ cõsertas. i. coclusas: sed reseratas parũ (nã Landinus vult hypallagẽ esse vt sint fenestrę. insertę: ꝓ luna inserta) Tũ. i. deinde postq; mihi manifesto lumine visi erãt: affari sup. cœperũt: aut affabant̃: & demere. i. demebãt curas his dictis. Apollo canit tibi hic quod dicturus est tibi delato. i. postq; delatus fueris ortygiam id est in delon & en. i. ecce mittit nos inq; quibus fidẽ habere debes: quia nos secuti sumus te & tua arma id est tuam ꝓtectionem aut dexteritatẽ in bello & hoc dardania: id est regione quam Dardanus incoluit incensa: nos permensi: id est perfecte mensi sumus classibus id est pernauigauimus sub te id est sub ductu tuo. equor tumidum. id est procellosum & nos ijdem tollemus: id est extollemus in astra propter cæsarem id dicit: de quo ĩ buco. illic. Ecce Dionei processit cæsaris astrũ: dictum est nepotes venturos id est posteros tuos & dabimus vrbi scilicet quam nobis statues imperium quod cæsar perpetuum vsurpauit: tu para (nõ dicit extrue: sed para id est prepara quia non ipse sed posteri eius id fecerũt) dijs qui in capitolio Romæ colebantur: magna mœnia scilicet romæ: septem colles complectentis: & ne linque pro ne derelinquas longum id est diuturnum laborem fuge. Sedes id est mansiones aut habitationes sunt mutãde. Delius Apollo: nõ suasit tibi hæc littora: aut. i. vel nõ iussit considere cretę. i. ĩ creta. Est loc⁹ sup. quẽ aut quã: sed more suo subticet relatiuũ in descriptione

Ordo.

descriptiõe loci graij dicũt. i. appellant hesperiã cognomine locus dico existẽs terra antiqua. i. quæ diu regnauit & ita nobilis potẽs armis atq; vbere. i. fertilitate glebę. i. terræ piguis. Viri enotrij de qb⁹ ĩ prios ĩ orone Ilionei dictũ ẽ: coluere sup. eã: fama sup. ẽ nũc miores. i. posteros. dixisse. i. appellasse Italiã de noĩe ducis: q. s. ital⁹ vocabat̃. He sedes. s. hesperia aut Italia sup. sunt: ꝓprię: nobis: aut nobis ꝓprie Dardan⁹ ẽ ort⁹ hic. i. ex his regiõib⁹ Italię: Et iasi⁹ pr̃: ẽ ort⁹ hic. i. ex Italia a q̃ prĩcipe. i. a quoꝝ priore & prĩcipe viro Dardano videlicet: est nostrũ. s. troianoꝝ genus. Age: ad hortandi aduerbiũ surge & tu l̃ lætus refer. i. rerecẽse & enũcia hæc dicta. i. q̃ tibi dixim⁹ parẽti lõgæuo. s. Anchisæ haud. i. nõ dubitãda. i. certissima & verissima: reqre corytũ ciuitatẽ Italiæ. vñ Dardanus venit: & terras ausonias id est Italicas in eam regionem quam ausonij olim coluerunt: Iuppiter negat tibi aura dictæa: id est cretensia: a parte totum.

moiares pro asperos. Orygiam id est ad ortygiam. En: demonstrantis est: vt fidem faciat: ne somnium videatur. Dardania: deriuatiuũ ab authore. Tua arma quasi dicat tuas partes. Nepotes significat. C. Cæsarem qui primus inter deos relatus est: & cuius sydus apparuit vt ecce Dionæi processit cæsaris astrum: Oenotrij: vel a rege vel a vino: nã vitem serere italis ostendit Saturn⁹. Propriæ ꝑpetuæ. Dardanus & Iasius fratres fuerunt Electræ filij: sed Dardanus de ioue: Iasius de Corito: a quo mons & vrbs nomen accepit. Postea Dardanus dicitur Iasium occidisse. A quo. Dardano. Nostrũ: ergo deos penates quasi troianos intelligas. Potest & ad ritum referri: nam labeo in libro de animalibus ait esse quædam sacra quibus humanæ animæ vertuntur in deos: qui dicuntur animales ꝙ de animalibus fiãt: & sunt dij penates & vitales. Haud dubitãda quia aut dubitaret de cõsilio anchisæ: aut ne propter somniũ non crederet. Dictæa: est mons Cretæ dictus a dicte nympha: in quo nutritus dicitur Iuppiter. Iuppiter quia ipsis cretensibus præest.

PIERIVS.

a ¶Aut cretæ iussit considere Apollo. In codicibus aliquot ant. replicata negatione legit̃, haud cretæ, vti prius etiã erat in codice Med. qđ interpretes non admittunt. Sunt etiã codices in quibus consistere legatur. Sed considere magis placet, vt illud, Vultis & his mecum pariter considere regnis. Qđ vero cretæ aduerbialiter vt vrbium propria nomina positum sit, ne quis carminis id necessitati condonandum dicat. Oratores etiã eadẽ vsos elocutione scimus, apud Varronem. lib, primo de agricultura, itaq; crætæ ad cortinam dicitur Platanus esse, quæ folia hyeme nõ mutat.

b ¶Oenotrij coluere viri. In antiquis plærisq; codicibus Oenotri vnico, i, scriptum est, vt in primo diximus. Quanquam etiam si Oenotrij scribatur, ij, geminato, duo illa, ij, vnica pro syllaba per eam, quæ frequentissima est apud veteres poetas, figuram sinizesin, accipientur. Non aliter ac dij vnica syllaba grammatici quidam veteres enuntiari iubent, duabus quantumuis scriptũ vocalibus, quæ minime coire in diphthõgum possint. In monumentis autem veterum sæpe videas eam litteram geminari Attiano more. pro vnica vero proferri, vt illud Romę. Libertis libertabusq;, suijs, Quã tñ dictionẽ (liceat hæc in Doctorum quorundam gratiã inserere) etiam per, ei scriptam ex instituto Lucilli non semel inuenias. Vt illud. Monumentum fecit & sibi & sueis, eãdem porro scribẽdi varietatem in nominatiuo plurali masculini generis a pronomine is, ea, id, obseruaui. Nam in arcu aquæductus, qui est in Celio monte, scriptum est. P. Cornelius. p. f. dolabela, & quæ sequuntur. Faciundum curauerunt, eidemq; probarerunt. Attiano ṽo more in arcu quodam legitur inter Auentinum & tyberim. p. Lentulus. c. n. c. Scipio. T. Quint⁹ Crispin⁹, Valerianus, cos. r. s. c. faciundum curauere: ijdemq; cõprobauere. Vt ex hoc etiam terminationes illas curauerunt, & curauere, probauerũt, & probauere, eodem accipi significato videamus, quum alteram in, re, scilicet exeuntem, nonnulli dualis esse numeri, voluerint.

c ¶Dixisse ducis de nomine gentem. Quod in codicibus aliquot antiquis Duxisse legatur, librariorum omnino negligentia factum puto. Nam tota hæc sententia super nominis nũcupatione versatur.

d ¶Coritum terrasq; require. In codicibus aliquot antiquis, requiras legitur. Sed plura sunt exemplaria manu scripta, quæ cum Mediceo & eo, quem mihi Camillus Porcius legendum dedit, requirat tertia persona legant. ad anchisen enim hæc referenda sunt, & eius acquiescendum est sententiæ. Quam lectionem Ti. Donatus etiam agnouisse videtur.

¶Talibus

ASCENSIVS.

¶Talibus attonitus. Docet quō peracto sacrificio patrē de rebus visis & auditis certiorem fecerit: hisq; auditis illis errorem agnouerit. vnde Donatus sic. Attonitus: duo erant mirāda & deos videre: & optata loquentes audire. Nec sopor: nō em pleno somno viderat: aut audiuerat. Nam nec plene vigilabat nec plene dormiebat. Gelidus sudor: & hoc cōfirmat deos vidisse æneam. Corripio e stratis: ostendit prope vigilantem. Nam posuisset expergefactus sum si dormisset. Exprimit autem festinantem. Munera quæ sunt vinū & thus. Certum quia primę interpretationis vitio reddebatur incertus. Ostēdit aūt poeta diuinas admonitiōes referendas nō esse nisi primo patri sacrorum. & præcis obsequia sunt vt prosperentur quæ bona sunt quæ aūt mala vertantur in melius. Deceptus aūt fuerat Anchises: qa memoria Dardani antiquior erat q̄ teucri & propterea obscurior. Apollo aūt cum dixisset antiquam: ostēdit fuisse recentiorem. Norat em̄ & primam esse & secūdam. Fatis iliacis: nō proprio fato laborabat. Excusat igitur & laborem irrite nauigationis ad cretam fatis adnectit: vt inuidiam qua afficiebatur q̄ illi frustra laborassent purget ex cusatione: cum factū negari non possit. Sola mihi: vni em̄ Cassandre credendū nō fuit. Deinde nō videbatur verisīle tam longinquas sedes esse petendas. Hęc ille

a ¶Talibus attonitus visis: ac[a] voce deorum:
Nec sopor illud erat: sed corā agnoscere vultus
Velatasq; comas præsentiaq; ora videbat
Tum gelidus toto manabat corpore sudor.
b Corripio e[b] stratis corpus: tendoq; supinas
Ad cœlum cum voce manus: & munera libo
Intemerata focis: perfecto lætus honore
Achisen facio certū rēq; ordine pando
Agnouit prolē ambiguā: geminosq; parentes.
c Seq; nouo veterum deceptum[c] errore locorū.
Tum memorat ¶nate Iliacis exercite fatis.
Sola mihi tales casus Cassandra canebat:
Nūc repeto: hæc gñi portēdere debita nostro:
Et sæpe hesperiam: sæpe Itala regna vocare:
Sed quis ad hesperiæ venturos littora teucros
d Crederet? aut quē tūc vates cassandra moueret?[d]
Cedamus phœbo: & moniti meliora sequamur.

PIERIVS.

a ¶Visis ac voce deorum. In antiquis plerisq; cod. & voce legitur: prout etiam est in Donatiano codice, verum ac minime
b displicet. b ¶Corripio e stratis corpus. Antiqua aliquot exēplaria corripio stratis absq; præpositione separatiua legūt, vt
c haud segnis strato surgit pal. c ¶Seq; nouo veterū deceptū errore locorū. In antiquis aliquot codi. errore parentum legit̄. Sed quia sermo est de sedibus fato præmōstratis, locorum. In multis etiam reperitur, atq; ea lectio plurimū subditicia prio
d ri abrasa, quæ parentum fuerat. d ¶Cassandra moueret. In codicibus aliquot antiquis moneret scriptum est. Magis vero placet moueret, vt sit, cui nam hoc ea persuasisset, Troianis rebus tunc adeo florentibus.

SERVIVS.

¶Visis: deorum vultibus. Attonitus: stupefactus. pprie is attonitus dicitur cui casus vicini fulminis & sonitus tonitruum dāt stuporem. Velatas: vittatasq;. vt victori velatum auro vittisq; iuuencum. Nam dij qui erāt apud laurum lauinium non habebāt caput velatum. Corripio: nequs tierate videatur reliquisse somnum. Quotiens autem ex abrupto somnus aufugerit: omen infœlix significat. nam hic tempestas sequitur: & in secundo Excutior somno & sequitur excidium vrbis: nec sine ratione: nā si somnus munus deorum est: vt dono diuum gratissima serpit. Nō sine infœlicitate munus deorum discedit. Tendoq;. s. honesta locutio cum vno sermone respondemus duobus: vt interea fessos vētus cum sole reliquit. Intemerata: rite facta: vt si leniter vinū infundendum sit: & mola inijciēda: sic fiant vt ratio sacrificij exigit aliter temerata sunt sacra: vñ Helen[9] Ne q̄ inter sanctos ignes in honore deorꝝ. Hostilis facies occurrat & oīa turbet. Focis: & nō aris. qa penatib[9] sacrificabāt: Ambiguā: duplicē & nō incertā Geminos: duos. Nouo aut p cōtrarietatē sermonū declamauit: aut nouū. i. magnū. Exercite: defatigate: exercitatus aūt peritus. Casus ca s. c. hęc cōpositio antiqs placuit: quæ iam vitiosa est: vt anchisen agnouit amicū. Portēdere deberi. Crederet: propter lōgitudinem spacij.

¶Ordo est. Ego inquit æneas attonitus. i. stupefactus quasi tonitru percussus: talibus visis. s. deorum vultibus aut visis pro visionibus: & voce deorꝝ sup. tali audita scilicet Nec illud erat sopor. i. pfunda dormitio: hoc est non videbā per insomnia: sed videbar. s. mihi (Ergo vt Donatus dicit nec plene etiā vigilabat: quia nō asserit se vidisse: sed visum esse q̄ viderit) agnoscere coram. i. in cōspectu meo vultus. s. deorꝝ & comas velatas scilicet vittis aut velo: & ora præsentia: tū. i. in super aut postea gelidus sudor qui violentiā indicabat & stuporem: manabat toto corpore sup. meo. i. de toto corpore meo ego corripio. i. celeriter & violenter (quod signū futuri incommodi per tempestatē Seruius indicat) rapio: corpus e stratis. s. lectis & tendo manus supinas. i. sursum erectas ad cœlum. s. cum voce. i. prece sequenti: & libo. i. offero munera. s. thus: & vinum intemerata. i. rite facta: focis. i. aris deorꝝ penatium ego lęt[9] honore. i. honorifico sacrificio perfecto. facio Anchisen. s. patrem certū (Orator secundum quosdam diceret certiorem quia elegantius id dicitur: verum metri causa coactus certum dixit poeta. Sunt tamē qui penitus vim vocabulorꝝ inspicientes dicant modestię & honorificentię tantum gratia inuentū esse vt certiorem & certū facere dicant oratores: nam certiorem facio eum qui non penitus ignorabat rem: certum qui penitus: ne ergo turpe sit quicq; oino ignorasse dicunt certiorem fieri: hic vero quia res non humanitus sed diuinitus reuelata penitus anchisen latet: recte dicit facio certum: sed nolumus in istis argutiores videri) q̄ pro & pando. id est facio: rem ordine. i. quo ordine dicta & facta sint omnia eodem recito patri. Pater sup. Anchises: agnouit prolem scilicet gētem troianam ambiguam. id est incertam quo parente. Dardano ne an teucro dicatur orta (Seruius tamen maluit geminam & duplicem q̄ incertam dici) & se deceptum nouo. id est insolito errore veterum locorꝝ: & est antithesis: aut nouo scilicet magno errore: tum. id est deinde: memorat. i. quod memoria tenebat eloquitur dicens o nate exercite. i. fatigate fatis Iliacis. i. troianis debitis sola Cassandra scilicet filia priami & vates de qua in secundo huius dictum est canebat mihi tales casus. i. euētus miseros vt scilicet diu erremus Italiam quærentes ego repeto. i. memoria repetens agnosco fata portendere. i. q̄ fata portendebant hæc debita nostro generi. i. q̄ hęc fataliter portenta sunt nostro generi (vt etiam errores ne ob culpā putentur fatales censeantur hoc finxit poeta) & repeto fata portendere genus nostrum vocare. i. vocaturum aut vocare debere hoc est exoptare sępe hesperiam & sępe regna itala. i. italica sed quis crederet teucros (id potius dixit q̄ dardanos cum etiam dardani sint vt errorem suum purgaret cum tamen oracula dardanidę duri &c. dixerint) venturos ad littora hesperię. i. Italię vnde tantum distent. q. d. nemo aut quem Cassandra moueret. id est incitaret ad credulitatem tum. i. tūc cum obsidione præmebatur vrbs nostra: & impatientia forsitan rapta credebatur: vnde etiam addita est particula tunc in secundo vbi dictum est. tunc etiam fatis aperit. Cassandra futuris Ora dei iussu non vnq̄ credita teucris. Cedamus phœbo. i. monitis phœbeis: quæ Italiam significabant cum dicerent Dardanidę duri: & quę etiam a cassandra pandebantur & nūc a dijs penatibus significata sunt. Nā dixerant. Quod tibi delato ortigyam dicturus Apollo est: Hic canit &c. & nos moniti sequamur meliora scilicet hic q̄ nacti sumus vnde dira peste propellimur.

SERVIVS.

¶Hanc quoq;: vt troiam & thraciam: & cum dolore dixit. Caua trabe: periphrasis. i. naue. Supra caput: perniciosus. Noctem hyemem pluuiam cum obscuritate. Vasto: epitheto auxit tapinosim. Nox. h. nube caliginosa. Cæcis: incertis quia sydera non apparebant. Ipse. i. nauigandi peritus. ※ Emphasis

¶Sic ait: & cuncti dictis paremus ouantes.
Hanc quoq; deserimus sedē: paucisq; relictis
Vela damus: vastūq; caua trabe currimus æquor:
Postq̄ altū tenuere rates: nec iam amplius vlle

ASCENSIVS.

¶Sic ait &c. Docet vt agnito errore a creta discesserunt vtq; sub orta tēpestate durissima in Strophadas insulas depulsi sint. vbi harphyas offenderunt sęuissima monstra: de quibus omnibus dicit Donatus sic. Dicto: vel apollinis vel anchise. Ouātes: & ppter ereptum laborē iterum in delū ☞ enauiga idi:



Apparent terræ: cœlum vndiq; & vndiq; pontus.
Tum mihi cæruleus supra caput astitit hymber
Noctem hyememq; ferens: & inhorruit vmbra tenebris.
Continuo venti voluunt mare: magnaq; surgũt
Aequora: dispersi iactamur gurgite vasto.
Inuoluere diem nymbi: & nox humida cœlum
Abstulit: ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur cursu: & cæcis erramus in vndis.
Ipse diem noctemq; negat discernere cœlo:
Nec meminisse viæ media palinurus in vnda.
a Tris adeo incertos cæca caligine soles[a]
b Erramus pelago: &[b] totidem sine sydere noctes.
Quarto terra die primũ se attollere tandem.
c Visa: aperire procul montes: ac voluere[c] fumum.
Vela cadũt: remis insurgim⁹. haud mora nautæ
Adnixi torquent spumas: & cærula verrunt.
Seruatũ ex vndis strophadum me litora primũ
d Excipiunt[d]: strophades graio stant noïe dictæ.
Insulæ Ionio in mago: quas dira Celeno
Harpyæq; colunt aliæ: Phineia postq̃
Clausa domus: mensasq; metu liquere priores.
Tristius haud illis monstrum: nec sæuior vlla
Pestis: & ira deum stygiis sese extulit vndis
Virginei volucrum vultus: fœdissima ventris
Proluuies: vncæq; manus: & pallida semper
Ora fame.

¶ renauigandi: & propter magnam spem propositam. Est autem hæc descriptio nauigatiõis: in qua eadem res sepius dicitur diuersa & splendida compositione verborum. Tempestas autem egregiæ descripta est: cum vno pulsu omnia simul elementa turbantur. In hoc & initium posuit vt Ceruleus supra caput. a. i. Et augmentum vt noctem hyemẽq; ferens. Et quæ solent consequi ex huiuscemodi reb⁹ vt inhorruit vmbra tenebris: & cõtinuo voluunt fluctus mare & reliqua quę maximam ostendunt violentiã vt q̃uis multum laborarent tamen a cursu detorti quo volebãt non peruenirent. Ipse maximum habet intellectum. i. qui peritissimus esset gubernator qui nauigandi arte pollebat: q viã in fluctibus obseruatione syderũ norat. Descriptis autem omnibus q̃ orta tempestas & cuncta perfecerat: vt finẽ ostẽdat addit. Vela cadũt: verum contraria videnť: q cum dixerit diem noctẽq; negat discernere cœlo: deide addat tris adeo incertos cęca caligine soles Qũo em̃ hæc scire potuit: si nulla erat distinctio noctis & diei: Sed responde voluisse poetã obscuritatem aeris nimis satiare. Nam qui fieri potuit sic accidere tenebras: vt inter ipsas & verã noctem nihil interesset: vel intellige dierum & noctuum numerũ distinxisse crebris coruscationibus quæ vel stellas vel solem ostẽdere potuerũt. Seruatum ex vndis: nõ perseuerauit mala fortuna: Sed nec in totum prospera prouenit. Nam in litt⁹ fertile venerunt quod fuisset fœlicissimũ nisi harpyis esset occupatũ. Tristius haud: non potest ab inferis tristius quicq; excitari q̃ sint harpyie Virginei. v. nõ eẽt hoc mõstruosum: si cætera essent similia Proluuies: nihil intestinis morari patiuntur: sed statim effundũt Ergo non solum non satiabantur: sed semper famescebant. Indeq; erat pallor sic ille. & plura q̃ Seruius citat vtpote de harpyis q inuulnerabiles essent quia styge nate: vnde apparet donati cõmentarios mutilos esse. ¶Ordo

Ordo. est. Anchises supple ait sic: & nos cuncti paremus ouãtes. i. mediocri lætitia exultãtes dicto (sic em̃ legit Donatus) aut dictis. i. monitis eius aut deorum: & deserimus quoq;. i. etiam (quia prius thraciam deseruerant) hanc sedẽ. s. ciuitatẽ increta iã extructã & damus vela sup. ventis & hoc paucis: relictis qui. s. ciuitatem pergameam incollerent & currim⁹ vastum equor: id est mare: trabe caua: id est naui. Postq̃ rates: id est naues tenuere altum: id est pfundũ mare vti est in medio nec vlle terræ apparent iam amplius & supple cœlum apparet vndiq;: & pontus appet vndiq;. i. ab omni loco non ab omni parte tum. i. deinde aut paulopost: imber ceruleus. i. nubes cerulei coloris densa & subnigra ferens noctem. i. caliginem nocturnã & hyemẽ. i. tempestatẽ pluuiosam qualis hyberno tpe eẽ solet: astitit mihi supra caput: bene mihi ad id. s. cum prouidus esset heros

aĩaduertenti

PIERIVS.

a ¶Tris adeo incertos cæca caligine soles. Vetera quædã exemplaria ad Kappacismum declinandum dictionum ordinem ita disponunt. Tris adeo cæca incertos caligine solis. Serui⁹ tamen cacephaton illud videtur agnouisse.
b ¶Erramus pelago totidem sine sydere noctes. In codicibus aliquot antiquis & totidem. In aliquot totidem & sine. Sed enim magis placet si particula ea penit⁹ submoueatur, quæ lectio est etiã codicis Medicei.
c ¶Ac voluere fumum. In Mediceo codice ac ducere fumum legitur, proprium tamen est fumi tertuo se volui ob crassitudinem, dum cum aere colluctatur.
d ¶Me littora primum accipiunt. In veteribus aliquot exemplaribus excipiunt legitur. Quia dixit Seruatum ex vndis. Sed enim & accipere in hoc significato non impropriũ, vt Hic drepani me port⁹ & inlętabilis vnda accipit.

※ Emphasis hoc significat. Incertos soles bene incertos: quia q̃uis sit obscuritas: tamen noctis est manifesta discretio. Frustra ergo quęrunt quomodo tres dies cognoscere potuerunt. Cęca cali. cacephaton est. Attollere: nã cũ appropinquamus: surgere videtur terra & fumum emittere. Seruatum ex vn. ac si diceret ex periculis in grauiora pericula incidisse. Strophadum me littora primum Excipiunt: strophades graio stant nomine dictę & c. Phineus rex arcadiæ liberis nouercam supe: duxit eosq; illius instictu excecauit. Ob quam rem irati dij ei oculos sustulerunt: & immiserunt harpyas: quę illi diu cibum abriperent: hic Iasonem cũ argonautis velus aureum petentem suscepit hospitio & deductorem dedit. Hoc beneficio argonaute zetum & calaim boreæ filios & Orytie alatos iuuenes ad pellendas harpyas miserunt ille ex Arcadia armatos iuuenes fugientes ad insulas plotas peruenerunt. Et cum vltra tendere vellent ab iride admoniti vt a Iouis canibus abstinerent: cõuerterũt suos volatus. hæc conuersio id est strophe nomen insulis dedit: quod Apolloni⁹ late exequitur Dicuntur canes Iouis quia furię habenť Vñ epulas dicunť abripere: reliqd' est furiarum: vt & manib⁹ prohibet cõtingere mensas. Vñ & auari fingunť furias pati. Item furias esse idẽ paulopost testatur dicens Vobis furiarum ego maxima pando. Furias autem canes dici & Lucanus testať. vt Stygias q canes in luce supna Destituũt & in sexto Vergil. Visęq; canes vlulare per vmbram aduentante dea. Sane apud inferos furię dicuntur & canes: apud superos diræ & manes: vt ipse in. xij. ostendit. In medio vero harpye dicuntur: Vnde duplex ĩ his effigies inuenitur. Has Vergilius tres dicit Aello: Occypetẽ & Celeno. Apollonius duas quem Vergil. i. xij. sequitur: vt sunt gemine pestes: Ionio in magno Nam sinus ionius magnus est ab Ionia ad siciliam. Huius partes sunt adriaticũ: acchaicum: & epiroticũ ĩ magno ergo ĩ quo & alia maria sunt Stygijs: nõ dicit has apud iferos natas: sed peiores esse omnib⁹ in de pcreatis. Proluuies: fordium effusio. Vncæq;. m. pro vnguibus posuit. i. κατα ονυχας. Fame quam nõ inopia: sed auaritia inferebat.

Phin
Harp
Strop
Furie
Canes
Diræ

※ animaduertẽti & vnda inhorruit. i. facta est horrida tenebris. i. propter tenebras. Venti voluunt continuo. i. perpetuo mouent mare: & equora magna. i. integre conuolutiones aquarũ: surgũt id est oriuntur & eriguntur & nos dispersi iactamur vasto gurgite. i. impetu & ingurgitatione aut inuolutione aquarum maris. Nymbi: id est nubes pluuiose: inuoluere. i. implicuerũt & inuo

¶ lutum

☞ lutum tenuerunt: diem .i. claritatem diurnam aut solem: & nox humida .i. caligo pluuiosa abstulit .s. ab oculis nostris: cœlū .i. aspectum cœli: ignes .i. coruscationes & fulgura: ingeminant .i. multiplicant sup. se nubibus abruptis: ex quarꝝ ruptura producti volunt tonitrua: Nos excutimur cursu scilicet instituto: erramus in vndis cęcis .i. tenebrosis in quibus nulli patebat certa via Ipse palinurus: nautarꝝ videlicet peritissimus negat sup. se posse: discernere cœlo .i. per inspectionē cœli ꝗuis aliquo indicio aut duratione adhuc nosset: discernere diem & noctem: nec sup. nouit meminisse vię in media vnda. Nos erramus sup. in pelago .i. mari: Tris soles .i. tantum temporis quantum tres soles super hemisphærium nostrum apparere solent adeo .i. oīno incertos .i. dubios an lucerent necne hoc est an dies an nox esset sed postea nouerunt tris abijsse dies: incertos dicit: cęca calagine .i. propter caliginem. & erramus totidem .i. etiam tris noctes: sine sydere .i. apparitione cuiusuis syderis. Terra visa est attolere se tandem quarto die & aperire .i. denudare & ostendere procul mōtes: ac voluere fumum: Vnde in Bucoli. Et iam summa procul villarum culmina fumant. Vela cadunt: postꝗ scilicet stricta erant: nos insurgimus .i. incumbimus & innitimur remis vt ad terrā appellamur: haud .i. non sup. fit mora: & naute annixi .i. annitentes: torquent spumas: ex celeri cursu excitas: & verrunt cerula verrunt aūt caudis hoc est gubernaculis nauium: littora strophadum .i. illarum insularum quæ duę sunt non longe ab asteria: excipiunt me primum .i. id est primo tempore: & ante alias terras seruatum ex vndis .i. id est a submersione: strophades inquit stant dictæ: nomine .i. id est vocabulo graio .i. id est græco: nam στροφη dicitur reuolutio seu reuersio vt sentit Seruius & στροφας hoc est strophas strophados conuersio & vertigo a verbo strophao quod est verto. stant dicit existentes insule in magno sinu Ionij maris (Insule vltimam corripit non abijcit. corripit autem propter vocalem sequentem: nam ionio quadrasyllabum est) quas supple insulas celeno dira .i. id est execrabilis & fera pestis: & alie harpyie: ergo & ipsa harpyia ab αρπαζω harpazo quod est rapio: postꝗ domus phineia .i. id est phinei regis arcadie est clausa supp. harpyis per xetum & calim vt Seruius recitat: & postꝗ ipse liquere metu. nō ergo sponte: priores mensas scilicet regis phinei quas prius polluerant: monstrum tristius .i. id est dirius & execrabilius illis .i. id est ꝗ ille hoc est ꝗ harpyie sint: haud .i. id est non extulit sevndis stygijs .i. infernalis illius lacus: nec vlla sęuior pestis: nec vlla ira deum. id est dira: nam Seruius supra dixit ꝙ dira sit deorum ira: aut ira. id est furia aut pestis a deo irato producta sęuior sup. illis: non extulit sevndis stygijs. Vultus volucrum scilicet harpyiarum sunt virginei .i. id est quales virgines habent: sed proluuies ventris .i. id est lata aluus aut sordidum effusio est fœdissima illis: & manus .i. vngues sup. sunt vnce .i. incurui: & ora sunt semper pallida fame .i. voracitate: quam quia nimiam habēt pallent auiditate nō inedia. Vnde molestissime tulerunt vaccas suas a troianis cęsas esse.

SERVIVS.

¶ Delati: necessitate: Nam volūtate nō deferimur: sed venimus. Læta pinguia. Caprigenum: satis noue & affectate dixit. Per he. per cāpos in hęrbis. Ipsum: deorum regē aut prædatorem .i. cui de præda debetur aliquid. Nam Romani bella gesturi de parte ꝑ de aliqd numinibus pollicebantur: vnde Rome templū fuit iouis prædatoris nō ꝙ pręsit prædę: sed quia ex præda aliquid ei debetur: In partem prædamꝗ .i. partem prædę. Dapibus: dapes deorꝝ: epule hoīm sunt ergo recte vtrumꝗ posuit: nam sacrificio & cōuiuio indulgebant. Harpyie. vi. gręca diphthōgus est: nā latine v nō habemus. Clangoribus .i. cum clangoribus: vt Atꝗ ixioni vento rota cōstitit orbis. i. cum vento. Aliter acyrologia est: si clangorem dixit strepitum alarum. Tum ꝑterea & deest erat Rursum ad id solum ꝙ instituimus mensas. Nam ante in spelūcis nō fuerant. Interdum autē sic ponitur hęc particula: vt iteratū aliquid significet: vt Veni ad te mane Rursus venio: interdum sine iteratione vt fui: rursum veniam. Nō em̄ ideo dicis rursum: quia etiam primo venisti: sed qa illic fuisti. Reponimus ignē: fit aūt iteratio hæc scd'm rationem sacrorꝝ: Nam displicuisse prima ex prodigijs iudicat. Sunt aūt hę animales hostiæ quæ tm̄ immolantur: alibi sanguinem tantum in aram fundi significat vt Sanguinis & sacri pateras: alibi partem corpis: vt extaꝗ salsos Porriciam in fluctus alibi integram victimam: vt Et sollida imponit taurorum viscera flāmis. Ex diuerso cœli: ex secreto mōtis & subaudi in loco. Turba at tres sunt sed per emphasim retulit ad sęuitiam earum: & turbam propterea dicit: & allusit ad furias: de qbus alibi: Vocat agmina sæua sororꝝ. Prædā aut circū prędā volat vncis pedib⁹: aut intra volam amplectit ꝑdam: vñ & inuolare dicim⁹ intra volā tenere: vñ & pira

Huc vbi delati portus intrauimus: ecce
Læta boum passim campis armenta videmus:
a Caprigenūꝗ pecus nullo custode per hærbam: [a]
Irruimus ferro: & diuos ipsumꝗ vocamus
b In prædam: partemꝗ [b] iouē: tum littore curuo
Extruimusꝗ toros dapibusꝗ epulamur opimis.
At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
c Harpyiæ & magnis quatiunt clangoribus [c] alas.
Diripiuntꝗ dapes: contactuꝗ omnia fœdant
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorē.
d Rursum [d] in secessu longo: sub rupe cauata
Arboribus clausi circū: atꝗ horrētibus vmbris:
Instruimus mensas: arisꝗ reponimus ignem.
Rursum ex diuerso cœli: cæcisꝗ latebris
e Turba sonans prædā [e] pedibus circūuolat vncis.
Polluit ore dapes: sociis tunc arma capescant
Edico: & dira bellum cum gente gerēdum.
f Haud secus ac iussi faciunt: tectosꝗ per hærbā [f]
Disponunt enses: & scuta latentia condunt.
Ergo vbi delapsæ sonitum per curua dedere
Littora. dat signum specula misenus ab alta
Aere cauo: inuadūt socii: & noua prælia tentant
Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neꝗ vim plumis vllam: nec vulnera tergo
Accipiunt celeriꝗ fuga sub sydera lapsæ.
Semesam prædam: & vestigia fœda relinquunt.

PIERIVS.

a ¶ Nullo custode per hærbam. In antiquis aliquot codicibus per hęrbas numero multitudinis legitur, quod parui tamen momenti est. b ¶ Vocamus in prædam partemꝗ iouem. In plerisꝗ peruetustis cod. dictionum ordo mutatus est in hunc modum, in partem prædamꝗ. Et hanc lectionem agnoscit Seruius. c ¶ Quatiunt clangoribus alas. Antiqui nonnulli codices plangoribus legunt, hoc est alarꝝ quassationibus strepitum cientibus. Nā clangor diuersum qd significat, nisi velimus intelligere additas etiā voces horribiles alarꝝ strepitui, vt vtroꝗ mō territarent. Quod tm̄ aliorꝝ iudicio relinquim⁹.

¶ Rursum

ASCENSIVS.

¶ Huc vbi &c. Docet quō ab harpyis infestati fuerant: & quō illas primū armis depellere: & tandem nequicꝗ flectere parauerāt: de quo dicit Donatus sic. Ecce læta boū. Oīa cōuenerant: quibus illa inuadere cuperemus. Diuersitas generis abundātia pinguedo ex copia hęrbarꝝ. Et diuos vt qđ fiebat illicitū esset nobis cōe cū dijs. Tū li. c. tacuit de aparatu epularꝝ quē descripsit in primo de ceruis. Ibi em̄ nulla necessitas exigebat breuitatē hic aūt qa ꝓposuerat: Et breuiter troiæ. s. a. l. & ꝓpter noctis tēpus in quo auditores quęrebant quietē erat ꝓperādum. Extruimus: in primo dixit fusiꝗ per hærbā: quia lassitudine & fame naufragij vrgebātur. hic dicit Extruimusꝗ. t. quia in magna copia hærbarꝝ nō fuit magnū cōgeries cespitū struere: quibus discumbi posset. & non magna ꝓperandi ad epulas necessitas vrgebat. At subito: res oīno abominabilis insult⁹ improuisus. Sonitus alarum: vñ met⁹: cōtactus fœdus: odor teter fugiēdas faciebat. Rursum antrū & rami volatū harpyiarū impedire poterāt. Ibi igit securiores dapes & sacrificū restaurarunt. Sed frustra: nam per insperatas cœli partes & occultas latebras venerunt & cibum rapuerunt: & quicquid reliquerant: ore polluerūt. Ergo defficiente industria fuit necessitas vt ad vim recurrerem⁹. Cū dira gente: excusat crimen violētię quā celeno faciens pro causa sua plenissime exequit. Iussi verbū est nō participiū: Disponunt enses Breuissima fuit narratio in q̄ solum videt: & bellum esse gerēdum: & propterea arma capiunt At illi ꝗꝗ nō iusserat: industria sua capta arma occultarūt: Sapiētibus em̄ locutus fuerat. Hęc ille ASC. Dona.

¶ Ordo est. Vbi .i. postꝗ nos delati .s. necessitate: huc .i. in has harpyiarum insulas: intrauim⁹ portus: ecce quasi de repente & ex insperato. nos videmus armenta boū læta .i. id est pinguia errare .i. Ordo.

☞ errando

¶errando pasci: passim.i. vbi libebat quia impugne & per singulos passus: & pecus caprigenū (vt sit caprigenus na. nū. aut caprigenū ꝓ caprigenarum.i.a capris genitoꝝ. hoc est caprorum & caprarū sed plurimi cēsent singulare esse sicut & alienigenū & aduenū olim dicebant: nec est in quit Lādinus: vocabulū fictum a Vergilio cū apud acciū in phi locſtete legatur. Caprigenum trita vngulis (sed illic gtūs videt) videmus dico errare per hærbā .i. per pascua nullo custode.i. custodiēte: aut nullo existente custode. Nos irruimus .s. in gregē & armēta ferro.i. telis ferreis aut ferratis: & vocam⁹ diuos & ipm Ioue in prædā.i. prædationē & partē.i. participationem p̄dę: aut in prædā & partē: ꝓ eo qđ est in partem p̄dę. Moris em̄ erat Romanis exituris ad prædā vt Ioui prædatori partē vouerēt vt Liuius docet & Seruius recitat: tunc.i. deinde obtenta p̄da: nosq̨.i. simul extruimus toros.i. lætos discubitorios forte ex intortis hęrbis: & epularū opimis dapib⁹. At harpyie assūt subite lapsu horrificio.i. labētes horrifice de mōtib⁹ aut adsūt de mōtib⁹ cū horrifico lapsu & q̄tiūt alas sup. cū magnis clāgorib⁹ ħ est ꝯcitātib⁹ clangorib⁹: & diripiunt.i.i diuersū trahētes rapiūt: dapes.s. nostras: & fedant omnia immūdo contactu: tum.i. deinde sup. auditur vox dira intra terrū odorē & ita qnq̨ sensus nostros offendebāt: visum qa erat eis immūdus attract⁹ auditū qa vox dira. olfactum: quia teter odor gustū quia oīa fedant vt ampli⁹ nō gustemus: tactum qa cōtactu fedant. Nos clausi circū.i. per circuitum arborib⁹ atq̨ vmbris horrētib⁹ aut dēsis q̄ alijs horrorē incutiāt aut ex horridis hoc est hirsutis & spinosis ramis ꝓdeuntibus instruimus rursum mensas in secessu lōgo.i. loco secreto in quē secedere.i. seorsum a ꝯspectu alioꝝ cedere potuimus: sub rupe cauata: ita vt non pateret adit⁹ nisi p introitum quē arboribus & ramis obstruxerunt: & nos reponimus aris ignem.i. rursus libam⁹ & sacrificamus dijs quos in partem prædę inuocaueramus & turba.s. harpyiarum volans.s. cum turbie & impetu rursum.i. iterū ex diuerso.i. diuersis partib⁹. cœli.i. aeris: latebris cęcis.i. obscuris: circūuolat.i. aut vola circūplectit̄: pedib⁹.i. vnguib⁹ vncis.i.i curuis: aut volat per circuitum & sup. polluit dapes ore. Ego edico: id est Impero socijs tunc vt sup. capessant arma: & edico.i. significo eis bellum gerendum sup. esse cum gente dira.i. genere animantium feroci & crudeli: & supple socij faciunt haud: id est non secus: id est aliter: ac: id est q̄ ego iussi secundum donatum. alij

d ¶Rursum in secessu longo. Qđ in cod. plerisq̨ veterib⁹ legere est Rursus in secessu, & ita interius rursus ex diuerso, nō ita absurdū est, vt nō suos fautores habeat: alijq̨ pedē amphimacrū quo etiā alibi vsus sit poeta noster, esse ꝯtendunt: alij collisionē ex, v, &, s, fieri, vt alias nonnūq̨. tā&sī nō sum nescius veteres quosdā grāmaticos negare rursus, p, s, dici, sed rursum, p, m, vt iterū ꝓferri debere, cui quidē opinioni ita adherescūt, vt illud etiam, Rursus ad oraculū, superi⁹ habitū rursum, absq̨ ecthlipsi legi cōtendant. Sed video apud doctos hæc iā ex vsu recessisse, paucissimosq̨ esse, qui veterum huiusmodi figuras ferre possint. e ¶Turba sonans prædam pedib⁹ circūuolat vncis. In ant. aliq̄t exemp. sublata dictiōe prædā, legere est, turba sonans pedib⁹ subito circūuolat vncis, qđ itidē superi⁹ dixerat. Sed em̄ mihi magis placet legere p̄dā, vt & rē, qua dolebāt, tangat, & varietur versus, ne in homericū Ἰουλιατωχιειβομενος recidat. f ¶Tectosq̨ per hærbam. In antiquis aliquot exemplaribus, per hærbas, legitur plurali numero. Sed hoc parui est momenti.

& pira quædā volema dicū tur. Tectos per hærbā Disponū disponūt & tectos faciūt: sic & ... ta condendo latere faciunt. Misscenus: optime tybicen dicit̄: nā Aeoli filius est vt misenū æolidem. Et sonus omnis ex vento ē. Noua: mira vt pollio & ipse facit noua carmina. Nouum enim non est cuius constat exemplū. Nam Hercules in stimphalo mōte vicit Stimphalidas. vel ideo noua: quia vulnerari non poterant. Obscenas: eas aues dicunt q̄ cantu aduersa prædicunt. Pelagi quia dicuntur ponti & terræ filiæ. Vnde insulas colunt partē maris & partē terræ tenētes. Alij dicunt. Neptunni filias: q pater ꝓdigioꝝ est: nā scđm Thaletem milesiū oīa sunt ex humore. In de Occeanumq̨ patrē rerū. Ergo quoties parētes desunt redim⁹ ad illū tāq̨ ad gen⁹: alij dicūt harpyias filias taumantis & electrę. Vim plumis naturale est: vt eludat ictus plumarū leuitas. Nam non probatur donati sententia q̨ fuerint inuulnerabiles: quia sint nate de styge.

alij dicunt q̨ iussi sup. erant: q̨ pro &: hoc est & insuper vltra id qđ iusserā: ipsi disponunt: per hærbam enses tectos. id est abstrusos vt adoriantur: & condunt: id est abscondunt hærbis: scuta latentia: id est occulta & quæ occultando latere faciebant. Ergo vbi harpyie supple delapse. id est deorsum lapse de rupe videlicet: dedere sonitum per curua littora Misenus tubicem ille peritissim⁹ vt in. vj. dicetur ere ciere viros cantuq̨ accendere martē: dat signum. scilicet bellicū aut ineundi belli cauo ere id est tuba aut lituo: ab alta specula. id est loco editiore vnde speculabatur oportunitatem inuadendi: socij inuadūt: scilicet harpyias & tentant noua: id est insolita prælia scilicet fedare ferro: id est trucidare aut dilacerare obscenas volucres pelagi: id est circa pelag⁹ versari solitas: sed neq̨ accipiunt vllam vim plumis: neq̨ accipiūt vulnera tergo (Donatus causam assignans dicit inuulnerabiles fuisse quia nate sunt de styge & imbute aquis stygis dicunt em̄ stygis: aquas eam virtutem habere: quod in Achileide Statiana thetis docet quę filium suum Achillem inuulnerabilem reddidit præterq̨ in plantis quibus eum tenuit dum intingeret: Seruius tamen dicit donati sniam non approbari) & ipse lapse.i. labentes sub sydera.i. in sublime fuga celeri.i. celeriter aufugiēdo relinquūt prædam semesam.i. semiuoratā: & vestigia.i. indicia vnguium suorū: feda.i. obsena & turpia.

SERVIVS.

SER. ¶Infœlix. v. nūcia infœlicitatis Home. μαντιπαπων. Rupit vocum indignatione loquitur: vt quid me alta silentia cogis Rumpere: Laomedontiadæ: nati ex rege qui deos fefellit. Patrio. r. neptunno. Accipite: vt futuram famem iam nunc timere possitis. Quæ phœbo pater. addit authoritatem: & simul ostendit quę dicit Apolinem a Ioue accipere. Phœbus Phœbus. purus & impollutus & solius Apollinis epithetum est. Furiarum maxima. ideo sunt furie & idem epitheton habent: nā & de Tisiphone ait furiarum maxima accubat & manibus. p. c. m. quod & iste faciunt inferentes. Troianis famem & prænunciātes. Italiam petitis: ex his quę norunt fidem dicendis accommodat. Quam vos dira fam. hoc oraculum teste Varrone in secundo diuinarum a Dodoneo Ioue acceperunt. Quapropter colorate tangit historiam: cum dicit. Quę phœbo pater omnipotens. Mensæ. Nostræq̨ mentitur: fatalis enim est troiāis fames. Ambesas: vndiq̨ esas. id est rotundas. Maiores em̄ has habebant in honore deorum paniceas

Vna in precelsa concedit rupe Celeno
Infœlix vates: rupitq̨ hanc pectore vocem.
¶Bellū etiā pro cæde houm: stratisq̨ iuuencis:
a Laomedontiadæ bellum ne[a] inferre paratis?
Et patrio harpyias insontes pellere regno?
Accipite ergo animis: atq̨ hæc mea figite dicta:
Quæ phœbo pr̄ oīpotēs: mihi phœbus apollo
b Prædixit. vobis furiarum ego[b] maxima pando.
Italiam cursu petitis: ventisq̨ vocatis:
Ibitis Italiam: portusq̨ intrare licebit.
Sed non ante datam cingetis mœnibus vrbem:
Quam vos dira fames: nostræq̨ iniuria cædis
Ambesas subigat malis absumere mensas.
c ¶Dixit: & in syuas[c] pennis ablata refugit.
At subita sociis gelidus formidine sanguis.
Diriguit: cecidere animi: nec iā amplius armis:
Sed votis precibusq̨ iubent exposcere pacem:
Siue deæ: seu sint diræ obscœneq̨ volucres.

ASCENSIVS.

¶Vna in &c. Recitat quæ subsecuta sunt reliqua vaticinium videlicet dirum celenus harpyie & furie ac vatis futuram famem denunciantis vt primum in Italiā peruenerint. De quo dicit Donatus sic precelsa rupe quia viderat parari vehementiam belli Bellū inuectio quam non oportuit habere principia fuit enim irascentis. Fuit breuis inuectio sed omnia continet: nam asserit personam suam innoxiam deformauit aduersam appellando Laomedontiadas. Dixit causam iuuencos stratos & proposuit inuasionis crimen. Dixit criminis augmentum vt poit violentiam i armenta addit q̨ de expugnatione dominarum cogitauerint. Dixit insontes: Dixit factum non tamen factum fuit sed pro facto tenet quod facere cogitarūt. Nā inuadere greges Armare iuuentutem eo tendit vt eriperent alicnum imperium. Non male quęsitum sed relictum a parentibus vltio autem est q̨ diu expectent quod metuāt Figite: id est quæ infixa vos vulnerent. Dat autem orationi authoritatem cū veluti ex pcepto

PIERIVS.

a ¶Bellum ne inferre paratis. In ant. aliquot exemplaribus af firmatiue non interrogatiue legitur, bellumq; inferre paratis, elocutione eleganter continuãte cũ, &, qđ subsequit, & patrio Harpyias. Diximus enĩ alias Home. & oium apud græcos p̄stantiũ Auctorum esse post τε addere και. Quod & diligenter & frequẽter admodũ Virgili⁹ imitatur. Quãuis nõ negarim in interrogatione plus esse ponderis, & maiorem obiurgationis vim, q̃ minas etiam tacite secum trahat, & cõfessionẽ criminis. Quare lectionem eam, Bellũne, nequaq; imutarim. Quod vero in vulgatis habeť exemplaribus, & patrio insontes harpyias, vt leue p̄terijssem, nisi multorum veterum codicum consensu monitus essem ad vocalitatẽ facere, quod ĩ eis alio dictionũ ordine legitur. Et patrio harpyias isontis pellere regno. Illud autem minime dissimulandũ, qđ in harpyiæ nomine scribẽdo variant librarij, multi siquidẽ Seruium secuti, pene vltimã diphthongũ ponunt impropriã, vt apud græcos scribiť ἅρπυιαι. Quorum a sententia longe diuersus est Sosipater Carisius qui negat, i, litteram coalitã in diphthongum esse, v, litteræ præcedenti. Sed pro consonante accipi debere. Syllabã enĩ eo ẽt inquit mõ positione longã fieri, si vocalem breuem sequaľ, i, vice cõsonantis posita, vt Harpyiæ. Quare si diligentissimo grãmatico credim⁹ in eo noie, iæ, vltima syllaba per tris litteras erit enuntianda, quã alij in vnã tñ diphthongũ purã abire ɔtendunt. b ¶Vobis furiarum ego maxima pando. In plerisq; veteribus exemplarib⁹ nõ est p̄nomẽ in cõtextu. Sed ita legitur furiarũ maxuma pando. Sed p̄nomen illď & emphasim habere, & sententiam adiuuare, & numerum vocaliorẽ efficere videtur. c ¶Dixit & in syluam. In codicibus plærisq; vetustioribus in syluas legitur numero multitudinis, vtcũq; parui hoc refert.

¶panice as. Refugit: non metu: nam minantibus nõ cõgruit: sed ne possit placari. Armis scilicet vsi sunt nec potest esse zeugma Vt illic. Troiugena iterpres diuum qui numina phœbi. Qui tripodas &c. sed plærumq; aliqđ subintelligiť vt illud: Disce puer virtutem ex me: verumq; laborem. Fortunam ex alijs: Subaudi opta: nam fortuna non discitur. Votis: præcibusq;. Nam duob⁹ placantur numina: votis & præcibus. Vnde est Iunonis magne primum prece numen adora. Itẽ Iunoni cane vota libens Iubent volunt vt infandum regina iubes renouare dolorem Deæ: qa diuinant. Volucres: quia in illis ventris cernebant proluuiem: & etiam si aues erant placande propter pessima omnia.

[...]e precepto iouis illa diceret [...]etret & Apollinis iussu: & [...]aiquã tribuit p̄tãtem: cũ di[...]riarum maxima. Nam pro[...] hoc digna videtur propter [...] tristia nunciarentur. Italiam [...] posuit: vt ex ijs faceret fidem sequentibus. Sed non ante datã: o tenditq; necessitati famis nõ li cito remedio sed sacrilegio esset subuenturi: Nã mensas dicit quæ ex frumento confecte dijs penatibus consecrantur & ne hoc gen⁹ pene ab vltione harpyiarum dilcretum videatur: addit nostræq; iniuria cedis. Cecidere qui spe prosperorum fuerant in sublime p̄ducti. Siue dee. q. d. nõ erat respiciendum an deæ essent: an monstruose volucres dũmodo fieret ea quibus imminentia mala remoueri possent. ¶Ordo est. Vna harpyiarũ: celeno. s. nomine cõ sedit in rupe p̄cęlsa. i. valde alta: existens vates infœlix. i. nuncia infœlicitatis: & rupit. i. violẽter expressit: pectore. s. suo hãc vocem. i. hanc orationẽ O Laomedontiadæ. i. perfidi a perfido rege denominati & instituti: pro bellum ne inferre bellum: bellũ dicit p̄cede boum. i. qa occidistis boues nostros: & p̄ iuuẽcis stratis. i. qa p̄strauistis inuẽcos nostros q. d. vbi veniã p̄cari deberẽt & damnũ reponere: iniuriam maiorẽ inferũt: & paratis ne pellere harpyias insontes. id est quæ vobis priusq; boues nostros auferretis nihil nocuim⁹ regno patrio. i. paterno: hoc est p̄ris nostri Neptunni videlicet. Ergo qa hoc p̄tenditis accipite & figite hæc mea dicta animis sup. vestris: hoc ẽ intelligite & intellecta memoriæ cõmendate. vt cũ aduenerit meminieritis. Ego existens maxima furiarum. i. dirarum: pando. i. manifesto vobis sup. ea: q̃ pater omnipotens. i. summus deorum Iuppiter p̄dixit phœbo (Ergo nec phœbus futura scit nisi a deo prædiceret) & quæ apollo phœbus. i. pur⁹ & impollutus (qđ epithetõ qa p̄ excellentiã Apollini ɔpetit: p̄ se p̄ illo poniť) incipit aũt a notis vt fidẽ habeat ignotis: Vos petitis Italiã cursu. i. festina licet sæpe impedita nauigatiõe: & vẽtis vocatis. i. iuocatis in auxilium vr̃m

liũ vr̃m vos ibitis italiã. i. p̄uenietis qdẽ ĩ Italiã: & licebit. i. licitũ erit: intrare portus sup. Italicos: sed vos non cingetis añ. i. pri⁹ vrbẽ datã. i. cõcessam vobis a dijs: nõ cingetis dico menibus prius q̃ dira fames & iniuria cedis nr̃e. i. in boues & iuuẽcos nostros illate. subigat. i. ɔpellat vos: absumere malis. i. manibulis: hoc ẽ comesse aut deuorare dẽtib⁹: mẽsas. i. q̃dras panis a metiẽdo dictas: qa sup. illas poniť obsoniũ ambesas. i. circumrosas: Id aũt euenieť i. vij. vt paulopost p̄icipiũ illic narrabiť. Dixit. s. celeno: & ipsa ablata p̄enis. s. alarum suarum refugit ĩ syluas ne plura ab ea re peterenť aut vt se iratã significaret. At. i. sed sanguis gelid⁹ diriguit. i. rigid⁹ & cõcret⁹ fact⁹ ẽ socijs subita formidie. i. p̄pter subitã & insperatam formidinẽ: animi. s. sociorum. cecidere. i. labefacti sunt: nec iã amplius sup. vsi sunt aut contenderunt: armis sed iubent. i. volunt exposcere pacẽ. i. veniã votis & præcibus siue sint deæ: seu sint dire & obscene volucres. i. quecũq; essent quæ futura præsciebant & prædicabant.

SERVIVS.

¶Passis: solutis. Magna. Iouem Mineruam: & Mercuriũ scd'm samothracas. Meritos congruos. i. expiatorios. Vnde sequiť dij prohibere minas. Casum: bñ etiã si contingat casum esse credit non vltionẽ. Pios: p̄pter facta ab eis sacrificia. Vocabãt poterat & in singulari poni: sed honestior in plurali est. locutio zacynthos insulæ græciæ sunt Same cephaleniæ ẽ. Nã samos in asia ẽ. Laertia regna: irrisoriæ cũ p̄miserit scopulos Vt immania saxa Vestras eure domos. Leucas autem mõs est altissimus in p̄montorio Epiri iuxta ambrasiam: quã Augustus nicopolim appellauit victis illic Antonio & Cleopatra. & tẽplum Apollini in p̄montorio a̅ctiaco condidit: & ludos instituit a̅ctiacos Poeta aũt i honorẽ augusti ea quæ fecit dat eius origini. Dicit enĩ Aeneã ibi ludos celebrasse: & alibi inducit illum p̄mittentem templũ Apollini: qđ fecit augustus vt Tum phœbo & triuie solido de marmore templum Constituam Formidatus: vel quia ibi loca saxosa erãt vel vt quidã putant: quia moris erat aliquem de nautis ei immolare. Fessi propter hoc ergo formidatum petimus. Parue v. am bratiæ.



At pater Anchises passis de littore palmis
Numina magna vocat: meritosq; ĩdicit honores
b ¶Dii prohibete minas[b]: dii talẽ auertite casum.
Et placidi seruare pios ¶tum littore funem
Diripere: excussosq; iubet laxare rudentes.
a Tendũt vela noti: fugimus[a] spumãtibus vndis.
c Qua cursum ventusq; gubernatorq; vocabant[c].
d Iã medio apparet fluctu nemorosa zacynthos[d]
e Dulychiumq;: sameq;[e]: & neritos ardua saxis.
f Effugimus scopulos ithacæ[f] laertia regna:
g Et terram altricem sæui execramur vlyxis[g].
Mox & Leucatæ nymbosa cacumina montis:

ASCENIVS

ASC. ¶At pater &c. Seruato decoro vbi socij rerum imperiti diris illis vota & preces destinabãt Anchises magnis numinibus meritos indicit hores: sciens q̃ q̃ Iuppiter p̄miserat minora numina impedire nõ possent. Peracto autem sacrificio mox nauẽ cõscenderunt & per varias greciæ insulas præteruecti apud leucatẽ mõtẽ in promõtorio epiri ludos celebrabant de qua re dicit Donatus in hunc modũ. Dona. At pater Anchises: huic semper dat partes cõsiliorũ & scientiã sacrorum sic ĩ flãmã ascanij: sic ĩ piaculo polydori. ergo & hic omisso errore aliorũ nõ rogat harpyiam: quam cõstat esse mõstruosam & aliorum iussiones p̄tulisse profiteť. ¶Anc. sed magna numina. ¶Aeñ. Ipsa enĩ placanda fuerãt a quibus diri nuncij esset origo. Obscenas: aliqui putãt dici obscenũ ex ob & cenũ & dici a græco verbo κοινῶ. i. sordidum reddo vnde nos dicimus inquino. obscenũ Ergo per œ diphthongũ scribẽdũ esset. Alij volunt ex ob & cano: & tunc careret diphthongo: Varro tamen ait ex ob & scena: & sic haberet diphthõ. æ. Alij dicunt obscenos dici ab oscis: q essent populi malis morib⁹. Meritos: pro magnitudine petitionis con

Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi:& paruę succedimus vrbi.
Anchora de prora iacitur:stant littore puppes.
Ergo insperata tandem tellure potiti:
Lustramurq́ Ioui:votisq́ incendimus aras:
h Actiaq́h iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palestras
Nudati socii:iuuat euasisse tot vrbes
Argolicas:mediosq́ fugā tenuisse per hostes.

¶ nis cōuenięntes: vel meritos secundū interiorē sacrorū scientiam. Dij phibete poterant hæc esse vera & non vera hocq́ cognoscebat Anchises: qđ ex verbis eius apparet. Nā cū dicit Dij phibete minas: oñdit nihil fuisse depositū sed phiete inquit minas ne oriret̃ fauor diuin⁹. Auertite ca. vt si vere esset casus eiusmodi qui potuisset existere auerteret̃. Ergo singula singulis dedit supra dixit phibere hic auertire vt phiberet̃ nasci qđ nō erat. Auerteret̃ aūt qđ credebatur ingruere. Formidatus: nō fugerūt quia fessi indigebāt refectiōe: & fuit occasio vt ludos celebrarēt in honorem eius dei cui tantum debebant. Ergo nō luxus fuit cā ludorum egentibus & peregrinātibus: sed gratulatio seruatę salutis. Hæc ille. ¶ Ordo est. At. i. sed

Ordo.

anchises pater. s. meus sed honorificētius dicit pater absolute q̄ si dicat pater meus quia honoris gratia videt̃ totius classis pater ac patronus: vñ semper omnia ad eū referunt̃: vocat. i. iuocat de littore: in quo. s. erant magna numina: nō ergo harpyias: qđ inde corū fuisset: & hoc palmis. i. manib⁹: passis. i. extēsis & solutis: & indicit honores Meritos. i. congruos & expiatorios: aut qui mereantur expiationē: & sup. dicit aut vocat dicens: dij phibete minas. i. ne eueniant quæ minat̃ dira Celeno: O dij auertite talē casum. i. tā dirā famē: & vox placidi seruate pios. i. religiosos & vestri cultores hoc est Troianos: tū i. deinde: post sacrificia & pręces iubet diripere funē. i. retinacula nauium sup. ab littore: & laxare. i. explicare vētis rudētes. i. funes velorū & antennarum excussos. i. i. extēsos: noti. i. vēti illi tēdūt & iplēt vela: nos fugim⁹. i. celerit̃ auehimur vndis spumātib⁹. s. ex sulcatiōe celeri. fugim⁹ dicit ea qua ventus & gubernator vocabant cursum zacinthos illa græcię isula nemorosa. i. syluosa: apparet iam sup. e medio fluctu: & dulichiū & same & neritos ardua saxis quæ sunt insulæ gręciæ: e quibus Vlyxes socios in bellū Troianū adduxerat: sup. apparēt: nos effugimus scopulos ithacæ regionis illius appositorie ad cōtemptū: (Nā appositio tribus de causis fieri solet: tollende videlicet equiuocationis gratia: aut specificationis: aut proprietatis attribuendę: ea aūt nūc laudē nūc vituperiū habet) regna laertia i. in quibus regnabat Laertes pater Vlyxis: & execramur. id est vt vulgo dicunt maledicimus & detestamur cum imprecatiōe malorū: terrā altricē. i. nutricē aut alumnā seui vlyxis Mox &. i. etiā cacumina. i. summitates nymbosa. i. in quibus iugiter sunt nymbi. i. nubes & venti: leucate montis cādentis saxis (e quibus q se p̄cipitē in mare dederit fert̃ liberari a nimio amore: Vnde sapho Ouidiana. Cur nūc nō ignibus equis Vreris? Ambrachiæ terra petenda tibi est Phœbus ab excelso quātum pater aspicit equor Actēū populi leucatiūq́ vocant. hinc se deucaliō pyrrhe succensus amore Misit & illeso corpore pręssit aquas. Nec mora iussus amor tetigit letissima pyrrhe Pectora deucalion igne leuat⁹ erat Declinatur autem leucas leucatis: & leucates seu leucata leucate) cacumina

Apposi-tio.

Leucate rupes.

cacumina inquam leucate sup. aperiunt̃: i. apparent mox per zeugma ab inferiore: & Apollo formidatus. i. templum apollinis formidatū nautis: qa periculosum est eo propter scopulos accedere: aut templum Apollinis formidati nautis quia ei de nautis illic sacrificiū fiebat: aperitur. id est clare videtur nos fessi. i. defatigati: petimus hunc: id est tēplū huius apollinis etiā formidati: & succedim⁹ pue vrbi. i. ī puā vrbē. s. Ambrachiā. ancora iacit̃ de prora puppes stant littore. id est ad littus: quia obuertunt pelago proras qui in terram non tutam adueniunt: & nos potiti tandem tellure insperata. i. qua non sperabam⁹ potiri: lustramur i. expiamur Ioui. i. in honorem Iouis & incendimus aras votis & celebram⁹ littora actiaca ludis iliacis. i. Troicis: quos illic augustus postea celebrauit in cuius gratia hæc finxit poeta. Socij nudati exercent palestras patrias. i. quales in patria exercere solebāt: & hoc oleo labente. id est eos lubricos faciente aut defluente: vngebantur enim priusq́ palestram inirent: & contra ventos & vt lubrici elaberentur nec comprenderentur: iuuat: id est delectat eos euasisse tot vrbes argolicas. id est græcas: & tenuisse fugam p medios hostes scilicet græcos.

bratiæ. Potiti: ablatiuus ei datur sed figurate etiam gtīs. Terentius autem in accusatiuo dixit Patria potitur commoda. Lustramurq́ Ioui: purgamur vt Ioui sacrificemus vel expiamur. Piaculum em̄ commissum fuerat in thracia imolato tauro nā q̄uis multa essent secuta. sacrificia tamen intelligebat̃ iratū numen non cessantibus malis Piaculo autem cōmisso celebrabantur ludi. Nā cum iracundia matris deum Romani laborarēt. & eam nec sacris nec ludis placare possint quidam senex statutis ludis circensib⁹ saltauit quæ sola fuit causa placationis. Vnde prouerbium est ad omnia secunda: saltat senex. Actia: ppter Augustum dicit q vt dixit: illic ludos statuit agonales Patrias palestra maxime apud Athenienses celebratur. Sed Troiani præter Dardanum & teucrum etiā ab Atheniensibus originē trahunt: proptereaq́ Mineruam colunt. Hic dixit Neu populum ātiqua sub re. t. Antiqua. i. ab atheniēsibus tradita. Fugā. t. fœliciter euasisse. Tenere est implere: vt Ni teneāt cursus. i. impleant: & potest intelligi secundum cōmunē sensum ob hoc lustratos. i. expiatos sacrificasse & ludos celebrasse: qa hostiles terras prospera nauigatione transissent.

PIERIVS.

a ¶ Fugimus spumantib⁹ vndis. In cod. aliquot antiquis, ferimur, legit̃. Interpretes v̄o, fugimus, agnoscūt, qđ festinationi apte cōgruit b ¶ Dij prohibete minas, di talē auertite casum. Anti aliquot codices, prohibete nefas, &, auertite pestē legunt. Cuiusmodi hemistichiū habemus inferius de cyclope. Sed minas & casum, vt in Mediceo, & in vulgatis codicibus legitur, omnino melius est. c ¶ Gubernatorq́, vocabāt Verbum id nūero plurali fere passim habet̃ in vulgatis cod. Sed in antiquis aliquot, vocabat, vt ppinquiori adhęreat. d ¶ Nemorosa zacynthos. Vulgata pleraq́ oia exemplaria zacynthos idiomate græco scribunt. Sed in antiquis nōnullis, zacynthus, latino casu scriptū est: delectat tñ casus ille græcus in proprijs p̄sertim noībus. p̄terea Probus in arte, eo capite quo agit de noībus fœm. gen. i, os, rectū terminātib⁹, & ablatiuū in, o, in exemplum ponit nomen hoc zacynthos. e ¶ Dulichiumq́ sameq́ & neritos. Sunt codic. aliquot antiq in quibus Samosq́ legit̃. Sed same alia, alia v̄o samos Seruio est. apud Homerū tñ, qua de nūc agit̃, Samos scribitur. σαμοιοτε πεπαλοεσσησ, οδ, δ, Et in catalogo de ijs qui vlyssem f secuti sūt. ιδοισαμον αμφενεμοντο. itaq́ samos recte. e ¶ Ef fugimus ithacæ scopulos. In antiquis fere oībus legas, effugimus scopulos ithace, nēpe quia tritimemeri timuerunt. At qui, nisi cesuræ suā velimus auctoritatem esse incolumem, certe ιωτα vt græci tradūt, & latini, vel in principio dictionis, etiam pro vocali collocata, vim habet producendi præcedentē syllabam natura breuem. cuius rei exemplū ponūt ex. ιλ. ξ. Νεστορα δουκελαθεμ ιαχη πινοντα περ εμπησ. ita illud, de quo supra, apđ nos volunt, pectoribus inhians spirantia consulit exta. Sed vtcūq́ hæc accipiantur passim tamē obseruamus tā græcos q̄ latinos auctores cesuris plurimū tribuisse. In Med. aūt codi. non tm̄ est Scopulos ithacæ, verū vna plus dictione legitur, & laertia regna, magis tñ placet appositiue po g situm, absq́ & copulatiua. g ¶ Diri execramur vlyssis. In Mediceo codice. vlyxei, vt aiacis oilei. h ¶ Actiaq́ iliacis. In plerisq́ veterū exemplariū co. Accia, duplici, cc, notatū inueni, & ita nomē p priū, accius, qđ Victorinus per duo, tt, attium, vt vettium, & hmōdi, quędā alia scribi debere cōtendit. Sed em̄ loco hoc actius & actiacus per, ct, scribendum. In nummo em̄ augusti diui, f, q̄ parte Apollo cū lyra spectatur cū. litteris a lateribus Impe. x. sub pedibus dei, act. hoc est actiacus legitur. De ludis vero actijs harpocration ait, actia antiquos esse ludos, de quibus callimachus meminerit in libro de certaminibus.

SERVIVS.

SER.

¶ Magnum sol. Erat annus trigīta dierum s. lunaris. Vnde inuenitur in aliquibus vita noningētorum annorum. s. lunariū. Postea repertus est annus solaris: q est. xij. mensium: post quem annum esse magnū voluerunt oibus pla-

Anni.

Interea magnum sol circumuoluitur annum:
Et glacialis hyems aquilonibus asperat vndas
Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis:
Postibus aduersis figo: & rem carmine signo.

ASCENSIVS.

¶ Interea mag. Docet quomodo ab ambrachia in butrotum peruenerunt: illicq́ Helenum filiū Priami regnantē cum andromache hectoris olim cōiuge inuenerunt: Vnde dicit Donatus sic magnum deest per. Aeneas hęc. Breuis titu-



Aeneas hæc de Danais victoribus arma.
¶Linqre tū port⁹ iubeo.& cōsidere trāstris.
Certatim socii feriunt mare:& æquora verrunt.
Protinus aerias phæacum abscōdimus arces:
a Littoraq; epiri legimus:portuq;ᵃ subimus
b Chaonio:& celsam Butroti ascēdimusᵇ vrbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat auras.
Priamiden Helenum graias regnare per vrbes.
Coniugio æacidæ pyrrhi:scæptrisq; potitum:
Et patrio Andromachen iterū cessisse marito.
c Obstupui:ᶜmiroq; incensum pectus amore:
Compellare virum:& casus cognoscere tātos:
Progredior portu:classes & littora linquens.
Solennes tum forte dapes:& tristia dona
Ante vrbem in luco falsi Simeontis ad vndam
Libabat cineri andromache:manesq; vocabat
Hectoreū ad tumulū:viridi quē cespite inanē:
Et geminas causam lachrymās sacrauerat aras.
Vt me conspexit venientem:& troia circum
Arma amēs vidit:magnis exterrita monstris
Diriguit visu in medio.calor ossa reliquit.
Labitur:& longo vix tandem tempore fatur.

PIERIVS.

a ¶Portuq; subimus chaonio. Valerius Probus legit portusq; subimus chaonio, per, ω, mega genetiuo casu, vt androgeo, quum tamen non inficietur esse etiam qui legant portusq; subimus chaonios, vtrūq; accusatiuo casu. Sed enim Seruiana sententia minime displicet, quæ cum veteribus exemplarib⁹ portu chaonio lectionem agnoscit: vt subeunt muro. b ¶Butroti ascendimus vrbem. Vetera pleraq; omnia exēplaria accedimus legunt, nondum enim portu progressi sunt. Dixerat tamen celsam vrbem, atq; ita ascendimus, non improprie.
c ¶Obstupui miroq; incensum pectus amore. vt missum faciā obstipui, de quo sæpe dictum, codices nōnulli admodum vetusti legunt incensum est pectus: sed forte illud ex paraphrasi huc insertum.

¶uis titulus vberem continet ...udinem. Aeneas posuit: Ae... scripsit. Nam fuit memorabile ad illa eū loca venire potuisse tutūq; fuisse: vbi erat periculum manifestum habuisse arma sublata victoribus & in ipsorū sedibus ostentationis causa posuisse addidisse quoq; epigramma quod & suam gloriam testaretur. Et illorū qui victores recesserant ludibria: fecit fortune beneficio: vt apud victores arma ipsis erepta publice locaret Priamiden Helenum: mira res a persona q̄ frater paridis vict⁹ regnaret inter victores a loco: vt troianus in græcia a numero non per vnam vrbē: sed per plures: a fortuna vt regnaret potitus Pyrrhi coniugio ac sceptro. Ergo incredibile vxorem Pyrrhi euersiōis troię hoiem ex priami genere habere: & cum Pyrrhus vita cessisset andromachen iterum patrio marito cessisse. Ergo obstupuit æneas potiusq; miratus sit Monstris Monstrū fuit vt quo tempore manibus parētaret æneas appareret: vt & ipse mortuus putari posset Calor ossa.r. Nam turbata mente recedit calor. Est aūt sapiens cōsilium poetę tractātis personam mulieris soluentis inferias mortuo & illius amorem retinentis ex confusione aūt mētis: quia perfecte videre non potuit incidit ī errorē ne esset mortuus Prior vidit mulier prior loquitur Aeneæ verecundia intemerata reseruat. ¶Ordo est. Sol circunuoluit interea.s. dum ludis intenti erāt socij sup. per magnum annum: hoc est per circulū ac orbē anni solaris & hyems i. tempestas: glacialis. i. glaciem cōgelans: exasperat vndas: aquilonibus. i. ventis illis frigidissimis. Ego. s. abitur⁹: figo clypeū cauo ere aut qui erat ex cauo ere: eo q̄ incuruus esset aut cū clangore tube ex cauo ere facte: clypeum dico gestamen magni abātis greci: non aūt troiani de quo dictū est in primo. Et qua vect⁹ abas quod ex titulo patebit: figo inquit postib⁹ aduersis. i. cōtra nos positis: & signo rē carmine. i. titulo vnius versus. qui sic perficit. Ego æneas fixi aut cōsecraui istic hæc arma rapta de danais victoribus troię Aut æneas fixit hic & cōsecrauit hæc arma rapta de danais victoribus. i. qui se victores gloriantur: sed dictū est victoresq; cadunt danai: victus aūt videt cum androgeo. Ego iubeo tum. i. deinde linquere portus & cōsidere transtris. i. per transtra vt remis incūbant: Vn̄ sequit socij feriunt mare certatim. i. cū certamine: & verrunt. i. in uertunt equora remis. s. suis: nos abscōdimus prætereundo. s. protinus arces aerias. i. altas: pheacū. i. corcyrā insulā inter epirū & calabriam vbi Alcinous rex pheacū qui Vlyxē hospitio susceperat regnabat: & legimus. i. ex ordine pernauigamus. littora epiri & subimus. i. subintramus regionē illā portu chaonio. i. per portum chaoniū: alij legunt: portusq; subimus chaonios. & ita absumitur s litera cū vocali quo more m absumi solet q̄ absumptio frequētissima est apud Enniū Luciliū lucretiū & ceteros antiq̄s: nec rara videt fuisse apud vergiliū: sed mutata a grāmaticis aut poetis illis qui opus castigandū susceperant: & ascēdimus celsam vrbē Butroti. i. butrotū ipsum: q̄ vrbs celsa est (Ordo tñ esse pōt subimus & ascēdimus vrbē butroti portu chaonio q est in chaonia pte

¶bus planetis in eundē recurrentibus locū qui scd'm Ciceronis Hortensiū cōtinet. xij. milia noningētos quinquaginta quatuor annos: sed de hoc varia est opinio & Mētoris & Eudoxi & Ptolemei. Quin idē Cice. in lib. de na. deo. eum putat esse triū milium annorū. Hic ergo dixit Magnum vt excluderet lunarē: & solis: vt excluderet magnū. Abantis hunc cū Androgeo occisum intelligamus. Victorib⁹ irrisio est vt Victoresq; cadunt danai. Arma: subaudi cōsecrauit. Pheacum: Corcyrā dicit insulā inter Epirum & calabriā vbi regnauit Alcinous. Abscōdimus. Nauticus sermo: & mira est vsus celeritate: vt ante absconditā q̄ visam dicat. Qua cursum qui fugit nullum sibi locū proponit: sed sequtur ventū & gubernatorē qui vēto obtemperat Chaonio: vt subeunt muro. Nā si chaonios legeris difficilis est scansio nō elisos Vrbē butroti. Vt fontē timaui. Est hæc vrbs in Epiro. Cui⁹ pars est chaonia ante Molossia aq̄pellata. Incredibilis fama. i. rerū incredibiliū. Patrio ma. atq thebana fuit: Sed aut posuit ꝓuinciā pro patria: vt Italiā quero patriā & Sall. Hispaniā sibi patriā esse. Patria. Vel scd'm ius loquit. Nā vxor domiciliū viri sequit. Nā & cessisse de iure verbū est. Cedi enim hereditas dicit. Fuit aūt mos regum legitimā vxorē nō habentium vt aliquā captiuā pro legitima haberēt. Sic & Pyrrhus hāc habuit: & ex ea Molosum sustulit. Deinde cū Hermionē Menelai & Helene filiā iam Oresti desponsatā ducere vxorē vellet: in tēplo Delphici Apollinis occisus est. Sed moriens præcepit: vt Andromache Heleno daretur propter supradictū beneficium. Molosa aūt hæc deinde ab heleno chaonia dicta est a Chaone fratre suo: quem ipse imprudens in venatione īteremit. Linquēs: finitus est versus participio qd' raro fit apud latinos. Apud græcos vero est vitiosissimū. Solennes: legitimas āniuersarias. Tristia dona: tale est illud. quē semper acerbū: Semper honoratum sic dij voluistis habebo In luco nunc ponit sine religione: Nam in ipsis habitant manes piorum qui lares viales sunt sic in sexto dicitur. Nulli certa domus lucis habitamus opacis. Falsi simulati. Ad tumulū: ad cœnothaphiū Viridi herboso: Geminas vnam marito: alteram filio aut geminas: quia inferi pari gaudent numero: Monstris rebus insperatis Diriguit. v. in. m: dum me cernit obstupuit. Calor ossa re. Extimuit: vt Soluuntur frigore membra.

¶nia parte epiri que olim molossia dicta est) Fama rerū incredibilis. i. difficilis creditu q̄a rerū incredibiliū. occupat aures. i. increpuit auribus nostris: hic. i. cū essemus in hoc portu: videlicet helenū Priamidē. i. priami filium regnare per vrbes graias. i. græcas cōiugio. i. per cōiugiū Pyrrhi eacidæ. i. ꝓnepotis eaci: q̄a æacus genuit Peleū: Peleus Achillem: Achilles Pyrrhū: & potitum sup. esse sceptris. i. regalibus ditionibus in diuersis vrbibus quæ per sceptra significant & Andromachē: hectoris olim cōiugem cessisse. i. iure aduenisse & concessam esse: marito patrio. i. q erat de patria prioris mariti: aut de patria mea (vt ad Aeneā refe(ratur)

ratur) ista aũt visa sunt incredibilia: & ideo obstupui: & pectus sup. meũ incensum est miro amore. i. desiderio & affectu: cõpellare pro cõpellandi. i. alloquendi virũ. s. Helenũ & cognoscere pro cognoscẽdi tantos casus. i. fortuita rerũ euenta: egò progredior portu. i. de portu: linquẽs classes & littora. i. classes ad littora appulsas. Andromache: libabat. i. sacrificabat ad placandum forte. tunc. s. cũ aduenirẽ: quia fortuitũ erat nõ ꝙ libabat sed ꝙ tunc libabat dapes solẽnes. i. legitimas & anniuersarias: & dona tristia i. funebria & ad luctũ pertinẽtia: grata itaq; sed nõ iocunda. libabat dico cineri videlicet Hectoris nõ vero: qa illic sepultus non erat sed simulato: res aũt simulata i sacris qñ vera haberi nõ põt pro vera habeẽ: & vocabat manes. i. vmbras Hectoris vagantes scd'm superstitionẽ æthnicoꝝ ꝓpter illegitimã sepulturã aut violentã mortẽ: quia nondũ tp̃s vite in quo in corpore tanq; in carcere cõtineri debebant expleuerãt. i. iuxta tumulũ Hectoreũ quẽ ipsa sacrauerat. i. cũ sacrificatione extruxerat inanẽ. i. sine corpore

sup. de

sup. de cespite viridi. vt virore anima oblectaretᷣ & ipsa sacrauerat geminas aras hectori. s. marito & astyanacti filio: lachrymans. i. deflens causam: quia. s. duo charissima pignora amiserat. Quæ sup. (nam relatiuũ sæpe in hoc poeta subauditur) vt. i. postꝗ conspexit me venientem & vidit arma troia. i. troiana (trisyllabum est troia a troius troia troiũ) circũ. i. in circuitu ipsa exterrita magnis monstris: quia mirabile erat ꝙ tunc arma. i. insignia Troianoꝝ cõspiceret cũ inferis sacrificaret: & inferias celebraret Troianis: Vñ nesciuit an viuus an defunctus esset Aeneas qui ea ferebat: Nam defunctus potuisset in simulacro aparuisse vt illis creditum est. diriguit. i. obstupescens quasi rigida & immobilis facta est: in medio visu. i. vt me ad mediũ satietatis inspexerat tantum adhuc visura quantum viderat nisi diriguisset: calor reliqt ossa & descendit ad præcordia ipsa labitur. i. concidit amens. & fatur tandem vix. id est cum difficultate longo tempore subaudi post. Quid autem dixit: sequentia ostendent.

SERVIVS.

SER. ¶ Viuis ne: Ex affectu muliebri loquitur: & bene inferis sacrificans: & in Luco vbi manes habitant addubitare videtur. Hector vbi est. ad Aeneę pertinet gloriã qui ab Hectore nusq; discessisse videatur. Si igitur in sacris videntur vmbræ: cur non magis eoꝝ quibus sacrificatur. Furenti: inconsolabiliter dolẽti. Hisco: hio nec loqui possum. Viuo: ac si dicat si vita est infœliciter viuere. Excipit: signate loquitur: qa deiectam dixerat: excipiũtur enim quæ cadunt. Digna: Congrua & priori cõueniens. Andromache si Andromache sequentibus iũge: si Andromacha superiorib⁹. Seruas tenes: vt & nũc seruat honos sedem tuus ossaq; nomẽ. Demissa: humili. O fœlix: recte virginitatem laudat & mortẽ: vt se inuitam Pyrrhi cõiugem fuisse ostẽdat Priameia. Polixena. hãc Achilles circa troiana mœnia cõspiciens adamauit. Et cõditione pacis in matrimoniũ postulauit Subdole aũt ꝓmiserunt troiani. Quapropter cũ ad Fœdus Achilles in templum Apollinis Tymbrei venisset. Paris post simulachrum dei latens: Sagitta vulnerauit: itaq; moriẽs achilles iussit vt polixena diruta troia ad suũ sepulchrũ immolareẽ: quod Pyrrhus perfecit Hostilem ad tumulum: nam magnum mortis solatium est promissus hostis interitus. Heri. parũ erat nisi victoris adderet fastum. Attigit: & non ascendit. Nec genialem lectũ dixit. Sed cubile. Fastus. Quando superbiam significat quartę declinationis est quando vero librum in quo est computatio dierum est secũde. Ergo abusus est Lucanus cum dixit. Nec me⁹ eudoxi vincetur fastibus annus. Enixe tul. pertulimus donec in seruitio eniteremur. Vtitur plurali ad excusandum pudorem. Ledæam: Ledæ neptem. Lacedæmonios: Cum ingenti felle. ac si diceret infœlices. Maritis: vt Paridi & Deiphobo. Transmisit: Heri voluntate & non cõiugij vnde & habendam dixit. Scelerum. Matricidij. Excipit dolo: intercipit. Patrias: Achilleas: Nam pyrrhus in patriã reuersus quia pater in templo Apollinis tymbrei cęsus erat i insultationẽ

dei in

Ser. falso accusat Lucanũ.

¶ And. ¶ Vera ne te facies: verus mihi nuncius affers
Nate dea? viuis ne? aut si lux alma recessit:
Hector vbi est? ¶ Aen. ¶ dixit: lachrymasq; effudit & oẽm
Impleuit clamore locum: vix pauca furenti
Subiicio: & raris turbatus vocibus hisco.
Viuo equidẽ: & vitã extrema per omnia duco:
Ne dubita: nam vera vides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna reuisit?
a Hectoris andromache pyrrhin[a] cõnubia seruas
Deiecit vultum: & demissa voce locuta est.
¶ And. b ¶ O fœlix vna ante alias[b] Priameia virgo:
Hostilẽ ad tumulũ troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori: quæ sortitus non pertulit vllos:
Nec victoris heri tetigit captiua cubile:
Nos patria incensa diuersa per æquora vectæ:
c Stirpis achilleæ fastus iuuenemq; superbum
Seruitio enixæ tulimus: qui deinde secutus
Ledæã hermionẽ: lacedæmoniosq; hymenos:
d Me famulo famulãq;[d] heleno trãsmisit habendã.
Ast illum ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis: & scelerum furiis agitatus orestes
e Excipit incautum: patriasq;[e] obtrũcat ad aras.
Morte neoptolemi regnorum reddita cessit
Pars heleno: q chaonios cognomine campos:
Chaoniamq; omnem troiano a chaone dixit:
Pergamaq; iliacamq; iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum venti: quæ fata dedere?
f Aut quis te[f] ignarũ nostris deus appulit oris?
g Quid puer Ascanius? superat ne? & vescit aura?[g]
h Quem tibi iam Troia.[h]
i Ecquæ[i] nam puero est amissæ cura parentis:
Ecquid in antiquam virtutẽ: animosq; viriles
Et pater Aeneas: & auũculus excitat Hector?

PIERIVS.

a ¶ Pyrrhin connubia seruas. In antiquis aliquot codicibus legere est pyrrhi an conubia seruas. Vt sit Andromache

seruas

ASCENSIVS.

¶ Vera &c. In hac parte habetur sermo andromaches ad Aeneam aduentantem & æneæ ad illam: de quo dicit Donatus sic. Vera ne te facies. & quia armatus & qa die in qua non solẽt videri mortui apparuit: existimauit viuum ex occasione autem loci & parẽtationis causa putabat mortuũ Lachrymasq; effudit: hęc omnia prouenerunt ex mariti recordatione: Nec debuit de alio ꝗ de marito in tanto dolore quærere pauca vel quia plura turbat⁹ nõ possem vel quia ipsa ex dolore non fuisset plura auditura. Heu & ipse incipit a gemitu ꝓpter hectoris recordationem. Hectoris an. cum laude hæc duo noĩa extollenda sunt. Pyrrhin: cum depressione qm̃ hostis erat & patris achillis qui hectorem occiderat: memoria fuerat odiosa. Deiecit vul. Mota pudore: & qm̃ factum negare nõ poterat summisse vocis purgatione defendit O fœlix Ex comparatione ostẽdit miserrimam esse fœlicem ꝯparatione sui quæ pudorem amiserit quando mors in illa exclusit violentiam pudoris. Et cũ illa solã fœlicem dicit: non se solã ostendit in causa turpi. Virgo ergo perijt salua castitate. Ad tumulũ: & nõ ad cubile. Vnde nulla voluptas potuit peruenire ad mortuũ. Captiua cubile, nouissimam posuit qua maxime pręmebatur causa. Heri vt qui inimicus fuerat esset dñs. Cubile: nõ ad honestatẽ. sed ad ludibriũ est inuita perducta. Nos patria: cõclusa cõparatiõis parte qua se purgauit redit ad se & opponit sua his quæ euenerãt Cassandre: illa incolumẽ patriã reliqt. Nos incensam: illi⁹ funus solũ patriũ tenet. Nos per diuersa maria sumus tractæ: ꝓtulimus natũ ex achille qui nulla miseratione mouebaẽ. Superbus: ex victoria seruitiũ aũt nimis põderosum fuisse ex eo ostendit ꝙ dixit tulimus enixe. Qui deinde: Ostẽdit necessitate Pyrrho necessitate etiã Heleno fuisse cõiunctam: Hæc ille. Ordo est. O nate dea. s. venere: qđ in laudẽ ei⁹ ꝟgit qa a notis talis ꝑdicaẽ: vt pri⁹ ab achate & alibi etiã a sibylla: ne ꝑ ante an facies. i. spẽs & ꝑsentatio: vera sup. affert te & an tu existẽs ver⁹ i nõ fict⁹: nec simulat⁹ neq; idum

ASC.

Ord.

corpore

corpore tuo vmbra:sed reuera cuius effigiem præ te fers ænea afers.i.præsentas mihi te.i.te ipsum non vmbram nec similitudinē corporis tui. Dubitabat enim an ipse quoq; ab inferis veniret petiturus funeris obsequiū sicubi insepultus remāserit: aut si lux alma.i.vitalis quæ alit viuētes:recessit supple a te: hoc est aut si non verus nuncius tui es: sed vmbra ab inferis descēdens dic sup.(sed id qa imperiosum omisit)vbi est hector.s.maritus meus cui hæc sacrificia libo: & tamen tecum non comparet. Dixit sup. Andromache.i.conclusit orationem suam: aut sermonem suum & effudit lachrymas: quæ causa erat cur non plura diceret & impleuit clamore.i.eiulatu omnem locum.i.omnē partem loci aut totum locum. Ego subijcio.i.subsequenter adijcio vix.i.cū difficultate pauca sup. verba:& ego turbatus.s.commiseratione & affectione in Andromachen quam lachrymare vidi: hisco.i.os aperio & loquor vocibus raris.i.per interualla prolatis,Equidem.i.ego certe viuo: & duco vitam per oia extrema.i. ad extrema fata tendētia:hoc est in extremis miserijs vltra quas mortalitas plures sufferre nequiret:& videtur extrema pro positiuo:hoc est absolute poni nam si superlatiuum esset potius diceret:per extrema quæq;:ne dubita pro ne dubites.Nam vides vera.i.res veras vt verum vultum & verum hoc est viuum hominem nō simulato corpore. Heu dolentis est:quis.i.qualis casus excipit te deiectam.i.ad inferiorē cōditionē iactā de cōiuge.i.de marito tanto quantus.s.erat hector.q.d.indignissimus est cū cōiuncta fueris matrimonio ei qui socerum tuum interemit & cui⁹ pater maritū tuū interfecit. Aut quę.i.qualis fortuna satis digna scilicet virtute & meritis tuis reuisit.i.iterū visit seu visitauit te cū iterū sis prio coniuncta marito videlicet heleno. Pyrrhin.i. pyrrhi ne & ne p an:an tu andromache Hectoris sup.cōiunx seruas cōnubia Pyrrhi.i.eius cuius pater hectorē occidit.q.d.id indignissimū est.Ipsa deiecit vultū & locuta est voce demissa.i.deorsum missa hoc est summissa & ima.O fœlix sup.est virgo priamea.id est priami filia Polixena vna.i.pcipua aut sola ante alias scilicet virgines iussa.s.a pyrrho mori sub altis mœnib⁹ troiæ ad tumultū hostilem.i.achillis hostis.Quo dicto & formā & pudicitiā suā cōmēdat Andromache.Formā qdē(qa ea captus est Pyrrhus & non Polyxenæ:qua tū pater eius captus erat pudicitiam vero:quia maluerit vt illa occisa fuisse q̄ illi placēs nupsisse)q̄.s. virgo nō pertulit.i.nō perpessa est vllos sortitus.i.vllas sortitiones.i.q̄ nūq; in sortē venit modo vni mō alteri sicut ego primo hectori:deinde pyrrho & rursus heleno nec.i.& q̄ nō tetigit captiua.i.existēs serua & captiua cubile.i.thalamū heri victoris & ita superbi nos vectæ.i.ego vecta(de se em̄ pluraliter loquit̄)p diuersa æquora & hoc patria.s.mariti mei hoc est troia incēsa.i.cremata igni tulimus.i.perpessæ sumus enixæ.i.enitēdo & cū multo labore fastus.i.superbiā:stirpis achilleæ.i.Pyrrhi:q; p.i.iuuenē supbū:videlicet Pyrrhū:q secutus deinde.s.postq; me sortitus erat.Hermionē Ledeā.i.ledæ neptē(nā Menelai & Helenæ quæ est filia Ledæ filia fuit quæ Oresti patrueli nupsit:sed postea occiso agamēnone & fugato Oreste a Pyrrho rapta est quo interēpto & Oreste a furore purgato priori marito restituta est) & hymeneos.i.thalamos aut nuptias per metonymiam. Lacedemonios.q.d.& ergo infœlices quales erāt Clytēnestre & helene: trāsmisit me famulā habendā famulo heleno.i.vt captiua nuberem captiuo:& ita quia dn̄s potuit nos ad libitum coniungere. At.i. Hermiō.

✱ seruas ne cōnubia Hectoris,an pyrrhi.Sunt q & andromachen,legāt:vt vno mēbro totū id colligat̄.Quæ digna satis fortuna reuisit Hectoris andromachen? Sed em̄ longe magis placet eruditis ingenijs,qđ vulgata habent exēplaria. Hectoris andromache pyrrhin cōnubia seruas? Hoc est,fieri ne potest o andromache,vt quæ hectoris vxor fueris,Pyrrhi cōnubia seruare possis. Antiqua vero fere oia exēplaria conubia,
b vnico n,scribunt. b ¶ O fœlix vna ante alias. Pathos est, vt ait Quintia.in.vj.quo grauē rē interdū efficimus,si magnis malis grauius id esse,qđ ppessi sumus,ostēdit̄.Quā miser.n. casus andromaches:si cōparata ei fœlix Polyxena,hostilē ad
c tumulū iussa mori. c ¶ Stirpis achilleæ fastus iuuenēq; superbū seruitio enixæ tulimus.In codi. aliquot anti. Fastum vnitatis numero legit̄,sed lōge calamitosius videt̄ numero multitudinis Fastus dicere.Qđ vero ait Seruitio Enixæ, vt missa faciā,q̄ Serui⁹ tradit,No.Marcellus hoc loco teste,enixam dici,partu leuatā ait.Quāuis etiā enixā, labore exercitā exponat alibi,eodem hoc loco teste.Idem alibi Enixæ dicūtur fœminæ dolendi labore perfunctæ,'q,đ vinculis qbusdā periculi,qbus implicarent̄,fuerint exsolutæ.Nexum em̄ dici artū & colligatum ostēdit Plautus in Amphitryone dicens. Vno labore exsolueret erūnas duas.Hæc ad eos dicta volui, q enixæ,participij voce legi contēdūt.Sed em̄ Ti.Dona.enixe,ait aduerbiū esse debere, vt sit Fastus eius intolerabiliter seruitio tulimus.Ex eo vero qđ dixit tulimus,ostēdit nimiū fuisse seruitij pondus.Enixe ergo,& tulimus,hoc idē significāt,ait ille in cōmētarijs integris Neq; ptereūdū qđ hoc loco Sosipater ait Seruitiū esse multitudinē seruorum,seruitutē vero conditionē seruiendi,sed veteres indifferēter seruitiū p seruitute posuisse.vt Verg.iij.Seruitio En.Tu.in eandē sententiā
d Tibullus.Sic mihi seruitiū video dn̄amq; paratā. d ¶ Me famulā famuloq; heleno trāsmisit habendā.In Medi.& in Portio,& antiqs fere oībus exēplaribus dictiones in hūc sunt ordinē collocatæ.Me famulo famulāq; hele.Et eodē legit ordi-
e ne Ti.Dona. e ¶ Patriasq; obtrūcat ad aras. Eusebius de tēporibus.Pyrrhus Delphis in templo Apollinis ab Oreste occidit̄ pditione sacerdotis Macarei.Cur vero patrias dixerit poeta,Seruius multas rōnes adducit. At Macro:primo Saturna. Apollinē πατρου olim cognominatū ait,nō ppria gētis vnius aut ciuitatis religione,sed vt auctorē pgenerandarū oim rerū.Qđ sol humoribus exsiccatis ad pgenerandū oibus pbuerit cām,de quo Orpheus. πατρος εχοντα νοομ λαι επιφρονα βουλην. Placuerit vero Macrobio hæc philosophice cōmētari. Sane atheniēses, vt Harpocratiō tradit πατρωομ απωλλω coluere auspicijs ionis,q quū in atticā migrasset, Atheniēses iones vocati sunt. Ab eisq;
f apollo patrous cognominatus. f ¶ Aut qs te ignarū.In antiqs aliquot codi. legere est aut qsnā ignarū.Fuerat vero te, pnomē forte additū a paraphraste.Nēpe qsnā etiā apud Ti.Donatū habe-
g tur.Et ita scriptum est in co.Medi. g ¶ Et vescit̄ aura.In antiqs plærisq; co.auras,accusatiuo casu
h legitur,cū elocutione Tibulli.Sic vsq; sacras innoxia lauros vescar. h ¶ Quē tibi iā troia.In antiquis aliquot codi.versus absolutus legit̄,sed cādore haud quaq; Virgiliano. In nōnullis enim troia obsessa est enixa creusa.In aliquot alijs.Quē tibi iā troia peperit fumāte creusa. Vtrūq; ridiculū.Sed plurimū supplemētū illud aliena manu additū est, vt cernere est in Medi.co.& aliquot
i alijs. i ¶ Ecquæ iam puero est amissæ cura parentis. Codices nonnulli veteres legunt Et quæ. Ia nonnullis etiam peruetustis scriptum obseruaui Ecqua tamē puero est am.cu.pa.Et ita est etiā in codice Donatiano.In Medi.quæ tamen & puero est.Apud Fl.Sosipatrum non solum ecqua tamen,sed & amissi, virili genere non amissæ,positum a Virgilio citatur. Propterea quod hæres parēs & homo,& si i communi sexu intelligantur,tamen masculino genere semper dicūtur.Nemo enim inquit ille:aut secundam hæredem dicit,aut bonam parentem aut malam hominē, sed masculine,tam & si de fœmina sermo habeatur.Pacuuius in Medo cum ostenderet a Medo Medeæ filio matrem quæri ait. Te sol inuoco, vt mihi potestatem duis inquirendi mei parētis. Sed gracchus suos parentes amat,cum dicit,in significatione matris accipitur.Citat & alia exempla: deniq; apud Virg.sic asseuerat legi.Ecqua tamen puero est amissi cura parentis.Sed codices nonnulli librarij nimirum incuria. Puero amissæ est, vna lectione trāsposita legūt.Sed vtcūq; ea sint nemo tn̄ inficiari potest apud eūdem Virgilium legi alma parens confessa deam, & salue sancta parens frugum saturnia tellus. Nisi qs dicere velit his locis parēs,nūc participij quodammodo vicem habere,nunc per appositionem dici, vt Sancta tellus parens frugum, vel figurate, vt Lepus fœta.De nomine autem hæres nemo,qđ sciam,ambigit.Sed hoiem quādoq; fœminino epitheto positum aiunt. vt apud Seruium Sulpitium in epistola ad M.Tullium.Quoniā homo nata fuerat.Sed enim hoc elocutionis modo,quum nata,suppositum sit, & homo, appositum : nihil cum genere commune habere videntur.Nata enim ad filiam, non ad homo refertur. Sed em̄ hæc alij viderint:nos ad institutū opus reuertamur.

✱ dei in tēplo illius delphico aras patris instituit:& illi sacrificare cœpit alij patrias.i.apollineas a patris achaiæ ciuitate vbi apollo colitur. Nec quæras cur dixerit delphicas:qa epitheta in alieno negocio plærūq; alia ponunt̄:vt i quarto Grineus apollo & lyciæ sortes:cū a Delio acceperit oracula.Cessi:per priuignū.Pergama & n̄ pgamea.Qui v.admiratiue quasi tam psperi. Quis deus? Qui pstitit nobis vt te videre possem⁹.Tale est illud æneæ ad Didonē adulatorium. Hinc me digressum vr̄is deus appulit oris.Ignarū:aliud disponētem.Superat ne:viuit.Sane mouet dictū & caret exēplo:vt pauca in Verg.Alij dicūt.Superat.i. superstes est. Sed supstes psentē significat.Cicero in Mureniana Suis vtriusq; supstibus.i.psentibus.Quē tibi iā Troia.hemystichō nec sensu plenū:& sunt duo talia:vt hoc,Et concessere deum quē qdā ita compleuit:cōcessere deū pfugis noua mœnia teucris Amissæ parētis:sed vn̄ sciebat hoc andromache? R̄ndet̄ vel ab Heleno diuinante:vel ænea q̄rente p Troiā.Sed vtrūq; inualidum. Ergo parētis.i.patriæ. Tullius. Si tibi patria quæ cōis omnium parens est.

Supero.

Supstes.

☞ sed Orestes inflãmatus.i.ad emissionẽ flãmæ vsq; incẽsus magno amore prioris cõiugis.i.quã ipse prior hoc est ante Pyrrhũ sortitus erat:hoc est ipsius hermyones seu hermyone (vtrũq; em̃ legitur sicut Helenæ & helena.Ledæ & leda)& agitatus furijs scelerum commissorum.s.in matrem quam occiderat:excipit.i.adoritur aut intercipit illum.s.Pyrrhum incautum.i.sibi non præcauentem cum a furente nihil tale vereretur: & obtruncat ad aras patrias.i.paternas:hoc est Achilleas quas videlicet Achilli patri suo consecrauerat.Pars regnorum cessit.i.iure obuenit Heleno reddita morte.i.per mortem Neoptolemi.s.pyrrhi: quia genuerat filium qui post mortem patris moriens matri reliquit portionem regni.Vnde per priuignum inquit Seruius cessit: cessit inquam Heleno videlicet marito meo:qui.s.helenus dixit.i.denominauit campos cognomine chaonios.i.qui nũc chaonij appellantur:& dixit omnem scilicet regionem hanc:chaoniam:a chaone Troiano scilicet viro:fratre suo hoc est ipsius heleni: & addidit iugis.i.colliculis his:pergama.i.mœnia troiana.i.eodem nomine appellata:& hanc arcem iliacam.i.quam ilium appellauit: sed qui venti & quæ fata dedere tibi cursum:aut quis deus:quasi innuat ꝙ bonus appullit te ignarum.i.ignorantẽ ꝙ hic essemus his oris.i.ad has oras.Quid supple agit aut facit(generale enim verbum honestam eclypsim facit:quia facile intelligitur & potissimum in interrogationibus & increpationibus quæ breues esse debent)superat ne.i.superuiuit ne & superat ætatis imbecillis incommoda & nocumenta:& pro id est vescitur aura scilicet vitali(quem tibi &c. quidam hoc hemistichion sic compleuit. Quem tibi iam troia obsessa est enixa Creusa:sed Seruius attestatur incompletum esse etiam imperfecto sensu derelicto sed in ea re summum est artificium:vt mulier præpedita dolore sensum absoluere non potuisse significetur.Præterea vult curam parentis id est patriæ dici:non matris Creusæ: nam vnde inquit sciebat hoc Andromache.Nec tamen videtur inualidum ꝙ audiuerit ab his qui æneam viderant eam queritantem:qui in secundo dixit.Impleui clamore vias mœstusq; Creusam Ne quicq̃ ingeminans:iterumq; iterumq; vocaui &c.quia ergo regis filia ab hostibus forsan multum quæsita fuit:potuit eius finem didicisse ab his qui eam raptam norant:construam ergo sic)quem scilicet Ascanium supple Creusa cuius nomen in cõspectu mariti exprimere non potuit est supple enixa tibi troia iam obsessa scilicet a græcis(hoc autem subticet aut propter dictam causam:aut ablatum est a castigatoribus quia in detrimentum gloriæ domus iuliæ cedebat ꝙ Iulus sub obsidione natus diceret ne obscurus sit illi & tristis natalis a quo tanta processit propago.) Ecquidnam id est en quenam aut & quenam id est q̃ magna aut interrogatiue aut admiratiue dicitur:cura parentis scilicet troiæ hoc est patriæ aut potius creusæ parentis id est matris amissæ id est ablatæ est puero scilicet Ascanio.Ecquid:quasi dicat dij boni & quam rẽ aut quantum & æneas pater & Hector auunculus id est frater matris:excitat scilicet Ascanio:eam enim ob rem prisci romani stẽmata id est maiorum suorum imagines in coronã dispositas cõseruabant vt ab eis ad virtutem excitarentur: quantum ergo & pater & auunculus excitat in virtutem antiquam.i.maiorũ suorum aut qualis erat antiquis & in.i.ad animos viriles. ¶ Priusq̃ ad cætera pgã addam Beroaldina annotamenta in Seruium contra id qd' dicit fastos ꝓ libro fastoꝝ non esse quartæ:ea aũt sunt hæc.Nimis audax ne dicã temerarius est Seruius q Lucanum scribit errasse dicẽdo fastibus & nõ fastis:cũ Lucanus eruditissimus Seruio reliqsq; cõmẽtatoribus excellẽtior morẽ antiquoꝝ vsurpauerit:q fastus etiã ꝓ annalibus & libris in quarta declinatiõe nõnũq; dicere solebãt. Varro in ephemeride Cæsar fastus correxit.Colu.in.x.sequor nũc Eudoxi & Metonis fastus astrologoꝝ: & apud Hora.duplex scriptura inuenit̃:fastos & fastus & vt author est Priscia.eadem forma dicitur fastus vel fasti qua senatus vel senati in.ij.&.iiij.declinatione,

SERVIUS.

SER.

¶ Aeñ. ¶ Agnosco aut cognomĩe agnosco:aut certe quia reparatam audierat troiam: vt hic incredibilis rerum fama.Scæaeq;:scæa porta non est dicta a pugnis scæis.i. malis ante se factis:nam & antea sic vocabatur:nec ab itinere ingressis:scæuo.i.sinistro ꝙ ingressi non recto eunt itinere sed sinistro:sed a cadauere Laomedõtis hoc est scænomate qd' in ei9 fuerat superliminio. Teucri:ꝓ teucride.Accipiebat: pascebat. Teren.accipit nemo melius nec ꝓlixius.Aulai:pro aulæ:est enim diæresis e Græca scriptura resoluta diphthongo.Carbasus: lini est genus qd' plærũq; abusiue ꝓ velo ponitur:& in singulari est hæc Carbasus in plurali hæc carbasa.Troiugena:ac si diceret generose.vt alibi dardanidæ magni genus alto a sanguine diuũ. Interpres.Vaticinator:qui mortalibus deorum mentem publicas.Sed quia interpres nomẽ generale est currit per species omis enim diuinatio teste Cicerone ĩ duas partes diuiditur: nam aut furor est vt in vaticinantibus: aut ars vt in aruspicibus:fulguratoribus:& auguribus : oĩa aũt ista ex se pendent : licet proprijs finibus contineantur.Ergo Vergi.omnia ei dat quem vult perfectum intelligi:vt hoc loco Heleno:& in decimo.asylæ Cui pecudum fibræ:cœli cui sydera parent.Et linguæ volucrum & ꝑsagi fulminis ignes Diuum qui numina:potest & interpres diuũ distingui:sane per oĩa zeugma est ab inferiorib9 sentis.Qui numina sentis qui suscipis numen & futura prædicis.Qui t. tripodes mensæ fuerunt in tẽplo apollinis Delphici in quibus positæ phœbades

(Margin: Scæa porta. — Carbas9. — Diuinatio.)

¶ Talia fundebat lachrimãs:longosq; ciebat
Incassum fletus:cum sese a mœnibus heros
a Priamides multis Helenus[a] comitatibus affert
Agnoscitq; suos:lætusq; ad limina ducit.
b Et multum lachrymas[b] verba inter singula fũdit.
Procedo:& paruam Troiã simulataq; magnis
Pergama:& arentem xanthi cognomine riuũ
Agnosco:scææq; amplector limina portæ.
Necnon & teucri socia simul vrbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
c Aulai in[c] medio libabant pocula Bacchi:
Impositis auro dapibus:paterasq; tenebant.
Iamq; dies alterq; dies processit:& auræ
Vela vocant:tumidoq; inflatur carbasus austro
d His[d] vatem aggredior dictis:ac talia quæso.
Troiugena interpres diuũ qui numina phœbi:
e Qui tripodas clarii lauros:[e] qui sydera sentis:
Et volucrum linguas:& præpetis oĩa pennæ:
f Fare age(nãq; oẽm[f] cursum mihi ꝓspera dixit
Religio & cuncti suaserunt numine diui
Italiam petere:& terras tentare repostas.
Sola nouum ductuq; nefas harpyia Celæno
g Prodigium[g] canit:& tristis denunciat iras.
Obscœnãq; famem)quæ prima pericula vito:
Quidve sequẽs tãtos possim superare labores.

PIERIVS.

a Priamides multis helenus comitantibus affert. In codicibus aliquot antiquis legere est priamides hel.mult.comi.adfert. Simplicior quidem hic sermo:& narranti aliquid accommodatior.Ille autem prout vt in vulgatis habetur exemplarib9
& cõptior

ASCENSIVS.

ASC. ¶ Talia fũdebat.Docet quomodo post colloquiũ susceptus est hospitio in nouam troiam quã ad similitudinem prioris extruerant vtq; vaticinium ab Heleno petierit sub profectionem suam de quibus rebus dicit Dona. sic. Don. Paruam troiã in oĩbus istis versibus ne minuat magnitudinẽ troiæ patriæ ostendit hãc nõ tãtam esse sed similẽ nã dixit paruam troiã & simulata pergama arentẽq; riuum Xanti.Necnõ & teucris æneam. Anchisen & ascaniũ duxit ĩ suã domũ.Reliquos hospitia p ciuitatẽ acceperũt.Accipiebat:pascebat : aliter em̃ nõ in amplis porticibus sed in amplas porticus dicendum fuerat. Iãq; dies argumentũ benignitatis:cũ nõ vnius:sed pluriũ dierũ sit hospitium.Troiugena:plurimum dat ei generi : ex quo fuit etiam ipse q laudabat interpres. Quid fœlicius q̃ nosse qd velit dij & dignũ esse p quẽ loquat̃ in hoĩbus. Tripodas : triũ pedum sunt.Alio noĩe cortina appellat̃ Est aũt laus plena:nã cũ sint diuersa vatũ genera:& vix singula vaticinationis in singulis reperiant̃ ipse erat in oĩbus versatus.Est color rhetoricus repetitio.Fare age non iubet sed hortatur.Prodigia aũt dicuntur quibus nunciantur aduersa. Poscat inde remedium quo aduersa tolleret:aut possit fugere. Hæc ille. Ordo. Ordo est.Sup.Andromache lachrymãs vnde nõ mirũ si nõ omnem expleuit sermonem: fundebat.s.e pectore:talia.i. talis querelas:& ciebat.i.excitabat & prouocabat incassum.i.frustra & in vanum:qa nihil ꝓfuturos fletus longos.i.longe repetitos aut in lõgũ duraturos;sup.tunc quã.i.
☞ quando

¶ quando Helenus heros.i.he
roica virtute & nobilitate pditꝰ:
Priamides.i.priameius vt sit pa
tronymicū p possessiuo: aut sic
cum heros.s.Helenꝰ. priamides.
i.priami filiꝰ: affert se sup.nobis
& hoc multis comitantibus sup.
eum & ipse agnoscit suos affines
necessarios & cōpatriotas: & ip-
se lætus ducit.s.agnitos ad limi-
na.s.domus sue & fundit multū.
i.abunde lachrymas inter singu
la verba. Ego procedo.s.ad vrbē
& agnosco paruā troiā.i.vrbem
paruam extructam in formā ma
gne troiæ: & agnosco pergama.
i.mœnia troiana supp.parua si-
mulata magnis.i. efficta ad simi
litudinem magnoꝵ: & riuū arē-
tem.i.sine aquis alueum: cogno
mine.i.cui cognomen erat xan-
thi illius fluuij troiam interfluē-
tis. & amplector limina: porte
sceæ.i.ingredior portā quę dicta
est a porta scæa troiana vergēte
ad scæū pmontoriū & extructa
in silitudinē illius. Necnō.i.etiā
teucri.i.troiani cæteri hoc est so-
cij mei fruunt simul vrbe socia.
i.recipiunt socialiter a cōpatrio
tis suis. Rex.s.Helenꝰ qui in par-
tem regni puenerat: accipiebat.
s.ad conuiuiū.i. pascebat illos.s.
teucros in porticibꝰ amplis: vti
regie cōueniunt: & ipsi illic im-
morantes: libabant.s. primū aut
more libantiū.i.sacrificantiū ab
sumebant pocula bacchi.i.vini:
in medio aulai.i.aule: hoc est re-
gie (nam aula est regia latine qa
aūt vbi latine habemus æ græci
habent ai pro diphthongo. & tñ
vt nos e proferunt: qꝫuis pro oi
vbi nos œ scribimus ipsi i pnū-
cient ideo aulai pquo greci au-
læ pronunciant per dieresim fit
trissyllabum sicut apud Enniū
lunai quod Persiꝰ citat: & aurai
simplicis ignem apud hunc poe
ta) & tenebāt pateras.i.vasa am-
pla: & hoc dapibus.i.cibis regali
bus impositis auro.i.escarijs au-
reis faciebant inquit hæc. Iamqꝫ
i.& iam dies. s.vnus & alter dies
processit: & aure.i.venti oportu
ni & secundi leniter spirātes: vo
cant vela.i. vident nos prouoca
re ad pandenda vela & carbasus
i.velum ex carbaso inflatur austro.i.vento illo tumido.i.inflato
aut inflante: nā flantes tumere vident: & sup.ego aggredior vatē
scilicet Helenum his.i.huiusmodi dictis.i.verbis (est em̄ nomen
nō participium) ac quæso.i. præcor talia: o troiugena .i. in troia
genite interpres.i. significator per loquelam diuū .i. voluntatis
deoꝵ: qui sentis numina phœbi.i.diuinitatem eiꝰ per illapsum:
qui sentit tripodas.i.reuelationem factam apud tripodas Apol-
linis: scilicet in delo: qui sentis lauros clarij: scilicet apollinis .i.
oracula Clarij fieri solita sub lauro: qui sentis sydera.i.iudicium
astroꝵ & ita prescis per te futura: & qui sentis linguas volucrum
i.auium oscinaꝵ: hoc est auguriū quod ex garritu fit auiū & oia.
i.portenta aut indicia penne præpetis.i.auis oportune volantis
& sedes idoneas captantis hoc est auspicij etiam peritus es: age ad
hortandi aduerbium fare quæ pericula ego vito .i. vitare debeā
prima.i.

prima.i.præcipua: ve pro vel: quid sequens ego possim supe
rare tantos labores quantos.s.harpyia Celeno prædixerat fare in
quam nā religio.i.deoꝵ obseruatio hoc est pia & religiosa gens
vt cassandra: Creusa: Hector &c. pspera dixit mihi oēm cursum
p eo quod est oīs religio dixit mihi cursum psperū est em̄ in ad-
iectiuis hypalage & cūcti diui suaserunt numine.i.nutu & fauo-
re aut volūtate aut diuina potestate sua aut vt Seruius dicit ora-
culo petere Italiā & tentare terras repostas.i.lōge positas: aut no
bis repositas.i.receptas aut repositas ad aduentū nostrū. Sola Ce
leno harpyia canit.i.vaticinat prodigiū nouū.i.inauditum mi-
hi & ab alijs nō significatū & ideo solā: & canit prodigiū nefas.i.
nefandū & detestabile: dictu.i.dum dicitur aut vt dicat. Et denū
ciat mihi iras deum.i.deoꝵ: tristis.i. incōmodas nobis: qꝫ pro.i.
famā obscœnā.i.indecorā aut quę quos torquet obscœnos facit.

& comptior & aliquanto lasciuior pluribus magis placet.
Superius tamen eadem vsus est simplicitate Virgilius, quum
dixit, priamiden helenum graias regnare per vrbis, qui si al-
tius insonare voluisset, priamiden graias Helenum regnare
per vrbis, dubio procul scriptum reliquisset. Sed qui stilum
narrationis pssiorem, purioremqꝫ expeti non ignoraret, pria
b miden helenum absqꝫ fucco dicere maluit. b ¶ Et multū la-
crimas. In Mediceo & codicibus aliquot antiquis, participij
voce lacrumans legitur. Quę lectio Seruio non satisfacit, qui
malit nomen qꝫ participium. Sunt tamen erudita ingenia, q-
bus minime displicet eiusmodi elocutio, interfundit verba
singula multum lacrimans. Illud vero minime placet, quod
in veteribus plerisqꝫ codicibus fudit legitur tempore pterito.
c ¶ Aulai In Medio libabant. In veteribus codicibus aliquot
aulai medio absqꝫ, in præpositione legitur, quod non ita pla
cet. Quantum vero pertinet ad dieresim, Quintilianus libro
institutionum primo, æ, syllaba ait, cuius secundam nunc, e,
litteram ponimus, varie per, a, &, i, efferebatur. Quidam sem
per vt græci quidam singulariter, tantum, quum in datiuum
vel genitiuum casum incidissent. Vnde pictai, vestis, & aulai
Virgilius amantissimus vetustatis, inseruit carminibus. eoꝵ
vero scribēdi morem, qui, vt Quintilianus ait, grecos seque-
bantur Ti. Claudius Drusi F. pæcipue adamauit, cuius inscri
ptio quædā, de auctis populi romani finibus, pomerioqꝫ am
pliato Romæ inspicitur ad cloacam D. Luciæ in hunc modū.
Ti Claudius Drusi. F. caisar aug. Nam de digammo, quo etiā
vsus est eodem monumēto in dictionibus, amplia-it, termi-
d na-itqꝫ, alibi diximus. d ¶ Hic vatem aggredior dictis. Me
diceus & alij quidam codices vetusti his vatem aggredior di-
e ctis legunt: sed hic non displicet. e ¶ Qui tripodas clarij lau
ros. Sosipater Caris, ait quosdam laurus hoc loco agnoscere
quarto declinatu, quod omnia arborum genera quartæ decli
nationis esse censerent, aduersus quos disputat, & Virgiliano
præsertim exemplo eo, & vos o lauri carpam, & te proxuma
myrte, rationem suam confirmat, licet illi auctoritate muta-
ri in vocatiuo dicant. Præterea in Mediceo codice vna plus
dictione clarij & lauros legitur. Erat tamen clari prius, eo mo
do quo veteres passim, ij, geminum per vnum oblongū scri-
f ptitate consuerant, etiam si duo enuntiarent, vt exempla indicant alibi recitata. f ¶ Namqꝫ om
nem cursum mihi prospera dixit relegio. In veteribus aliquot exemplaribus legere est namqꝫ om
nis cursum mihi prospera dixit religio. Sequitur enim, & cuncti diui, vbi nulla opus erit hypalla
g ge. Eandem hanc lectionem reperi in Donatiano contextu. g ¶ Prodigium canit. Prodigium
semper dictu pessimum esse, quasi porro adigendum, hoc loco teste, nonius affirmat, quum mon
stra & portenta similiter intelligantur, quod imminentia monstrent, & ostendant. Portētum ve
ro non solum quod portendat: sed quod etiam apportet, & faciat in ijs, quæ significationibus, au
spicijs, augurijs, & extispicijs ostenduntur. Sed enim cornelius fronto prodigium esse dicit, quod
mores faciunt, per quod detrimentum expectatur, prodigosqꝫ vocari, qui prodigia faciūt. Quod
Virgilianæ sententię pulcherrime quadrat. celeno enim rem pręter mores minabatur, vt scilicet
sacrum libum malis audacibus mandere adgrederentur, quod vnū maxime reformidabit æneæ
pietas. Sunt & prodigiosa crimina etiam memoratu religiosa, de quibus apud auctores sæpe. mō
strum vero esse, cornelius idem ait, in quo rectus ordo naturæ vitiatur, vt si minotaurus, aut ali-
quid huiusmodi nascatur. Ostentum, quod præter consuetudinem offertur, vt puta si videatur
terra ardere, vel cœlum vel mare, in quo raritas admirationem facit. Portentum vero, quod por
ro & diutius maneat, futurumqꝫ porro aliquid significet, eiusqꝫ esse euentum differri. Has autem
vocabulorum differentias, & proprietates interim adnotare non grauamur, quū præsertim apud
auctores diuersa est eorum interpretatio, vnde aliqua suboriatur cōtrouersia, in quo lucubratio-
nis genere docta & elegantia ingenia sese exercere sæpe consueuerunt.

phœbades futura prædice-
bant Clarij. Clarium oppidū in finibus colophoniorū. Est autē Clarium
clarij duplici i vt cla breue sit: sic
em̄ pfertur Statius: Nec clarias
hac luce fores Dydimeaqꝫ quis-
qꝫ per laurū aūt oraculū intelli-
gimus. Sidera: qui es peritꝰ astro
logię. Volucrum.i.qui augur es
Præpetis. aues oscinę sunt aut p Oscinæ.
petes. Oscinæ ab os & cano dictę prępetes.
ore futura pdicunt præpetes ve-
ro a volatu sed prępetes aut supe
riora tenent: & præpetes dicunt
aut inferiora: & infere appellant
pręptes aūt quia oēs aues supe-
riora tenēt volantes. Fare age: or
do est troiugena fare age quę pri
ma pericula vito: cetera sunt per
parēthesim. Oēm cursum religo
i.oīs religio p hypallagē. Cūcti:
diui: qa qcqd audiuit a diuersis
ad Iouē recurrit. Vñ supra: quæ
phœbo pater oīpotēs mihi phœ
bus apollo Prædixitr. Numine
oraculo. Repostas: pathos.i.lon-
ge positas: prodigiū autem mon
strum & portētum modico fine
discernuntur. Sed cōfuse plærum
qꝫ ponuntur. Obscœnā: aut quæ
hoīes ad obscœna compellit. Vt
Male suada fames: aut quam ob
scœna auis prędixit. Quæ pri. p.
v. duo petit: aut quomodo peri-
culis careat: aut quibus consilijs
par esse possit laboribus. Tātos:
quantos harpyia prædixit.

ASCENSIVS.

¶ Hic Helenus &c. Recitat respō
sum & vaticinium Heleni mul-
ta monentis: de quo dicit Dona
tus sic. Manu: quod est apertum
signum beniuolentiæ. Suspen-
sum: aut numinis veneratione
turbatū: aut inde suspensum: ne
cōtraria

Hic Helenus cæsis primum de more iuuencis
Exorat pacem diuum: vittasqꝫ resoluit
Sacrati capitis: meqꝫ ad tua limina phœbe

SERVIVS.

¶ De more scilicet sacrificātum: SER.
aut vt est mos sacrificantum re-
quirit an esset tempus consulen
di. vnde in sexto. Tum virgo po
scere fata tpus ait: aut certe quod
est melius de sacrificantium mo
re ante nefas expiat quod ab har

⁂ pyia prędictũ est: & sic venit ad vaticinationẽ. Sequens vero locꝰ declarat famẽ hic esse expiatam. s. Aderitq; vocatus apollo. Nã nisi in hoc loco intellexeris: nusq; inuocandũ est Apollinis numẽ famis causa. Dubitationẽ aũt in hoc loco exorat facit. Nã

Exorare. òrare est petere. Exorare impetrare. Ergo impetrat pacẽ aut ad inquirendũ tp̄s: aut ad mitigandũ famis periculum. Resoluit: in sacris par est corporis & aiæ causa: nam quæ nõ possunt circa aiam fieri fiunt circa corpus: vt soluere vel ligare quo possit aĩa qđ p se nõ põt ex cognatione sentire. Vñ est: vnum exuta pedem vinclis in veste recincta. Ergo hic cũ

¶Hele. cta corporis resoluit: ne qua parte aio religato ad numen accederet. Suspensum sollicitũ & attentum si suspensus ipse plenus numinis. Deide: peractis sacris. Nate: ordo est nate dea tibi expediã dictis: ꝓhibent nam cætera parcæ scire Helenũ: fariq; vetat Saturnia Iuno: Oĩa ingt vates nouit: sed nõ permittit̃ dicere fatis. Et etiã ex his q̃ nouit: multa ꝓhibet dicere Iuno: Maioribꝰ: cœlestibus ꝓpter syderis cursum cuius fuit explanatio per Creusam Per altũ per limitẽ supioris fortunę. Sortitur disponit: ordinat: Allusit aũt ad id quod sortibus

Fatum. apollo dat rñsa. Voluit: diffinitio fati. ait em̃ Tullius q́ est connexio rerũ per æternitatẽ se inuicem tenens q̃ suo ordine & lege variat̃: ita tñ vt ipsa varietas habeat æternitatẽ. Pauca duo dicit & quõ tute possit nauigare & q̃bus signis Italiã cognoscat. Prohibent. Lege cætera te scire ꝓhibent fata: Helenũ vero prohibet Iuno dicere ea etiã quę audire poteras: & q̃ vacat. Male aũt legunt ꝓhibẽt scire Helenũ cũ sit in Lucano: venit ætas oĩs in vnã cõgeriem miserumq; p̄munt tot secula pectus: & alibi nec tm̃ ꝓdere vati: Quãtũ scire licet. Ergo nõ ꝓhibent scire Helenũ: Quõ em̃ vetaret Iuno dicere qđ nesciret; sunt aũt mors patris ad augendũ inopinatum dolorẽ. Tempestas ab Aeolo immissa: amor Didonis in quo gaudium esset sed qđ ante promissum est: vile creditur & si sciret de aphrica se exiturum non facile assentiret Didonis amoribus. At Iuno cupiebat illum remanere: quo regnũ Italiæ libycas auerteret oras. Et ipse rem inopinatam conqueritur nec vates Helenus cũ multa horrenda caneret: Hos mihi prædixit luctus. Ignare pro ignarus. Longa: nõ situ sed necessitate fatali & tardiore nauigatione. Via inuia. Aeneę scilicet Lentandus aut lente tibi nauigandum est. Nam totam circuit siciliam Aut lentandus. i. flectendus: lentum enim flexibile est. Lacus lucrinus & auernus: inter quos spelũca est ad inferos tendens: vnde eos infernos dixit. Circes. nũc mons circeus est: olim vt ait Varro insula fuit nondum siccatis paludibus quibus diuidebatur a continenti. Aeææ: sic dicta ab aspernãtium voce propter cõmutationes corpoꝝ illic celebratas. Tutã propter thracię & cretę discrimina. Signa deest ergo: & peruertit ordinẽ.



a Ipse manu multo suspensum numine ducit.[a]
Atq; hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos.
¶Nate dea (nam te maioribus ire per altum
Auspiciis manifesta fides: sic fata deum rex
Sortitur: voluitq; vices: hic vertitur ordo)
Pauca tibi ex multis: quo tutior hospita lustres
Aequora & ausonio possis considere portu:
Expediam dictis: prohibent nã cætera parcæ
b Scire[b] Helenum: fariq; vetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam quã tu iam rere ꝓpinquam.
Vicinosq; ignare paras inuadere portus:
Longa procul longis via diuidit inuia terris.
Ante & trinacria lẽtandus remus in vnda:
Et salis ausonii lustrandum nauibus æquor:
c Inferniq; lacus: æææq; insula circes.[c]
Quã tuta possis vrbem componere terra:
Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.
d Cum tibi sollicito secreti ad fluminis vndam[d]
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus:
Triginta capitum fœtus enixa iacebit
Alba solo recubans: albi circum vbera nati:
Is locus vrbis erit: requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros.
Fata viam inuenient: aderitq; vocatus Apollo.

PIERIVS.

a ¶Suspensum numine ducit. In antiquis codicibus duxit præterito tempore scriptum obseruaui. Sed ipsa narrantis continuatio præsens potius tempus exigere videtur. b ¶Prohibent nam cætera parcę scire helenum fariq; vetat Saturnia Iuno. In antiquis fere omnibus codicibus inuenias punctũ firmum adnotatum esse post scire, vt sit, prohibent nam cætera parcæ scire, mox altera coma totum illud complectatur, helenum fariq; vetat Saturnia Iuno. Quam lectionẽ Seruius etiã agnoscit, & ita distinguendum esse, multis rationibus ostẽdit Sed enim Ti. Donatus scire helenum legit. Multa inquit tibi instructionis causa fuerant referenda, sed ne id fiat dĳ prohibent me scire, & Iuno aliqua referre non patitur. c ¶Aeææq; insula circes. In codicibus antiquis modo circe per abiectionem, s, litteræ, modo circæ cum diphthongo latino declinatu scriptum inueni, quod prorsus reĳcitur, circes vero omniũ cõsensu recipitur. d ¶Secreti ad fluminis vndam. In codicibus aliquot antiquis vndas legitur, sed pluralitas huiusmodi mari potius videtur conuenire.

☞ contraria q́ oportet audire. Diuino quia diuina canit. Nam cum sit cõiunctio rationalis nõ debet prima constitui: ergo lege Nate dea nã te ma. ire par al. Auspicĳs. m. f. nam sic fata deũ rex sortitur Pauca multa instructionis causa fuerant referẽda: sed ne id fieret: dĳ prohibent me scire & Iuno aliqua referre non patitur tamen dicam quę possunt esse in mea potestate. Deinde narrat q́ q̃uis Italia proxima sit tamẽ lõgo circuitu ambienda est Sicilia Signa tibi dicam: Commendat quod fuerat dicturus: vt ostenderet id magnum esse & verũ deinde dat signa fluminis: dat porcæ: dat numerũ fœtus: dat colorem: quod si est p̀ręter naturã porcam edere. xxx. multa persępe quę bonum aut malum portenderent. euenerũt p̄ter naturã vt ignis ex capite ascanĳ mitis & innoxius vt i polydori sepulchro sanguis ex viminibus: vt vox humana ex pecudibus. Nec tu. m. ostẽdit futurã famẽ: sed non nocituram hæc ille. Ordo est. Helenus exorat. i. orando & implorando impetrat: hic. i. hoc tẽpore quo p̄dicta petebã: pacem. i. reconciliationem aut fauorem qui esse solet inter eos qui inter se pacẽ habent: diuum. i. diuoꝝ: & hoc iuuencis cęsis primũ de more. s. sacrificantiũ ad obtinenda oracula aut diuinandi beneficium: & resoluit. i. laxat vittas capitis sacrati. s. sui q sacerdos & vates erat ideo aũt resoluit vt aĩum quoq; solutũ externis curis significaret aut vt futuro furori accõmodaret: & ipse ducit manu supp. sua: me suspensum. i. sollicitum & attẽtum numine multo ita vt etiã diuino numine afflatum se significet Aeneas: aut legẽdum est suspensus vt sit Helenus suspensus multo numine ducit me manu o phœbe ad tua limina. i. ad ingressum tẽpli tui. Atq; ipse sacerdos. s. helenus: qui idẽ sacerdos & rex canit deinde hęc. s. quę sequũtur: ex ore diuino scilicet Apollinis hoc est vt ab Apolline acceperat. O nate dea (nam fides. i. p̄suasio sup. est manifesta: te ire p altum sup. mare. i. nauigare: aut per altum. i. per limitem superioris fortune vt Seruius sentit maioribus. i. p̄cipuis auspicĳs. i. prouidentĳs deorum auspicio significatis: aut auspicĳs ꝓ auspicibꝰ sicut seruitĳs pro seruis legimus auspices autem sunt qui dextre præsunt rebus incohandis. Rex deum. i. deorum Iuppiter: sortitur. i. per sortes indicat aut distribuit sic fata. i. res fataliter: hoc est deorum prouidentia futuras & voluit sic vices scilicet rerum: & hic ordo. i. hæc ordinatio & series rerum qua tibi talia addicuntur. vertitur. id est agitur & versatur) nate inquam dea. ego expediam. id est expedite dicam tibi pauca ex multis dictis. id est eorum quæ mihi dicta sunt: quo. id est ad hoc vt tu lustres. i. circumeas tutior: ꝓ eo quod est securior aut reuera tutior: qa p̄ cauenda docet incõmoda: æquora hospita i. externa (ex hoc autem videtur per altum exponẽdum esse. i. per mare) & vt possis considere. id est sedem capere tutior: supp. in ☞ portu

☞ portu ausonio.i.Italico.expediã inqt paucis dictis nã parcæ.i.deæ fatales prohibent sup.te scire: cætera vt quæ de morte Anchisæ & etiam ipsius Aeneæ postea euenerant: q; pro & Iuno Saturnia.i.saturni filia vt sit possessiuum pro patronymico aut Saturnia.i.de natura Saturni: inimica humano generi vetat Helenum fari cætera.i.ne ego dicam cætera. Principio.i. in primis dico tibi q; via inuia.i.immeabilis diuidit tibi.i.a te aut ab ingressu tuo procul: quia longis terris.i.per longas terras in quas prius appelleris: diuidit dicit Italiam quam tu rere.i.reris hoc est arbitraris iam propinquam: & portus sup.quos o ignare.i. imperite rerum futurarum: tu paras.i. prætendis inuadere .i. intrare vicinos.i.e proximo quia vicini sunt: sed non inuades: quia remus est lentandus.i.lenta nauigatione laxandus: in vnda trinacria.i. mari siculo: & æquor .i.equa vnda. salis.id est maris Ausonij .i. Italici est lustrandum.i.circumeundum nauibus.i.circumnauigandum: & lacus inferni scilicet auernus per quem ad inferos descendit: vt dicetur in sexto: & insula circes filiæ solis æçæ.i.sic denominate ab aspernãtium voce eorum quos in feras vertit: sup. est lustranda tibi ante.i.prius q; possis componere vrbem in terra tuta.i.vnde sic pellaris vt a Thracia auoceris vt a creta. Ego dicam tibi signa scilicet terræ tute in qua vrbem condas: tu teneto ea condita.i.reposita sup.in mente supp.tua: aut teneto mente ea condita.i.secreta. Cum.i.quãdo sus ingens.i.porca valde magna inuenta tibi.i.a te sollicito.i. sollicite indaganti in quam terram deueneris: inuenta dicit ad vndam fluminis secreti.i.ad quod tu secretus aduenies: videlicet tyberis: iacebit enixa fœtus.i.fœturã triginta capitum: hoc est triginta suillorum significans tempus triginta annorũ quo Ascanius regnaturus est existẽs alba qui color albam prænotat ab Ascanio cõdendam: & recubans solo.i.in terra & nati.i.suilli aut porcelli albi iacebunt sup. circum vbera ❧ scilicet

❧ ordinem.ante enim de vrbe condenda q; de nauigatione dicit. Fluminis: Tyberis. Littoreis littus est quicquid iuxta aquam est: hic igitur pro ripa posuit. Sus naturaliter longa est.licet in genitiuo breuis sit vt bos: pes: res: spes: hanc suem alij dicũt: vt Ver. in italia inuentam fuisse.alij secum importasse Troianos nauigantium more & oraculo cognouisse vbi vrbs esset condenda. Dicitur autem in campaniam fugisse & inuẽta in lauro lauinio: a qua ascanius inde nomen albæ imposuit. Triginta: prodigiale est hoc & propter quod significatur.xxx.annos regnaturus Ascanius. Viam: rationem: & non dicit quam quia etiam profutura est fames: vt hæc est illa fames: hęc nos suprema manebat Exitijs positura modum. Vocatus: nunc vocatus: quia vt dixi: expiatorium fecit sacrificium.

❧ scilicet matris: is locus.s.in quo tunc eris: aut in quo hæc inuenies (& ita cõgrue legeť. Quo tibi sollicito: vt sit is locus erit locus sup.tutus vrbis: quo inuẽta tibi &c.sed textus quos vidi cũ habent nõ quo) erit sup.locus vrbis.s.cõdende in terra tuta ea reges erit sup.reges certa laborũ postq;.s.nõ restabũt labores nauigãdi: aut migrãdi: sed tñ bellãdi.qđ dictura est Sibylla his verbis: O tãdem magnis pelagi defuncte periclis. Sed terris grauiora manẽt. Id aũt noluit helen⁹ dicere: ne nollet Italiã petere vbi tot bella gerenda pſciret: id tñ se scire innuit ꝑ hoc qđ dicet de sibylla fata inquirẽda: q ea tũc dicet cũ ad Italiã peruentũ erit. Nec tu horresce morsus mensarũ.i. qbus te fames ambesas subigat malis absumere mẽsas. vt Celeno dixit: futuros.i.licet futuri sunt: quia nõ sunt multũ nocituri nec diu duraturi mẽsas aũt vocat q̃dras aut orbes panis incisorios.i.sup quas aut q̊s obsonia inciduncť. Fata inueniẽt viã.i.rõnẽ aut mediũ mitigãdi aut sedãdi sup. eã famẽ: apollo vocatus.s.in auxiliũ aderit.i.auxilio erit: q & Augusto fauisse dr̃: in cuius gratiã hęc recitat.

Has autem terras italiq; hanc littoris oram:
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia graiis:
Hic & naritii posuerunt mœnia locri:
Et salentinos obsedit milite campos
Lyctius idomeneus. hic illa ducis Meliboei
Parua philoctetæ subnixa petilia muro.
Quin vbi trãsmissæ steterint trãs æquora classes
Et positis aris iam vota in littore solues:
Purpureo velare comas adopertus amictu:
Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum
a Hostilis facies occurrat. & oĩa[a] turbet.
Hunc socii morem sacrorum: hunc ipse teneto.
b Hac casti maneant in relligione[b] nepotes.
Ast vbi digressum siculæ te admouerit oræ
Vrntus: & angusti rarescent claustra pelori:
c Læua[c] tibi tellus: & longo læua petantur
Aequora circuitu. dextrũ fuge littus: & vndas.
Hæc loca vi quondam & vasta cõuulsa ruina.
(Tantum æui lõginqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt: cum protinus vtraq; tellus
Vna foret: venit medio vi pontus: & vndis
Hesperiũ siculo latus abscidit: aruaq; & vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu.
d Dextrũ scylla latus: læuũ implacata[d] charybdis
Obsidet: atq; imo barathri ter gurgite vastos
e Sorbet in abruptũ[e] fluctus: rursusq; sub auras
f Erigit[f] alternos: & sydera verberat vnda.
At scyllam cæcis cohibet spelunca latebris

ASCENSIVS.

¶Has aũt terras. Docet quæ reliqua admonuit Helenus de profectione seu fuga faciẽda de qua dicit Donatus in hunc modũ. Malis. vt Aeneam absterreat qui ꝑ multas vrbes græcas transierit & etiam ipse qui captiuus fuisset hostium personam deformare debebat. Hæc loca: huius loci descriptionem cum omni cautela ꝓsequitur. Dicit em̃ veterum sequi opinionẽ facitq; verisiꝉe: qa vetustate tpis multi situs locorũ mutati sunt. Læua tibi: aduertendum est q; tendentibus ad Italiã dicitur leuũ latus & dextrũ. cæterum redeuntibus sinistrum fit quod fuerat dextrum. Ter gurgite vasto. Sor. vtrunq; ꝑniciosum nauigantibus aut cũ sorbet nauigia aut cũ eructat: & excutit. Scyllã hanc vt monstrũ more poetarũ describit.s.puberenus .i. vsq; ad inguina facie humana est pro pedibus autem habere seuorum animalium genus luporum fœditate armatum: Eligit aũt aĩalium naturam quæ insatiabilia sunt. Cæterum locus est in mari saxa habens latentia cuius natura sit vt de longinquis partibus nauigia trahat: & contineat asperitate saxorum: & retenta comminuat. Præstat mætas: propositis vtriusq; lateris malis indicat eũdum qua charybdis est malum leuius & labores subire longioris cursus q̃ compendio nauigare per scyllam. Semel quia iterũ videre cũ perieris nõ potes. Ordo ẽ. Aũt ꝑ sed: effuge.i.euita has terras & hanc oram.i.extremam regionem littoris Itali: pro Italici: quæ.s. ora existens proxima supple nobis: perfunditur æstu.i.feruore aut freto nostri.i.chaonii: æquoris.i.maris: effuge dicit: quia cuncta mœnia id est cunctæ hę vrbes habitantur malis id est ☞ ferocib⁹

SERVIVS.

¶Has aũt terras: q̃si oñdẽtis est: nõ em̃ ab epiro.lõge abest Calabria. Nr̃i æq̊ris: epirotici: q̊ calabrie littus alluiť. Naricij locri: socij Aiacis oilei fuerũt. Epizephyry & Ozolei: Sed post tẽpestatẽ mõtis Capharei epizephyrij tenuerũt Brutios: & hos nũc dicit: oxolei ṽo pẽtapolĩ: vel libyam. Vñ est Libyco ve habitãtes littore locros: legiť & de oxoleis q; delati Teneiã vlteri⁹ accesserint: & ciuitatẽ cõdiderit: q̃ nunc ozalis dr̃ Naritij aũt sunt dicti a loco ꝓuinciæ suæ. Ozolei ṽo a putore paludis vicinæ. Salentinos obsedit milite cãpos: Salẽtinum ꝓmõtoriũ Italiæ est: nã vt ait Sallu. Oĩs Italia coacta in angustias scindiť i duo ꝓmõtoria. Brutiũ & Salentinũ. Lycti⁹ ido.a lyctio cretæ vrbe de q̊ supra diximus. Meliboei: philotecte a meliboea ciuitate Thessaliæ de qua fuit & est ꝓmelibensis. Subniya: cincta muro modico: vt crinẽq; madentẽ subnixus: Petilia aũt dicta vel a πετεσθαι.i.volare: qa augurio ꝯdita est: vel qa post relictũ iliũ quo ducebať a græcis eã petiuit ciuitatẽ. Philoctetes fuit peãtis fili⁹: Herculis comes quẽ cũ Hercules ĩ œta hoiem exuerat petiuit ne alicui sui corpis reliqas ĩdicaret: iurareq; coegit: & suas sagittas hydrę felle tinctas dedit. Et cũ respõsum fuisset Herculis sagittis opus eẽ ad expugnãdã Troiam: inuẽtus est philoctetes & de hercule interrogatus negauit se scire: deinde cum cogeretur confessus est mortuum. Sepulchrumq; ne iusiurandum frangeret non voce sed pede ostendit. Post hæc cum duceretur ad bellum casu in eum pedem quo sepulchrum ostendit sagitta cecidit: vulnereq; immedicabili affectus est ac demum cum ❧ vulneris

SER.

Philoctetes.

Ora exertantem:& naues in saxa trahentem.
Prima hominis facies:& pulchro pectore virgo
g Pubetenus:postrema immani corpore pistrix.g
Delphinum caudas vtero commissa luporum
Præstat trinacrii metas lustrare pachynni
Cessantem:longos:& circumflectere cursus:
Quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam:& cæruleis canibus resonantia saxa.

PIERIVS.

a ¶Et oĩa turbet. Omnino omina ex antiquis cod. legendũ est.
b ¶Hac casti maneãt in relligione nepotes. In antiquis exẽplaribus obseruatũ plurimum est religione, vnico l, scribi. Sed enim Fl. Sosipater hoc præcipue citato versu, gemino ll, scribendum ostendit, dũ ait in hanc sententiam parenthesis, quũ vel littera vel syllaba interponitur: littera Hac casti maneãt in relligione nepotes. Syllaba, Mauortis in antro, ꝓ martis.
c ¶Leua tibi tellus. Nullo pacto placet, qđ in antiqs codi. legitur Læta tibi tellus. Primũ qđ ea alibi æneæ dicitur Illætabilis ora. Deinde qa & tellus læua & æquora læua inferiori sententiæ per correlatiuum quodammodo respondent, Dextrũ fuge littus & vndas.
d ¶Leuum implacata carybdis. In vetustis aliquot exemplaribus impacata, legit̃. Sed plus feritatis habere videt̃ implacata.
e ¶Sorbet in abruptum fluctus. In codi. aliquot antiqs in abruptu. Eam em̃ in antro maxime cauernoso habitare Home. fingit. Magis tñ placet in abruptũ vt vulgata habẽt exẽplaria.
f ¶Rursusq; sub auras erigit alternos. Fuere ætate nostra non illitterati viri, q egerit, hoc est eructat ex Homeri sentẽtia legendũ autumarẽt. Quicq; locum illum inspexere Carybdim aiunt ꝓfundissima voragine vndas absorbere, quas vicissim mox eructat. Sed enim quia seqtur hyperbole ea. Et sydera verberat vnda longe magis placet erigit, prouetiã in veteribus codi. quos præ manibus habuimus, scriptũ inuenitur.
g ¶Postrema immani corpore pistrix. In codi. aliquot anti. pristis, scribit̃. Sed plura de hoc li. x. eo versu dicemus. In pristin desinit aluus.

✻ vulneris fetor a grecis ferri nõ posset: in lẽno relictus & pudore ne in patriã rediret impeditus: in calabriã venit & petiliam cõdidit. Purpureo velare comas ado. a subaudi cura aut memẽto aut certe qđ melius est: velare ĩperatiuus sit nõ infinit⁹. Oĩa turbet: sacrificij ordinẽ rumpat: qđ est piaculũ. Significat aũt Diomedem quia cum multis casib⁹ affligeretur palladium ex oraculo troianis iussus est reddere: inuenit autem æneam sacrificantẽ qui cum sacrificium nollet rumpere: palladium sucepit nautes. Vnde nautiorum familia: sacra Mineruæ seruabat. Sane sacrificantes omnibus dijs soliti sunt caput velare ne se inter religionem vagis aliquid offerret obtutibus: excepto solũ Saturno ne numinis imitatio esse videret̃. Casti: pij: vt nulli fas casto sceleratum insistere limen. Angusti: qa a cõtinenti. i. a columna vsq; ad pharon trib⁹ milibus distãt. Rarescent quia venientibus de Ionio in calabriã propter curuaturã littorum clausæ vident̃ angustiæ: q̃ paulatim ꝓpinquantibus aperiri videntur. Pelori: ꝓmontorium Siciliæ ſm Salu. dictum a gubernatore Hãnibalis illic sepulto: qui fuerat occisus ꝑ ignorantiam regis: cũ se eius dolo crederet esse cceptũ q̃q; legamus ante pelorũ dictum. Læua tibi: venientis personã respexit. Nã si de Ionio nauigãtes fretum petãt dextrũ teneãt littus necesse est. Sin aĩs sinistrũ. Circuitu: totam em̃ pene Siciliã circuiturus est. Hęc loca: etiã Sal. Siciliã Italię fuisse cõiunctã dicit: sed mediũ spatiũ aut humilitate fuisse obruptũ: aut ꝓpter angustiã scissum vt aũt tam curuũ sit facit natura mollioris italię in quã aspitas & altitudo sicilię æstũ refundit. Quondã: tria habet tpa. sicut olim
Saluere, Dissiluisse: hinc apparet bñ dictũ Vnctos saluere pvtres: nam vt dissilui sic salui Cice. ꝓ milone: cũ hic de rheda reiecta penula dissiluisset. Protin⁹ cõtinue. & mõ aduerbiũ loci est: alibi tpis: vt ꝓ
Foret. tinus æreas phæacũ abscõdim⁹ arces. Foret: ab infinito: sed mõ pteritũ significat tps qđ rarũ est. Sæpius em̃ futurũ significat. Medio: in mediũ: vt it clamor cœlo. Hesperiũ. s. hypallage: nã minora a maiorib⁹ separant̃. Abscidit metri cã sci syllabã corripuit. Interluit: interlabit̃. Dextrũ: de ionio veniẽtib⁹. Scylla em̃ in italia est. Carybdis in sicilia. Scylla Phorci & creteidos nymphæ filia fuit: hãc amabat Glauc⁹ quẽ Circe diligebat: sed qm̃ in scyllã pronior erat irata circe fontẽ in q̃ illa lauabat̃ venenis infecit in quẽ cũ illa descẽdisset pubeten⁹ in varias mutata est formas. Horrens itaq; suã deformitatẽ se in mare p̃cipitauit. Home. dicit hãc ĩmortale monstrũ fuisse. Sal. dicit saxũ esse sĩle Formę celebratæ ꝓcul visentib⁹. Canes ꝟo & lupi ex ea nati idcirco fingunt̃: qa ipsa loca plena sunt monstris marinis & saxoꝝ aspitas illic imitat̃ canũ latrat⁹. Legim⁹ etiã Nũc nemora ingẽti vẽto nũc littora plangũt
carybdis ergo & latrare nõ incõgrue dicunt̃. Carybdis aũt fœmina fuit voracissima q̃ qa boues Herculis rapuit: a Ioue fulminata est. & in mare p̃cipitata: vbi ꝑuat naturã: nã sorbet vniuersa: & scđm Sallustiũ ea circa taurominitanũ egerit litt⁹. Cice. i philippicis. Charybdis q̃ si fuit aĩal fuit vnũ. Obsidet ad trãseuntiũ insidias. Barathri est immense altitudinis nomen græcum enim est βαραθρον dictum quia sit grauis aspectus quasi βαρυ το αθειν! Cohibet spelunca. hypallage in sensu. Nam ipsa se in spelũca cohibet Prima
Tenus. id est primæ partes. Pubetenus: tenus præpositio gaudet postpositione: & aliquando seruit genitiuo: vt Et crurum tenus a mento palearia pendent. Pistrix. Si bellua pistrix pistricis: si nauis pistris pistris dicatur. Commissa cõiuncta & coaugmentata Prima noĩatiuus pluralis est & figurate locutus est: vt oculos suffusa nitentes. Est autem hæc locutio græca nam illi dicunt τα πωτα ανθρωπος. Postrema. i. τα εσχατα cõmissa erat vtero lupoꝝ caudas delphinum. i. cõmissas habebat. Cessantem: immorantem.

☞ re aut freto nostri. i. chaonij equoris. id est maris: effuge dicit quia cuncta mœnia. id est cuncte he vrbes habitantur malis. id est ferocibus & inimicis adhuc nomini troiano: graiis. i. græcis. Nam supp. & id est simul: locri illi populi socij aiacis oilei: naritij: id est a naritia profecti: posuerunt mœnia hic. i. ĩ hac proxima ora italica: & idomeneus lyctius id est a lyctio cretæ oppido pulsus obsedit. i. inuasit: milite. i. vi militari: campos salentinos qui sunt iuxta ꝓmõtoriũ Salẽtinum & supple hic est illa petilia scilicet vrbs notissima philoctete ducis sic dicti. Meliboei id est a meliboea ciuitate thessaliæ profecti petilia dicit parua: supple vrbs subnixa id est cincta muro: scilicet modico. Quin id est quinimmo aut insuper vbi. postq; classes. i. naues tuę steterint transmissæ trãs ęquora. id est iam appulsæ fuerint ad littus italicũ: & qñ sup. tu solues vota in littore: & hocaris positis. i. extructis in littore: velare. i. fac vt veleris (est enim imperatiuus modus verbi passiui) comas. i. vt habeas comas velatas existens adopertus amictu. i. cooperimento purpureo nequa facies hostilis. i. inimica occurrat in honore. i. in ipso sacrificio deorum integer ignis sanctos. i. quibus sacrificium cremari debeat ne dico occurrat & turbet oĩa: non enim velatio impedire posset quominus occurrat: sed ne occurrens perturbet: quia si non videret, caput nõ norit hostes hoc est troianos esse q sacrificent & ita non turbet eos. Quia vero ad alterum solum valet ipsa velatio videlicet ad hoc ne turbet: ideo malit Valla per participiũ id dicere q̃ per duo verba: sed licet duo sint verba nõ tñ est copulatiua sed de copulato extremo ꝓpositio: nec exponẽdum est ne hostilis facies occurrat & ne hostilis facies oĩa turbet quia sic prior pars falsa aut inepta esset: sed copulatim sic. Ne facies hostilis occurrat & turbet oĩa (quę res dyalecticis nota est) Socij. s. tui tenento sup. hunc morem sacroꝝ. i. sacrificandi, velato capite & ipse. i. tuipse teneto hunc morem sacroꝝ & nepotes. i. posteri tui casti. i. pij aut reuera continentes maneant in hac religione. i. in hac obseruatione religiosa Ast. i. sed vbi. i. postq; ventus admouerit te digressum scilicet ab oris Italię admouerit dicit ore sicule. i. ad oram siculam: & claustra. i. modici & quasi clausi introitus pelori promontorij sicilię angusti. i. arcti & stricti parum a continenti distanti rarescent. i. minus & minus videbuntur a te leua tellus & leua. i. sinistra. i. quæ ad manũ sinistram iacẽt ęquora petantur tibi. i. a te longo circuitu. i. faciendo longum circuitum. fuge littus dextrum & vndas sup. dextras scilicet siciliæ ferunt scilicet hi qui de cosmographia & situ orbis locuti sunt (nõ dico loquitur Helenus sed qui tunc erant locuti aut loquebãtur licet forte nondum scripserant) ferunt dico. i. dicunt hæc loca scilicet huius partis siciliæ de qua loquitur dissiluisse. i. in diuersas partes quasi per saltum diuisas esse quondam. id est aliquando tempore scilicet diu præterito vi. id est violentia aquarum & ferunt conuulsa supple esse vasta. id est valde ampla ruina scilicet terrarum quarum fundum iam aque exederant. Nam supple cũ vtraq; tellus scilicet siciliæ & italiæ foret. id est esset protinus. id est porro tenus hoc est per longum tractum vna. id est continua quæ continens propterea dicitur pontus. id est impetus ponti. id est maris venit medio. id est in medium vi. id est violentia aut vehementi impetu & abscidit. id est dissecuit aut auellit latus hesperium. id est italicum siculo. id est a siciliensi vndis. id est vi vndarum & interluit. id est inter vtraq; alluit angusto æstu. id est modico freto arua & vrbes diductas. id est separatas littore. id est: quia nunc diuersum habent littus. Scylla. i. periculũ illud maris siculi in quod Scylla mulier mõstruosa fingit̃ ꝟsa obsidet latus dextrũ: & charybdis. s. olim mulier. iplacata ☞ id est

[...] id est voracissima & cuius ingluuies placari nõ potest.i.peri[...] in quod fingitur versa obsidet.i.in perniciẽ ꝑtereuntium [...] ex insidijs loca ocupat latus leuum.i.sinistrũ. Atq;.s. charybdis sorbet ter.i.multũ aut frequẽter fluctꝰ vastos id est valde amplos:gurgite.id est gyro & vertigine ingurgitante barathri. id est voraginis:imo.id est profundo:sorbet dico in abruptum .id est voracitatem obruptam inter scopulos.scilicet derelictos : absorpta aut abrupta tota terra vnde barathrũ.i.ꝓfundissima vorago illic facta est & ipsa erigit. id est ejicit aut euomit : rursum. id est denuo sub id est ad auras id est in aera supple fluctus.alternos.id est alternatim nunc in barathum absorptos& nunc ad auras erectos:& verberat sydera(hyperbole poetica)vnde. s.erecta id est ad cœlum vsq; videt̃ attingere at.i.sed spelunca: cohibet.i. continet & secum habet faciens ne exeat.Scyllam .i. monstrũ illud latebris cecis.i.obscuris & quævideri nõ possunt: exertantẽ. i.frequenter extra ferentem hoc est aperiẽtem ora(Exerto frequẽtatiuum est ab exero:quod cõponitur ab ex seu extra & sero : sed quia post x non scribitur s scribitur exero & exerto)& trahentem (non spiritu oris sui sed potius ingurgitatione aquarum quæ attracte secum naues trahunt)'naũes in saxa. Prima id est suprema facies

facies.i.factura & dispositio corporis ipsius Scylle: est supp. facies hominis id est virginis(sic Ho. a. Humano capiti ceruicẽ pictor equinã &c.de capite mulieris loquens)& ꝑ.i. virgo pulchro pectore:quæ a glauco olim adamabat̃ vt in buco.dictũ ẽ in Sileno pubetenꝰ.i.vsq; ad pubẽ:a capite postrema sup. facies eiꝰ est pistrix id est similis pisci imani id est turpi.& haud bono corpore:commissa caudas.i.habens cõmissas caudas delphinũ. i. illorum piscium:vtero luporum:qui vorax est:aut quia canes in vtero habere fingitur ꝓpter vndarum sonitum quem scopuli latratui per similem edunt.Præstat.i.melius est te cessantem.i.tanq̃ cessantem & nõ ꝓperantẽ lustrare.i.circumire sicut in quinto quoq; anno postea lustrum condebant romani mœtas.i. terminos.Pachinni:illius promõtorij:trinacrij.i.siculi: nam quia tria ꝓmontoria sunt in sicilia dicitur aliqñ triquetra aliquãdo trinacria.& præstat te circũflectere longos cursus:q̃ vidisse semel sub antro vasto Scyllam id est mulierem illam: informem .i .turpẽ & pubetenus in monstra versam quæ ea loca periculosa obsidet & q̃ vidisse saxa resonantia canibꝰ ceruleis.i.marinis : quos scylla in ventre gestare propterea fingitur quod fluctus illi colligi q̃ si latratum edunt.

SERVIVS.

¶Præterea. Hic ondit̃ur cuncta scire Helenum& infensam Iunonẽ:sed prohiberi dicere Heleno. pr.in hoie.n.prudẽtia est in vatibus fides. Veris im. Oraculis.vt Lucanꝰ Atq; hoiem toto sibi cedere iussit pectore magne:supnẽ nã in vi.est Iunoni infernę dictꝰ sacer.Delectat̃ aũt Iuno his duobus:hymnis & præce.victor: ꝓpositi sui effector.Cumeã:euboea insula est & in illa Chalcis vrbs vnde ꝓfecti sunt ad nouas sedes querẽdas qui nõ procul baijs qui locus a baio Vlyxis socio illic sepulto nomen accepit inuenerunt vacuũ littus vbi visa muliere grauida ab augurio fertilitatis vrbem condiderunt.& eã cumas vocarunt siue ab εκυου i.ꝑgnante : siue αποτων κυματων. i.abvndis.q̃ ωυματα appellant̃. v.aũt latini in u sepius vertunt. Diuinos: consecratos auernum & lucrinum. Auernus antea syluarum densitate sic ambiebatur vt exhalans per angustias aque sulphuræ odor grauissimus supuolãtes aues necaret.vñ auernꝰ dictus est quasi αορνυς hoc Augu.Intelligens deiectis syluis ex pestilentibꝰ amœna reddidit loca Insanam:magnam.Sed meliꝰ est deo plenam.Sub.i.in ima vt exerceret sub sole labor. Fata .c. tribus modis futura ꝑdicit : aut voce:aut scriptura aut signis.i.qbusdã notis:vt in obelisco romę videmus:vel notis literaꝝ:vt ꝑ vnã litteram significet aliqd. in folijs aũt palmarũ sybillã scribere solitã scribit Var.Carmĩa:qa eiꝰ m̃sa ṽsibꝰ scribebant̃. Virgo: v̄o phemonoe dicta est : nam Sybilla nomen est omnium vaticinantiũ:Aeoli enim σιυς deos dicunt & βοσλη consilium est . vnde dixerunt σιβυλλας quasi σιοβουλας. Digerit: ordinat : disponit.Seclusa.ꝓ inclusa Cardine v̄so.apta ianu. Ianua.i. ventꝰ qui per ianuam venit. Inconsulti: inscij sine ɔsilio.Cõsultus est a qui ɔsulit̃ incõsultus qui non recipit ɔsiliũ.Volens:q̃ velle habet: nã volitura ꝓpter asperitatẽ noluit dicere. Hæc sunt. bñ cũ circũ scriptione:ne postea falsidicꝰ aut minus peritus putaretur.

Præterea si qua est Heleno prudentia vati:
Si qua fides:animum si veris implet Apollo:
Vnum illud tibi nate dea:præq; omnibus vnum
Prædicã:& repetens iterumq;: iterũq; monebo.
Iunonis magnæ primum præce numen adora:
Iunoni cane vota libens:dominamq; potentem
a Supplicibus supera donis:[a] sic deniq; victor
b Trinacria fines Italos metiere[b] relicta.
Hucvbi delatus cumæam accesseris vrbem:
Diuinosq; lacus:& auerna sonantia syluis:
Insanam vatem aspicies:quæ rupe sub ima
Fata canit foliisq; notas:& nomina mandat.
Quecunq; in foliis descripsit carmina virgo:
Digerit in numerũ:atq; antro seclusa reliquit.
Illa manẽt immota locis:neq; ab ordine cedũt.
Verum eadem verso tenuis cũ cardine ventus
Impulit:& teneras turbauit ianua frondes:
Nunq̃ deinde cauo volitantia prendere saxo:
Nec reuocare situs:aut iungere carmina curat.
Inconsulti abeunt:sedemq; odere Sybillæ:
Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti:
Quãuis increpitẽt socii:& vi cursus in altum
Vela vocent:possisq; sinus implere secundos:
Quin adeas vatem:precibusq; oracula poscas.
Ipsa canat:vocemq; volens:atq; ora resoluat.
Illa tibi Italiæ populos:venturaq; bella.
c Et quo quemq; modo fugiasq; ferasq; laborem
d Expediet:cursusq; dabit venerata sacerdos.[d]
Hæc sunt quæ nostra liceat te voce moneri.
Vade age:& ingẽtẽ factis fer ad æthera Troiã.

PIERIVS.

a ¶Dominamq; potentem Supplicibus supera donis. In cod. antiquis votis non donis legitur. Et ita apud Ti. Donatum habetur, quem locum etiam repetit in duodecimi libri commentarijs eo loco, & tu saturnia Iuno, quorum nihil est in impræssis codicibus. b ¶Trinacria fines Italos mittere relicta. In codicibus aliquot antiquis Metire legitur, vt in hanc sententiam iter emensi, & pelagoq; remenso. Sed mittere

ASCENSIVS

ASC. ¶Præterea si qua est Heleno prudentia &c. Docet reliqua Heleni vaticia & amica consilia quę nõ parũ Aeneam Didoni conciliãt. nã ex eis ĩtelligit Iunonem Troianis aliquando recõciliandam Vnde Donatus dicit sic. Prætere- Dona. rea: dicturus rem magnam & ad æneæ salutẽ in primis pertinentem commendat altis sensibus tenaciter retinendã. Prudentia qđ ad eum pertinet:cum nondũ numine percitus sit. Fides. Hoc pertinet ad personam vatis. Præq; omnibus pro commodo oĩum desiderioꝝ Iunonis ma. ostendit poeta maioris potentiæ inimicos obsequendo potiusq; resistẽdo posse superari. Quapropter ꝑcibus & donis placandã admonet Iunonem:vt possit in Italiã venire. Insanã plenam numinis Morẽ dixit Sybille: & in quo loco sit:& quo ordine singuloꝝ desiderijs r̃ndeat. Scribit in folijs ordinat & dimittit: hoĩes ĩ illis futura legunt:sed si vento ꝑturbat̃ ordo foliorum pereunt consulta & dubij remanent qui venerant consulturi. Illa tibi: edicet illa q̃ ego prohibeor aperire quæ bella sint ventura & q̃uo singulos labores vel tollerando transeas: vel superando compescas. Vade age &ingentem quædam prædicit vt vates quædã admonuit vt amicus cessantibus partibus vatis. hæc ille. ¶Ordo est. Præterea Ordo. .i. præter ea quæ dicta sunt aut q̃ diximus si qua.i. aliqua prudentia est Heleno.i.si ego via humana habeo aliquid prudentiæ de rebus futuris : & si qua fides est Heleno vati.i.inquantũ vati:& si appollo implet sup. Helenum (loquitur autem de se)veris scilicet responsis aut sententijs. O nate dea ego prædicã tibi illđ vnũ i.præcipuum q; pro.i. vnũ præ omnibus.s. alijs & ego repetens iterum atq; iterum monebo sup. te illud vnum præ omnibus .s. tu supplex adora primũ.i.in primis aut primũ.i.pręcipuũ numẽ i.potestatem diuinã qua ad nutũ cuncta gerit. Iunonis magne.s.sine exemplo:quia superum est regina Iouisq; & soror & coniunx & cane.id ẽ solenniter pronũcia libens

☞ libens (quod etiam verus deus expetit a nobis vnde eſt voluntarie ſacrificabo tibi) Iunoni vota: & ſupera.i.vince & frange dominam potentem pręcipue regnorum: donis ſupplicibus.i.ſuppliciter & ſummiſſo animo votis: quia tu metiere deniq; ſic i.per talia vota & dona ac præcamina: exiſtens victor metiere dicit fines italos.& hoc trinacria.i.ſicilia relicta. Et vbi.i.poſtq; tu delatus.ſ.vi tempeſtatis vt in fine quinti patebit: huc.id eſt in hos fines italos acceſſeris vrbem cumeā id eſt cumas quæ ſunt in littore italico: & acceſſeris lacus diuinos.i.dijs conſecratos: vt lucrinum & auernum: & pro.i.auerna id eſt lacum auernum (declinatur em̄ ſicut infernus hic auernus auerni in ſingulari: & hæc auerna auernorum in plurali) auerna dicit ſonātia ſyluis.i.p ſyluas intra quas eſt tu aſpicies vatem ſcilicet vnam e ſybillis Deiphoben nomine quæ cumana dicitur: inſanam.i. diuino furore raptam vt in ſexto dicet.ideo autem finguntur rapi diuino furore gentilium vates: vt non de ſuo: hoc eſt humano preſagio: ſed ex deorum oraculo vaticinari iudicentur: ita vt non ipſi ſed deus per ipſos locutus putetur: quæ ſcilicet vates canit ſub rupe ima: id eſt profunda: fata.i.rerum euenta fataliter præuiſa & mādat.id eſt cōmittit folijs ſcilicet palmarum.notas id eſt characteres & literas: & nomina id eſt res notis deſcriptas: & ipſa virgo digerit in numerum.i.ſeriem & ordinem: carmina quecūq; deſcripſit in folijs atq; relinquit ſupple ea ante antrum exiſtens ſecluſa.ſ.a carminibus quæ foris derelinquit: antro.i.per antrum aut in antro: & ita verior eſt conſtructio q; ſi dicas carmīa ſecluſa antro.quia ſequitur illa ſcilicet folia aut carmina manēt ſcilicet foris: immota locis id eſt a locis in quibus in numerū digeſta ſunt: neq; cedunt id eſt recedunt ab ordine: ſcilicet ſuo in quo collocata deſeruntur: verum id eſt ſed: cum.i.poſtq; ventus tenuis īpulit eadem ſcilicet carmina in folijs ſiccis deſcripta impulit dicit cardine verſo: id eſt aperta ianua vertendo cardinē & vbi ianua turbauit tenues frondes: ſcilicet palmarum iam aridas in quib9 vt dictum eſt ſecundum Varronem ſybilla ſcripſit: ipſa ſybilla nunq; curat deinde, id eſt poſtmodum prendere, id eſt colligere ſaxo cauo: id eſt in antrum quod eſt ex ſaxo cauo aut cauato: nec curat reuocare: id eſt reparare: ſitus: id eſt poſitiones foliorum in quibus carmina per ordinem deſcripta erant aut ſup. non curat iungere: id eſt per ordinem connectere deinde carmina quæ de oraculis prius compoſuerat: & ideo conſultores abeūt inconſulti: & odere ſedem: id eſt antrum Sibylle ad quod.ſ.fruſtra venerint: aut in quo carmina diuina ſic turbentur, Ne qua, id eſt ne aliqua (prohibendi eſt) diſpendia more.id eſt dilatiōis: hoc eſt iactura temporis quam feceris immorando: fuerint tibi. ☙id eſt

☙id eſt reputent a te: tanti.ſ.valoris aut momenti: quin.i. quomin9: hoc eſt vt nō adeas vatē.ſ.Sibyllā & poſcas præcibus oracula.i.reſponſa deorum ore prolata q;uis ſocij increpitent.i. obmurmurent q; illic moram trahere velis vbi periculum ſit: & q;uis curſus.i.proſpera nauigatio.vocet vi.i.impetu magno: vela in altum.ſ.mare & non ad littora vbi vates reſidet: & q;uis poſſis implere.ſ.ventis ſin9.i.receptacula veloꝝ quibus ventum recipiunt ſecundos.i.pſperos quia a tergo ab inſequente vento inflatos (hoc eſt licet dexterrima ſit nauigatio & ſocij omnes optēt procedere: tamen non omittas quin vatem adeas omiſit tamē vt inferius dicetur vnde ad Didonem apulſus adhuc neſciuit fata in italia obeūda) Et quin poſcas: vt ſupple ipſa.ſ.vates qđ dicūt in propria perſona & non tantum folijs notas & nomina mandet aut ſi popoſceris ipſa canat & reſoluat volēs.i.libēter vocē.i. organa vocalia atq; p.i. ora illa expediet tibi id eſt prōpte & expedite docebit te: populos Italiæ: & bella ventura: & quomodo fugias id eſt euites ſi poſſis: q; pro vel feras id eſt toleres ſi euitare nequeas: queq; laborem: id eſt quamlibet laborioſam prouinciam gerendam: & ipſa ſacerdos venerata dabit.id eſt dicet ſicut da pater augurium atq; animis illabere noſtris curſus.ſ. futuros tibi.id eſt nauigationes reliquas.nec tamen dicit q; docebit acceſſum eius ad inferos: quia tūc meminerit mortem Anchiſe qđ facere noluit Helenus: concludens autem ait Hæc ſunt quæ licet te moneri.id eſt vt tu ſis admonit9 noſtra voce.age.id eſt agedū adhortandi aduerbium: Vade & fer ad æthera.id eſt extolle vſq; ad cœlos fatis ſcilicet id volētibus: aut factis.i. facinoribus tuis. Troiam ingentem.i.quę p te ingens inſtaurabitur cū ex ea olim Roma orietur. Seruius innuit illud hæc ſunt &c. dictum ſub hoc ſenſu vt Helenus excuſet ſe ſi non plura dixerit cū ea tantum liceat dicere: verū in hoc ſenſu potius dixiſſet licuit aut ſi verſus pateretur licet. Donatus autem innuit dictum vt veniam petat ſi cōfidentius non vt vates ſolum ſed etiam vt amicus quædam admonuerit: & eſt honeſta clauſula ita & nos vti poſſumus vbi maiores admonuerimus.

✳Sed mittere loco hoc magis omnino cōgruit, vbi de fatis agitur, quorum auſpicijs æneas ſit omnia peracturus. Huic ſimile eſt illud, miſſus in imperium magnum. c ¶Quo quenq; modo fugias. In antiquis aliquot codicibus effugias legit. Sed fugias magis placet. Quem q; vero per, M, i ijſdem fere oībus codicib9. d ¶Curſuſq; dabit venerata ſecundos. Mediceus codex & vetuſti pleriq; alij venerata Sacerdos habent. Et eodem modo legi in antiquo Priſciani codice hoc citato verſu, q; quam & ſecundos ī aliquibus legi non negarim, præſertimq; in Donatiano.

SERVIVS.

SER: ¶Grauia: finalitatis ratione producitur. Sed ſatis aſpere. Nam in nullam deſinit conſonātem. Vt omnia vincit amor: & nos cedamus amori: & At tibi thymbre caput. Euandrius abſtulit enſis. Stipat: dēſat hinc ſtipatores qui aliquid in nauibus componunt a ſtupa. Dodoneos: a dodona vrbe epirotica: & laudauit a loco vt vaſa corinthia. Leberes: ollas æreas. Hamis auroq; hamis aureis per endiadyn. Conum: curuatura eſt quæ prominet: ſuper quā criſte ſunt Sua: congrua ætati. Supplet: bene ſupplementum dixit. quod verbum eſt militare nam multos in creta amiſerat: Ferenti: flanti Anchiſa: græcus vocatiuus eſt: nam ſi latinus breuis eſſet. Sed queritur quemadmodum is exeat. nā tytides tytide facit: Atrides atrida: Hor. Ne quis humaſſe velit Aiacem Atrida vetas cur: apud latinos horum nominum cauſa eſt manifeſta. Nā nominatiuū ipſum in a mittunt & latinam recipiunt declinationem vt Atrides atrida facit & ſcytes ſcyta. Dignate digne habite ī paſſiua ſignificatione: in primo aliter Haud equidem tali me dignor honore. Cura: amor vt Veneris iuſtiſſima cura. Bis pergameis: oratorium eſt: vt quod ſuperius Anchiſes infœlicitatis pu ✳tauit:

Breues p longis,

¶Aeñ.

vocatiu9 prime.

¶Hel.



¶Que poſtq̄ vates ſic ore effatus amico eſt:
Dona dehinc auro grauia: ſectoſq; elephanto
Imperat ad naues ferri: ſtipatq; carinis
a Ingens argentum: dodoneoſq; lebetes[a]:
Loricam conſertam hamis: auroq; trilicem:
Et conum inſignis galeæ: criſtaſq; comantes:
Arma neoptolemi: ſunt & ſua dona parenti.
Addit equos: additq; duces.
b Remigium ſupplet[b]: ſocios ſimul īgruit ar mis
Interea claſſem velis aptare iubebat
Anchiſes: fieret vento mora nequa ferenti:
Quē phœbi interpres multo cōpellat honore.
¶Coniugio anchiſa veneris dignate ſuperbo:

ASCENSIVS.

ASC ¶Quæ poſtq; &c. Poſt conſultationem Heleni & oracula diuum recitat dona quæ ab eodem Heleno ſuſcepit & quę pater Anchiſes & quæ cæteri: docetq; quib9 verbis Anchiſen compellarit: de quibus omnibus dicit Donatus ſic. Dom. Stipat: largitorem præcipuū indicat: qui tantum donaſſet argenti quantum naues niſi ſtipate capere non poſſent loricam: & dona quæ augeant ſuas opes dat & ea quibus ſe ab hoſte tuetur. & omnia cum decoro: & dicit arma fuiſſe illius qui Troiam vicerat vt ſit iſultatio arma victum ferre victoris. Sua ætati conuenientia. Socios: nullum in donatum reliquit dans quæ competebant viris fortibus: Dignate: quaſi q dignus ſit inuentus qui filiæ louis iungeretur. Bis perga. oſtenditur q; ſit cura deum: qui cū debilis eſſet: liberatus tn̄ ſit periculis patriæ in qua perierunt viri fortes: Hæc ille. Ord. ¶Ordo eſt. Quæ.ſ. reſponſa aut oracula iā dicta: poſtq; vates.ſ.helenus: effatus.i. elocutus eſt (ſed augurale eſt verbum) ſic.i. in modū premiſſum ore amico.i.fauorabili: ipſe imperat dehinc.i.deinde dona grauia auro: & elephāto.i. dente elephanti (declinatur autem hic elephas elephātos vnde fit nominatiuus hic elephantus ti. ſicut del ☞ phin &

...nus arabs & arabus in no... reperiuntur) secto .i. ...li aut iam preparato: fer ...vt ferretur ad naues. & stipat .i. condensat & immittit carinis. ...aliuo nauiũ: ingens.i. valde magnum argentum & ita magnum vt nisi stipetur non posset a carinis recipi: & lebetes.i. olas ereas: dodoneos.i. epiroticos a dodona epiri vrbe (declinatur aũt hic lebes lebetis sicut hic tapes tapetis Grauia aũt producitur finali a caris gratia dicit Seruius: sed ea ratio in principio tertij pedis locum habere solet: verum Vergi. omnes pedes a breui inchoasse reperit) & stipat carinis loricam .i. tunicam olim ex loris fieri solitam: nunc ex annulis: vnde dicit trilicem.i. tribus licijs constantẽ

Cura deum bis pergameis erepte ruinis:
Ecce tibi ausonie tellus: hanc arripe velis:
Et tamẽ hanc pelago præterlabare necesse est.
Ausoniæ pars illa procul quã pandit Apollo.
Vade (ait) o fœlix nati pietate: quid vltra
Prouehor? & fando surgẽtis demoror austros?

PIERIVS.

a ¶Dodoneosq; lebetes. In antiquis codicibus lebetas legimus Et Seruius hoc a Virgilio græce dictum ait, illud addã lebetẽ poculorum genus eẽ Ti. Dona. b ¶Remigium supplet. In codicibus aliquot antiquis suplet vnico, p, scriptũ legas, circumfertur vero epitaphium a Pontano in pelignis inuẽtum, vbi suplet vnico, p, notatum est. Quod nulla non ratione factum a maioribus, nomen supellex, ab eo verbo vt Pontanus idem affirmat deriuatum, ostendit.

hoc nunc cõuertit in laudẽ. Bis nam prius Hercules: nũc græci expugnarunt. Tibi: vel vacat vt Cice. qui mihi accubantes in cõuiuio: Aut dixit quia ipse hãc solã Italiæ partem visurus esset: & non quam fata Aeneæ ꝓmittunt Ausoniæ: Italię a rege Ausono Aripe: inuade illic eñ est sacrificaturus. Et tamen ανακολουτον est. Non enim premisit: q̃q̃ vicina sit. Pandit Apollo: lauro lauini agrũ intelligit: Vade ait: bis hoc modo repetit Vergi. hic nam cum supra cõpellat dixerit: modo intulit: ait itẽ in quinto cũ premiserit fidẽ sic fat ad aurem: subijcit rursus: & sese ostendat in armis dic ait. O fœlix nati pie. latenter ostẽdit mortem futuram. Non enim dixit vi te longinquitate vel aduentu in Italiam: sed nati pietate: qui poterit exequias celebrare: Prouehor: scilicet sermone. Tibi.

consertam videlicet hamis & auro.i. hamis aureis. aut trilicẽ dicit quia cõstabat loris hamis ferreis & anulis aureis qbus fimbriæ decorabantur: & conum.i. curuaturam galeæ insignis.i. excellẽtis & vt dicunt notabilis per signa rara inuentu: & cristas comãtes.i. quæ in morem comarum a cono dependebant. sunt eñ cristæ ornamenta galearum sicut capitum gallorũ: dicitur aũt Achilles semper cristatus incessisse. vnde bene datur id eius filio cum subditur per appositionẽ arma.i. loricam conum & cristas galeæ existẽtia arma neoptolemi.i. Pyrrhi qui ea moriens Heleno dereliquerat. Et parenti scilicet Anchise sunt &.i. etiam: sua.i. debita etati: & conuenientia dona: & ipse Helenus addit scilicet ad dicta dona: equos quoq; palmam epiros obtinet: & addit duces.i. conductores itinerum: & supplet remigium.i. addit remiges deficiẽtes eo q̃ in creta multos amiserat & nonnullos dereliquerat: supplesse aũt putatur ex troianis vt sint soli Troiani romani imperij autores: & ipse ingruit.i. opprimit armis.i. multitudinem armorum quæ cuilibet dedit socios scilicet itineris mei. Anchises scilicet pater meus iubebat interea aptare velis classem.i. instruere & disponere classem ad nauigandum ne qua.i. ne aliqua mora .i. dilatio: fieret vento ferenti.i. flanti.i. qñ ferret aut flaret: nã flando quodãmodo classem fert & prouehit vẽtus quem scilicet Anchisem: interpres phœbi.i. oraculorũ phœbi hoc est Helenus cõpellat.i. alloquitur sup. cum multo honore.i. valde honorifice: dicens

dicens sup. o Anchisa dignate.i. digne habite superbo.i. nobili & magnifico: cõiugio (non dicit stupro. nec tamen connubio quia cõiugium pot̃ esse illegitima coniunctio. nuptie aũt sunt legitime) veneris dum ex ea æneam gignebat & o cura.i. amor & sollicitudo deum.i. deorũ. erepte bis.i. qui bis ereptus es: ruinis pergameis.i. troianis (in vtroq; scilicet excidio semel sub laomedonte & semel sub priamo. Caueat autem explanator ne dicat erepte bis ruinis pergameis cura.i. per curam deum pro deorũ: quia sic cura esset ablatiui casus & produceretur cum tamẽ corripiat) ecce tibi quasi dicat in conspectu tuo est tellus ausonie.i. italiæ: arripe hanc velis: & tamen necesse est & vt sup. præterlabare hãc pelago.i. per pelagus quia illa pars ausonie quam apollo pãdit id est aperit & manifestat vobis petendam: est procul.i. lõgo ad huc circuitu petenda & ait vade o fœlix pietate.i. propter pietatem nati.i. filij tui: qui vt tacite innuit pie tecum aget dũ exequias persoluet & ad inferos te visurus descendet sed id non dixit exp̃sse: & ne plura interrogetur dicit: sed quid ego prouehor.s. sermone.i. productior sum prouectus vltra scilicet q̃ constitueram: vel vltra prius dicta: hoc est vlterius & demoror.s. ab officio: fando.i. loquẽdo austros.i. vẽtos vobis secũdos: surgẽtis.i. iam iamq; flaturos aut orientes e terra vt flent.

SERVIVS.

¶Digressu mœsta supremo: vltimo postq; eorum desperabat aspectum. Picturatas: participiũ sine origine verbi. Subtegmine: filũ est quod inter stamen currit quod. Persi. tramam dixit. mihi trama figuræ sit reliqua. Non ergo pro stamine ponẽdum est: cũ stamẽ de auro eẽ nõ possit Phrygiam: acu pictã: nã hos artifices phrygiones appellamus scd'm Plau. Phrygiã: in qua sit patrie memoria. Nec cedit ho. dat tanta munera quanta merebat Ascanius. Nã nõ cedere honori est eẽ parem meritis accipiẽtis. Textilibus quod munus decebat mulierem. Et hæc intelligimus & alia pri⁹ data vel iure hr̃ditario data eneæ & anchise ad se spectãt. Monumenta: memoria & a mentis admonitione sunt dicta. Lõgum amorẽ: & de præterito & de futuro: vt cognoscas quantum te vel amauerim: vel amatura sim. Hectore: habuit rationẽ persone cũ qua loquebat̃. q. d. auunculi tui Sup.i. valde. Valde vehementer & expresse mihi es imago: quo sermone etiam Home. vtitur in simili significatione. Viuite. f. mõ bñ optãtis ẽ nõ vti Buc. male dicẽtis: vt Viuite sylue. i. perite. Similiter ẽ & valete. Terẽ. Valeant

Aeñ.
Ama.
An.
Aeñ.
Phrygio.

¶Nec minus andromache digressu mœsta supmo
a Fert picturatas auri sub tegmine[a] vestes.
Et phrygiã ascanio chlamydẽ nec cedit honori.
Textilibusq; onerat donis: ac talia fatur
¶Accipe & hæc manuũ tibi q̃ monumẽta mearũ
Sint puer: & longũ andromaches testent̃ amorẽ
Coniugis hectoreæ: cape dona extrema tuorũ.
O mihi sola mei super astyanactis imago.
Sic oculos: sic ille manus: sic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.
b ¶hos ego digrediẽs lachrimis affabar obortis[b]
Viuite: fœlices quibus est fortuna peracta
Iam sua: nos alia ex aliis in fata vocamur.
Vobis parta qes: nullũ maris æquor arandũ est.
Arua neq; ausoniæ semper cedentia retro
Querenda: effigiẽ xanthi troiamq; videtis:
Quam vestræ fecere manus: melioribus opto
Auspiciis: & quæ fuerint minus obuia graiis.
Si quando tybrim vicinaq; tybridis arua
Intraro: gentiq; meæ data mœnia cernam:
c Cognatasq;[c] vrbes olim: populosq; propinquos

ASCENSIVS.

¶Nec minus &c. Recitat etiã dona quæ Andromache discedẽtibus cõtulit & ṽba vltro citroq; habita. Vñ Dona. Nec cedit ho. duo notat in chlamyde: & q̃ eẽt sibi solatio quia esset de originalibus terris: & q̃ conueniret honori Ascanij: nã digna fuit qua vteret̃: Tali ẽt dignus Ascani⁹ q tantã rem applicaret vsibus suis. Sunt eñ qdã abiecti. q vtunt̃ vestibus sibi nõ cõuenietibus. Sũt rursus adeo excellẽtes vt cũ suis vestibus pari honore cõtendãt. Laudauit autẽ solam chlamydẽ. Cetera gñaliter dixit. Onerat vt ĩ Heleno dixit stipatq; carinis. Ille vir fortis donat aurũ argentũ. Arma viro forti. hęc mľier donat puero textilia. Ergo habuit rõnẽ personarũ: hęc etiam duo genera munerũ ponit Chlamidem auri sub tegmĩe variatã: quæ esset ex antiquis. Itẽ alia munera quę nõ essent tanti præcij: sed suis manibus vñ cũ hæc offerret: dixit Accipe & hæc præter chlamydem & prædicta: vt alterum haberet precium: alterum amoris religionem & dantis affinis affectum. Ergo si non valent dona valeat persona andromaches tui auunculi vxoris Lachrimis: affabar nõ poterat ab ijs q & ciues & ĩ se liberales eẽnt sine lachrimis discedere.

ASC.
Donat⁹.

Epiro hesperia: quibus idem dardanus autor:
Atq; idem casus vnam faciemus vtrāq;
Troiā animis: maneat nostros ea cura nepotes.

PIERIVS.

a ¶Auri sub tegmine vestes. Sunt antiq codi. in qbus subtegmine, vna dictione legaẗ. Sunt vbi ꝑposito sub, diuisa est a tegmine, sed grāmatici subtemine, absq; g, littera legendum contendunt. Dici verō subtemen subteminis, vt stamen staminis, ait Carisius. b ¶Hos ego digrediens lachrymis adfabar obortis. In antiquis plærisq; codi. abortis, legitur per ab, c sed doctorū consensus mauult ꝑ ob, obortis, scribi. c ¶Cognatasq; vrbes olim. In antiquis exemplaribus non est q;, vt ab eo verbo pendeat, vnam faciemus vtramq; Troiam animis, cognatas vrbes olim.

☞ scedere. Viuite fœlices: fœliciter viuere dicit manere ociosum in eodē loco & aduersa fortunæ vlterius non timere. Sibi aūt cia cōtraria eē ondit. Cedentia retro: impossibilia dicit: sed ꝑ illa suū tedium exprimit: q tot annos laboriose periculoseq; nauigās nondū viuebat quo ꝑuenire cupiebat. Hæc Dona. ¶Ordo aūt est. Ordo. Nec minus. i. & nihilominus q̄uis multa dederit helenus: andromache mœsta supremo digressu. i. quū videret q; oī no digredi vellemus: fert. s. ad cōferendū nobis vestes picturatas subtegmine auri. i. habētes subtegmē. i. filū quod inter stamen currit aureum aut ex auro & sup. dat ascanio chlamydē phrygiā. i. acu pictā qd' opus phrygonum dicitur: nec Ascanius cedit honori. i. nō inferior sed dignus est tali honore aut forte chlamys non cedit honori. i. decori cuiuslibet alterius chlamydis & onerat sup. eū aut ministros ei⁹ donis textilibus. i. contextis: ac fatur talia sup. ad Ascaniū. Accipe o puer & id est etiam hæc vltra ea quæ Helenus dedit aut quæ ipsa prius dederat sup. munera: quæ sint tibi monumenta. i. quę admoneāt te & memorem faciāt manuum mearū. i. operū manu mea factorum: & testentur longum. i. per longum tempus amorem andromaches: appositorie: coniugis hectoreæ. i. hectoris auunculi tui & nunc heleni etiā auunculi sed potius hectoris: vt eum ad imitādā hectoreā virtutē incitet vñ prius & auunculus excitat hector: nā donū ꝓphetiæ qd' heleno contigit nō oībus datum: virtutē quisq; q̄uis multo interuallo imitari potest: cape extrema dona tuorum. s. necessarioꝝ. q. d. post hæc nō offensurus es plures ex genere & patria tua. O sola imago astyanactis mei. s. filij ex hectore (declinatur hic astianax huius astyanactis vel tos) sup. i. supstes & superexistēs aut restans adhuc mihi. i. in solatium aut memoriā: cū filium amiserim: imago inquit: qa ille ferebat sic. i. vt facis oculos sic manus. s. ora. (Bona cōparatio a poeta excogitata q sicut patres similes inducit filioꝝ quoq; similitudinē approbat si superuixisset astyanax quæ laus iuli in domū iuliā redūdat) & pubesceret nunc tecum si. s. viueret: equali euo. i. etate. Ego digrediens affabar hos. s. helenū & andromachen: lachrymis obortis: i. præter spem ortis hoc est lachrymas inter loquendū: viuite qa felices sup. sunt quibus est fortuna iā sua. i. ꝓpria & fataliter debita: peracta (& hoc modo nō est in sermōe improprietas nec mala reciprocatio cū nō reciproce accipiaẗ licet hunc locū Valla & alij fere grammatici notant: & est quasi per parēthesim dictū: & sentētia qualis illa in primo. O fortunati quorū iam mœnia surgunt) nos vocamur iā ex alijs fatis. i. fatalibus incōmodis: in alia fata: quies est parta: i. labore aquisita vobis: nullū equor. i. null⁹ campus planus maris. i. aquarum est vobis arandū. i. sulcandum nauibus: nec arua ausoniæ. i. italiæ cedētia semper retro. qa cum prope fuerimus adhuc longo circuitu sunt querēda. i. vestigāda: vos videtis effigiē. i. simulacrū & cōsimilē effictionē xanthi. i. illius fluuij troiani: & videtis troiā quā vestre manus fecere opto. i. sicuti opto meliorib⁹ auspicijs q̄ prior troia manib⁹ deoꝝ facta prædicatur: & quæ auspicia. i. auspicata initia & fundamina fuerint minus obuia. i. obstātia graijs. i. gręcis ita vt ab eis nō eruanẗ

(Notū

leāt qui inter nos dissidium quærūt. Videẗ aūt melius dici ꝑ optatiuū q̄ ꝑ imperatiuū: quia possunt optari: non imperari ꝓspera vel aduersa. Ergo vsurpat imperatiuū. Sua. q. d. dura & ꝓpria troianorū: vt, Hac troiana ten⁹ fuerit fortuna secuta. Parta. parata. Cedētia retro: vt iā tandē italiæ fugiētis prēdim⁹ oras. Vestræ manus qd' est dulcius. Minus obuia. i. quæ nullū patiantẽ excidiū. Tybrim a rege q in eū cecidit. Nā ante albula dicebaẗ. Alij tyberinū albanoꝝ regē in Tybris eum cecidisse volūt. Alij dicunt quōdā syracusanos victores cœpisse magnā vim atheniensiū: & eam cesis mōtibus fecerunt addere munimenta ciuitati: tunc auctis muris etiā fossa intrinsecus facta quæ flumine admisso repleta munitiorē reddidit vrbē. Hāc fossam ꝑ iniuriā hostiū factā tybrim απο τησυβρεος appellarūt. Inde cū siculi loca iuxta Romā occupassent. Vñ est fines vsq; sicanos. Albulā ad imaginē fossę patriæ tybrim vocarunt: de tybri vero siracusana fossa Theocritus meminit. Genti meæ & non sibi. Nā scit ascanio regna deberi. Data mœnia cernā. Cognatasq; vrbes olim: qñq; & ꝑ oia cernā subaudis. Sensus aūt talis est si potero ad italiam peruenire: & regna cōstituere: & videre vrbes & populos tibi cognatos. Nā æneas & helenus a Dardano originē ducūt. Ergo hoc dicit qm̄ & ab vno originē ducimus & ijsdē casibus subiacuimus. Troiā vtrāq;: & quā tu fecisti & quā ego facturus sum iungamus & faciamus vnā: sed animis: hoc est, fœdere & affectione: quoniā reuera eas natura iungi non sinit. Sane quoniā occurrebat humanæ breuitas vitæ. Bene subiunxit. Maneat nostros ea cura ne. Distinguendum autem populosq; propinquos epiro. Et ex sequentibus ostendit quomodo Hesperia id est quibus populis autor est dardanus. Hesperia hoc est εσπεροτεμ: figura enim nonnunq; pulchra est si elocutio imperfecta sit: vt Cicero in verrinis. Qui verrem romulea: non addidit tribu.

(Notum est q; romani ethruscoꝝ disciplina imbuti nihil magnum inierūt nisi captatis auspicijs. i. nisi habito deoꝝ (vt opinabanẗ) iudicio qd' ex auiū inspectione dephēdebant: & ideo auspicium accipiẗ pro auspicato. i. prudēti & bene prouiso: qd' galli dicuntur præauisato initio: & auspicari pro prudēter inchoare) Si auspici ego intraro ꝓ intrauero: qñ. i. aliqñ tybrim fluuiū italię romā interfluentē: & arua tybridis vicina: & ego cernā mœnia data. i. permissa aut cōcessa fatis: meæ genti quia scit ascanio deberi regnū: aut genti sue potius q̄ sibi regnū petere probeẗ: & vrbes cognatas. i. cognatis extructas olim. i. quouis tēpore futuro & populos ꝓpinquos. i. affines & ab vna patria oriundos nec loco multū distantes: nos faciem⁹ epiro: & hesperia. i. italia: hoc est ex epiro & hesperia qbus idē dardanus est autor. atq; qbus est idē casus. i. eadem fortuna qa ꝓpter excidiū troiæ ambe a ꝓfugis habitate vt nos faciem⁹ dicit aīs. i. fœdere & cōcordi volūtate vtrāq; vnā troiam. i. referemus in diuersis locis qd' in vno nō possumus troiā patriā nostrā euersam. & si: qa breue & irreuocabile tps oībus est vite: id nos perficere nō poterimus: ea cura. i. sollicitudo eius rei faciēde: maneat. i. certe expectet: nostros nepotes. i. posteros a nobis & nostris descensuros.

SERVIVS.

SER. ¶Prouehimur pela. Butroto derelicto. Ceraunia: promontoria epiri a crebris fulminibus propter altitudinem noīata. Breuissimus: nam medio noctis spacio trāsitur. Optate telluris: semper enim nauigātibus optatur. Sortiti remos. per sortē diuisi ad officium remigandi: quis esset proreta quis pedem teneret. Littore sicco: nam est quod aqua alluiẗ. Horis acta per horas decurrens: Auribus: qua em̄ venti veniunt ea parte auris frigidior est. Cuncta nam in pronosticis legiẗ non sufficere vnum ad explorandam serenitatem. Tacito cœlo: aut nocturno: per quod tacetur aut ipse tacitus: aut ad hoīes retulit. Nam licet ęternus sit axium sonus: non tamen auditur a nobis

Armatumq;



Prouehimur pelago vicina ceraunia iuxta.
Vnde iter italiam cursusq; breuissimus vndis.
Sol ruit interea: & montes vmbrantur opaci.
Sternimur optate gremio telluris ad vndam

ASCENSIVS.

¶Prouehimur &c. Docet quomodo illic prouectus est & quomodo italiam a socijs visam & salutatam prætergressus est de qua re dicit id solum notatu dignum Donatus quod italia humilis nō est sed humilis dicitur: quia etiam alta nauigantibus cum longe apparent videntur humilia. id est ima & quasi humi iacentia. ¶Ordo autem est. Nos ꝓuehimur. id est porrovehimur & auehimur a butroto pelago. id est per pelagus: iuxta ceraunia promontoria illa epiri a crebris fulminibus denominata vicina scilicet nobis descēdentibus butroto vñ. i. a quibus iter supp. est breuissimū & cursus est breuissimus vndis. i. ꝑ vndas: italiam. i. in italiā vsq;: nam media

noctis

Sortiti remos: passimq; in littore sicco
Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.
Necdũ orbẽ medium nox horis acta subibat:
Haud segnis strato surgit palinurus: & omnes
Explorat ventos: atq; auribus aera captat.
Sydera cuncta notat tacito labentia cœlo.
a Arcturũ pluuiasq;[a] hyadas geminosq; triones:
Armatumq; auro circumspicit oriona.
Postq̃ cuncta videt cœlo constare sereno:
Dat clarũ e puppi signũ: nos castra mouemus:
Tentamusq; viam: & velorum pandimus alas.
Iamq; rubescebat stellis aurora fugatis:
Cum procul obscuros colles humilẽq; videmus
Italiam: Italiam primus conclamat Achates
Italiam læto socii clamore salutant.

PIERIVS.

a ¶Arcturum pliadasq; hyadas. Quamuis in veteribus codicibus, pliadas, legatur. Placet tamen, quod eius loco positũ est a recentioribus pluuiasq;, hyades. Nam plias primam ꝓducit, quia diphthongus est, ει, πλειας, nisi quis vocalem alteram, quod sæpe ex commodo suo græci faciunt, detritã velit.

noctis spacio pertransit. Solruit .i. occidit interea & montes opaci vmbrãtur .i. ex aduerso solis inuoluũtur vmbris: nos sternimur gremio .i. receptaculo telluris .i. terræ optate .s. semper nauigantibus: ad .i. iuxta vndam .i. exponimur terræ ad ostium: vñ aut sternimur sortiti remos .i. p sortes exerciti remis & postq̃ vicissim incubuimus remis ad vndam & nos curam⁹ in littore sicco passim corpora sup. nostra .i. facimus ea quæ ad curam corporis pertinent: quod verbũ si solã egestionem significet satis rustice ad mensam diceret ęneas in cõspectu reginę: sed ad oĩa pertinet sopor irrigat art⁹ fessos .i. dormimus necdũ .i. & nõ adhuc & nox .i. facies cœli nocturna. acta .i. trãsacta aut ducta horis: nõ subibat. .i. cõscendebat adhuc medium orbem .s. cœli .i. nondũ erat mediũ noctis. & supp. palinurus nauita ille diligentissimus surgit haud segnis .i. non tardus aut ignauus sed strẽnuus: strato .s. toro ex stramentis facto: & explorat .i. inquirit: oẽs ventos & captat auribus aera .i. si vsq; audiret murmura aeris quæ futuram tempestatem indicent: Seruius aliã causam affert & notat cũcta sidera .s. nautis obseruãda labẽtia cœlo tacito .i. motu a dormiẽtibus ꝑsertim imperceptibili. licet cõcentũ mirabilẽ edere a platonicis prædicet cœlum vt de sumnio scipionis: testis est Cice. notat dicit arcturũ & hyadas pluuias .i. pluuiosas & pluuias excitare solitas & triones .i. boues geminos qui sunt in septentrione ad polũ: & circũspicit oriona .i. sydus in qđ orion translatus dicit armatũ auro .i. fulgore ensis aurei: hæc aũt oĩa in Georgicis & in fine primi huius descripta sunt. Postq̃ ipse Palinurus videt cũcta cõstare .i. cõsentire ex statu suo cœlo sereno .i. etiã futurã serenitatẽ indicante ipse dat e puppi signũ clarũ .i. faculã aut tedã incẽsam: nos q eramus .s. in littore mouem⁹ castra .i. more militũ colligim⁹ sarcinulas & discedimus illinc vbi stationẽ habueram⁹: & tẽtam⁹ viã an .s. fluxus oportunus esset & hoc cõperto pãdimus alas velorꝫ .i. antẽnas. aut scd'm Seruiũ intẽdim⁹ cõtos .i. perticas qbus ꝓfunditatem aquarꝫ inqrunt nauite & aurora rubescebat iã & hoc stellis fugatis a splẽdore solis abscõditis nobis iã inqt cũ nos videmus ꝓcul obscuros colles .s. italię: & italiã humilẽ .i. humilẽ apparentẽ: qa ꝓcul visam achates ꝯclamat .i. simul vt videbat clamat italiã & socij salutãt lęto clamore italiã dicẽtes forte Salue sancta parens diuũ saturnia tellus &c.

Armatumq; auro circumspicit oriona sic Lucre. Ensiferi nimium fulget lat⁹ orionis: Intuetur hæc non vt cernat. Nam omnibus patent: sed vt exploret stellarum vigorem quo futura serenitas iudicatur: in Geor. neq; tũ stellis acies obtusa videtur: non eñ quærit quasi nõ orta nam septentrio semper apparet. Cõstare: suppetere. Iuuena. Quis ferat vxorem cui cõstant omnia. Clarum signum: faculã eleuauit: vt flammas cũ regia puppis. Extulit Castra m. castra oĩa loca sunt vbi milites steterint: Dicta autẽ castra quasi casta. vel ꝙ illic castraretur libido. nam nũq; ijs intererat mulier Tentamus viam. id est naues producimus Pandimus alas cõtos intendimus. Humilemq; videmus italiã: aut naturam ostendit ꝓuinciæ vt Sal. Italia plana ac molis: aut rẽ physicam exprimit: Nã oẽ quod continet humilius est eo quod continetur: aut quia procul visentibus terra humilis sempvr Luca. Et dubios cernit vanescere montes Italiã: tantologia vsus est ad exprimendũ affectũ nauigãtiũ. Castra

SERVIVS.

¶Corona induit: vsq; ad summum impleuit: aut reueta coronauit. Maris per quod nauigo. Terræ: ad quam vado. Tempestatum ventorum aurarum: temporum serenitatis: vt: vnde hæc tam clara repẽte tempestas: ñam multa significat. Spirare & advẽtum pertinet & ad fauorem. Crebrescunt: ostendit magnum anchisæ meritum. Patescit: propinquantibus vt angusti rarescunt claustra pelori. In arcum: in arc⁹ similitudinem: vt Excisum euboicæ latus ingens rupis in antrum .i. in antri similitudinem. Latet scilicet longe intuenti. Nã late patet secundum Dona. non stat versus. Refugitq; a littore tẽplum. Nã procul intuentibus in mari videt: & appropinquãtib⁹ paulatim discedere: vel quia situ est in colle: q sensim crescit a littore ideo dixit refugit. Primum aut quale nunq̃ viderat añ: aut quia sequit. Porcę albę omẽ vel primũ .i. primã partẽ cãpi. Candore hoc ad victorię omẽ. Habet aũt Anchises diuinãdi peritiam vñ diuiniq; ossa parentis. Hospita: vsurpatum est. Nã quæ in es exeunt cõmunia sunt & fœmininum in a mittũt Lucañ. Hospes in extremis audiuit curia tectis: sed plautus cũ pauper cõmune sit vt paup senat⁹. & paupq; domus nec nota potẽtũ munera. paupa

tamen

Tum pater anchises magnum cratera corona
Induit: impleuitq; mero: diuosq; vocauit
Stans celsa in puppi.
¶Dii maris: & terræ tempestatumq; potẽtes:
Ferte viam vento facilem: & spirate secundi.
¶Crebrescunt optatæ auræ: portusq; patescit
Iam ꝓpior: tẽplũq; apparet in arce mineruæ.
Vela legunt socii: & proras ad littora torquent:
a Portus ab æoo[a] fluctu curuatus in arcum:
b Obiectæ salsa spumant aspergine[b] cautes.
c Ipse latet. gemino demittunt[c] brachia muro
d Turriti scopuli: refugitq; a[d] littore templum.
Quatuor hic primũ omẽ equos in gramĩe vidi.
Tondentes campum late candore niuali.
Et pater anchises ¶bellũ o terra hospita portas.
Bello armanĩ eq: bellum hæc armẽta minantur:
Sed tamen iidem olim curru succedere sueti
e Quadrupedes[e]: & frena iugo concordia ferre:
Spes est pacis ¶ait: tum numina sacta precamur
Palladis armisonæ: quæ prima accepit ouantes
Et capita ante aras phrigio velamus amictu.

ASCENSIVS.

¶Tum pater &c. Docet qũo post preces anchise ad italiã appulsi illic vota que helenus persoluenda admonuit: quo etiam modo admonuerat: persoluerũt. Seruat in omni re poeta diligẽs ipsum decorum: nam socij italiã salutabãt lęti quoniam tam vicini essent: anchises autem non contẽtus italiã inuenisse: nisi id bono auspitio fieret (Sepe eñi res lęte tristẽ habent exitũ) ꝑcatur diuos vt ꝓsperam nauigationem concederent: sciens quod etiam in portu perierit plurimi De hac re pauca dicit Donatus: quia vt patet ex ijs que in eum dicit Seruius mutilus est & intercisus. ea autẽ sunt hec. Crebrescunt s. apparet petitionis fructus. Ferte viam s. pręstete facilem viam. In arce in altitudine. Legunt: verbum nautis familiare: nã funes & vela cum colligunt vel aliqua loca cum trãseunt legere appellãt Aure: naturaliter dixit. Aura eñ nascitur cum primum exoritur lux quam supra induxit nascẽtem. portus: ab oriẽte qua fluctib⁹ port⁹ infestari poterat: magnas natura obiecit cautes: Ergo latet portus: quia fluctus illum reperire nequeunt. Cautes autem sunt ĩ formam brachiorum. Refugit: constitutis in portu non apparet templũ quia obstãt scopuli ħ pri mum honesta locutio pascẽtes cãpũ & nõ pa

ASC. ¶Anc. ¶Aeñ. Donat⁹. ¶Anc ¶Aeñ

scentes

Præceptisq; heleni: dederat quæ maxima: rite
Iunoni argiuæ iussos adolemus honores.

PIERIVS.

a ¶Portus ab eoo fluctu. In omnibus pene cod. antiquis, quos versare contigit, euroo scriptū obseruaui, & in plerisq; lectionem hanc abrasam esse, & eoo repositum. Quia tamen hmōi ab Euro deriuatiui nominis formam neq; apud græcos, neq; apud latinos memini me legere, eoo libentius, vt cum Mediceo vulgata habent exemplaria, legerim. b ¶Obiectæ salsa spumant aspergine cautes. Velius Longus poni differentiam tradit inter aspergo per, e, syllaba media, & aspargo per, a, esse q; illud per, e, verbum, hoc vero per, a, nomen: dictumq; a Virgilio spumant aspargine cautes. Antiqua tamen pleraq; omnia exemplaria adspergine legunt. c ¶Gemino demittunt brachia muro turriti scopuli. In codicibus aliquot anti. dimittunt legitur. Quippe hac & illac mittunt, porrigunt, extendunt. Atq; pro turriti sunt codices, qui erectū legant d sed turriti omnino magis placet. d ¶Refugitq; a littore templum. In antiquis exemplaribus e ab littore, est. e ¶Quadrupedes. In antiquis codicibus quadripedes per, i, vt bipes tripes. Sed quadrupes per, v, in consuetudine mansit, vt ex periquilo periculum, & alia quædam huiusmodi quæ per, i, enuntiari scribiq; solita Velius Longus ait.

scentes herbā in campo: & cū dicit quibus hærbis pascerentur ostēdit sola gramina illic fuisse. Candore ni. ostendit & equos & niueos & constitutos in magna vbertate. Bello armanť equi. nō quia equo troia perierit: vt quidam ridicule dicūt: sed doctrina sua equos ostendere bella dixit. Palladis armisone: ad alia signa belli accedit templū armatæ palladis: quam merito orat: vt prosperū faceret si quid aduersi immineret & ouantes dimitteret q̄s ouantes acceperat Ante aras: vt

Ara. ostendat præter præces etiā munera fuisse: dicit aras fuisse in naui quæ non erant vt demonstret aram dici posse, vbicunq; sacrificatur: hęc ille.

qui vt in primo dictum est: qua data porta ruunt. & signant id est designant simul: oculis. id est intuitu vltima. id est metam vt ad eam directo tramite & ita breuiori spatio percurrant. Nisus abit primus & emicat longe ante omnia corpora scilicet reliqua: existens ocyor. id est velocior: & . id est simul ventis: & alis fulminis. id est quibus fulmen videtur deferri. Salius insequitur proximus huic. scilicet Niso longo interuallo. id est multa distantia: sed tamen sup proximus: quia nõ erat propior. licet ipse nõ esset prope. Deinde sequitur Euryalius: tertius scilicet in ordine: relicto spacio. i. interuallo: & Helymus sequitur inde Euryalium sub quo ipso ecce diores deinde volat & terit calcẽ i. postremam partem pedis eius: calce. i. pede suo incũbens humero. scilicet Helymi aut suo. & si plura spatia supersint. i. nisi Helymus tramitẽ directũ occupasset ipse Diores elapsus transeat prior. scilicet q̃ Helym⁹ & relinquat ambiguum. i. minus firmũ ad celeritatem: aut incertũ victorie. Iamq;. i. & iam ipsi aduentabant spacio existẽte fere extremo & ipsi fessi. i. fatigati sub. i. paulum citra: ipsum aut vt Seruius legit ipsam finem. i. metã constitutam: cum. i. quando Nisus infoelix. i. diffortunatus: labitur. i. cadit multo sanguine. i. propter multum sanguinẽ: vt. i. secundũ q̃ erat sup. fusus forte. i. a casu nõ q̃ a casu fusus erat: sed q̃a casuale erat q̃ illic fusus esset qua Nisus trãscurrere parabat fusus erat super humũ iuuencis cæsis scilicet a Cloantho ad sacrificiũ aut ab alijs cursuris: & madefecerat hærbas virides: hic. i. hoc loco iuuenis scilicet Nisus ouans. i. iam victor & ita minus præcauẽs: q̃a bos vetulus & lapsus firmius pedem figit q̃ iuuencus: vt diuus Hieronymus memorat haud. i. nõ tenuit vestigia titubata. i. titubantia & vacinlantia: presso: solo: quia solum nõ pressit sed superuolauit: vnde negatio haud vtrunq; determinat & tenuit & presso: quia neq; tenuit vestigia neq; pressit solũ sed concidit pronus in ipso q;. i. simul: immũdo fimo: qui erat eiect⁹ ex extis quę Cloanthus proiecit in falsos fluctus: & in cruore sacro. i. in sacrificio effuso. Non dixit in ipsum cruorẽ: quia iam erat in ipso saltem pro parte Tamen. i. licet lapsus erat: ille scilicet Nisus: non sup. erat oblitus euryali. s. amici sui: nõ amorꝝ scilicet piorꝝ erga euryalũ (vnde landinus contendit amores etiam castos reperiri testimonio non futili marci videlicet Ciceronis sic in libro de officijs dicẽtis. Formam quidem ipsam & tanq̃ honesti faciem vides quæ si oculis decerneret mirabiles amores (vt ait Plato) excitaret sapientie. Nam ipse Nisus opposuit Salio se. surgens. id est erigens se per lubrica. i. loca pingui perfusa & labi facientia: autem pro sed ille scilicet Salius iacuit reuolutus: harena spissa. i. sanguine vitulino concreta. Euryalus emicat prioribus scilicet iacentibus: & victor munere. id est beneficio amici. s. nisi tenet prima scilicet loca: & volat plausu & fremitu sc̃do. i. fauorabili: & Helim⁹ volat post: & Dioresubit nũc tertia palma. i. tertie palme assecutor. Salius implet hic. i. hoc loco ac tẽpore: vel ex hoc facto totũ cõsessum ingentis caueæ. i. oẽs consi- dentes

Amores

Prima patrũ magnis Salius clamoribus implet
Ereptumq; dolo reddi sibi poscit honorem:
Tutatur fauor Euryalũ: lachrymeq; decoræ:
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus
Adiuuat: & magna proclamat voce Diores:
Qui subiit palmæ: frustraq; ad præmia venit
h Vltima si primi Salio reddantur[h] honores.
Tum pius Aeneas ¶ vestra iquit munera vobis
certa manẽt pueri: & palmã mouet ordine nemo
i Me liceat casum[i] miserari insontis amici.
k ¶ Sic fatus tergum getuli[k] immane leonis
Dat Salio villis onerosum atq; vnguibus aureis
Hic Nisus: ¶ si tanta inquit sunt premia victis.
Et te lapsorum miseret: quæ munera niso?
Digna dabis? primã merui qui laude coronam.
Ni me quæ Salium fortuna inimica tulisset:
¶ Et simul his dictis faciem ostentabat: & vdo
Turpia membra fimo. risit pater optimus olli
l Et clypeum efferri[l] iussit Dydimaonis artes.
Neptuni sacro danais de poste refixum.
Hoc iuuenẽ egregium prestanti munere donat.

est mutatio. Oblit⁹ amorꝝ. s. amoris nec supradictus congruit Ait enim amore pio pueri: nãc amorum qui pluraliter non nisi turpitudinem significant. Spissa harena: Tenui: Quanto enim quid minutius tanto est densius Prima tenet: [illegible]. Fremituq; secundo: bene secundo addit: quia est & iratorum. Per caueam autem: plebem significat: Nam cauea consessus est populi. Oraq; prima patrũ: hoc est quod Iuue. dixit: Omibus ad podium spectãtibus. Decoræ: nam ipse fletus habebat aliquid venustatis ortus a gaudio: Terentius. Lachrymo præ gaudio: q̃d puero conuenit propter victoriam inopinatam. Aut etiam pertinet ad commiserationem cõmouendam cõtra eum qui se victorem asserebat Veniens crescẽs: vt hic segetes illic veniũt foelicius vuę Pueri: Quia vt supra diximus παιδες (?) dicuntur. Me liceat. i. liceat me miserari. Nam nõ me licet sed mihi dicimus. Casum: allusit a cadendo. Tergum: p̃ tergus posuit. Onerosum plus est q̃ oneratum: sicut scelerosum: pl⁹ est q̃ sceleratum. Laude. Virtute consequens pro antecedente: ex virtute enim sequitur laus. Fortuna excusat dolum. Olli. illi scilicet arrisit vel iussit afferri. Recte autem arma dat iuueni: & laudat illa ab artifice vt diuini op⁹ Alchimedõtis. Neptunni sacro intelligimus ad Aeneã transisse per Helenum: ne videatur ex sacrilegio quęsitum.

PIERIVS.

a ¶ Incumbens humeris. In Romano codice in Longobardico, & aliquot alijs humero legitur, quod & Seruius agnoscit. Idq; viciniorem ostendit, vt non tantum calcem calce tereret, verum etiam humero antegressi helymi incumbere, aut inhærere videretur, humero vero vnitatis numero, ad exprimend gestum illius, qui nihil socium declinet, vt liberius præterire possit. Nam spatia, si plura supersint, transeat elapsus prior.

b ¶ Ambiguum ve relinquat. In codicibus aliquot antiquis ambiguumq;: sed, ve, disiũctiua particula magis placet, vt ex duobus alterum omnino futurum dicat. Aut quippe transeat, aut, nisi transierit, ambiguum relinquat vter eorum prior fuerit. Si vero, q;, legam⁹, sensus erit pari adeo eos gressu concurrisse vt q̃uis hic transisset, ambiguum tamen relicturus esset, quia socij vicinitas spectatores fefellisset.

c ¶ Sub ipsum finem. In omnibus pene codicibus antiq. Sub ipsam foe. g. positum inueni, de cuius nominis genere plura alibi. Sane vero præteritum non sinam locum apud Liuium libro, iiij. pr. dec. Finem ergo non fieri nec futurum, ita vulgata habent exemplaria virili genere. Vetus autem codex futuram legit foeminino.

d ¶ Leui cum sanguine. In exemplaribus aliquot manu scriptis tum habetur. Sed cum magis placet.

e ¶ Fusus humi viridesq; super madefecerat hærbas. In Longobardico quidem, & in Mediceo codice, humi legitur. Sed in Romano & alijs fere omnibus humum accusatiuo casu habetur, vt sit ordo, madefecerat humum & viridis hærbas.

f ¶ Non ille oblitus amorum. In veteribus plerisq; codicibus, vna plus dictione amorum est legitur. Verum id verbum ex paraphrasi mihi videtur insertum. Missos facio codices, in quibus amoris vnitatis numero legitur, quum longe venustius omnino amorum numero multitudinis habeatur.

g ¶ Hic totum caueæ consessum. In codicibus aliquot Antiquissimis consensum habetur: sed puto conse?sum fuisse notatum cum sicilico, de quo apud Victorinum haberi diximus, quod librarij pro nota compendiaria, n, litteram significante, transcripsere. Nam consessum caueæ omnino castior lectio videtur.

h ¶ Si primi salio redduntur honores. In exemplaribus plerisq; veteribus legere est reddantur coniunctiuo modo. Sed redduntur finitiuo modo in emendatioribus.

i ¶ Me liceat casum miserari insontis amici. In codicibus omnibus antiquis quotquot legi, casus habetur, quorum nonnulli verbum etiam alterius figuræ, quippe misereri ponunt, vt casus sit genitiuo casu: sed enim casum miserari satis magis facit auribus eruditis, vt miseratus agrestes.

k ¶ Getuli, scribendum gætuli cum diphth. æ, vt alibi ostensum,

l ¶ Et clupeum efferri iussit didymaonis artes. De clipeo dictum alibi. In antiquissimis aliquot codicibus offerri est, quod non æque placet. Sunt etiam codices, in quibus didymæonis media per, æ, diphth. notatum sit, quod nomen esset a cognomento apollinis, qui etiam didymæus appellatur. Sed hæc parui omnino momenti sunt. Illud silentio minime prætereundum est, quod in Romano codice artem vnitatis numero, hoc est opus, legitur. Quam lectionem etiam in aliquot alijs manu scriptis obseruaui.

dentes ingēti cauea.i.circo cauo quia in medio eius curreba- tur. & implet ora patrum prima.i.primū aut præcipue: magnis clamoribus quia ab illis potius expectauit subsidium q̄ a iunio ribus: sciens q̄ tutetur fauor Euryalum: & poscit honorem.i. pri mum p̄miū cum honore ereptum sibi dolo scilicet Nisi: reddi si bi. Fauor scilicet totius iuuētutis tutatur.i.protegit Euryalum.i. causam eius & lachryme decore. quas scilicet emiserat timo q̄ tā- to & tam insperato honore fraudaret̄ & virtus veniens gratior.i. acceptior in pulchro corpore: adiuuat sup. eū: & Diores p̄clamat i. pro eo clamat magna voce: qui.s. diores subijt palme.i. ad pal- mam tertiā si Eurialo prima cōtingat: & qui venit.i. venerit aut venisset frustra ad præmia vltima.i.tertia: si primi honores red- dantur salio quia tūc secundi redderent̄ Euryalo & tertij helymo Pius Aeneas inquit tum.i.tūc o pueri vestra munera manent vo bis certa.i.īdubitata & nemo mouet palmā ordine.s.suo: hoc est debito & cōstituto. Liceat.i. licitū sit & permittat̄ me miserari.i. misericordia p̄sequi: casum.i. infortuniū ex lapsu amici.s. Salij: insontis: q citra culpā suā dolo Nisi lapsus est. Ipse fatus sic.i. in eū modū dat salio tergū.i. coriū tergi hoc est tergus: immane.i. valde magnū & horrendū leonis getuli.i. getulici q iubatus est vnde addit onerosum.i. valde graue villis atq̄ vnguibus au reis.i.habens vngues aureos (Cōgruum p̄fecto tali viro munus qui virtute quidē vicerat sed dolo victus erat: leo em̄ dolū nescit virtute pollet) Nisus inquit hic.i. post hoc factū: hoc loco aut tē- pore. Si tanta p̄mia sunt victis: & miseret te lapsor: quæ munera dabis digna Niso.i.mihi (Loquit̄ em̄ de se) qui merui primā co- ronā laude.i.laudis: aut laude.i. virtute laudabili licet casu ami- serim ni.i. nisi fortuna inimica tulisset me.i. abstulisset a p̄mio: ea sup. q̄ tulit sup. Saliū: & simul.i. pariter cum his dictis ostenta bat faciem: & mēbra turpia.i. obscena limo vdo.i. intrinsecus hu mido & pingui. Pater optimus.s. Aeneas risit olli.i. tunc illi: & iussit clypeū (appositorie) artes.i. opus artificiosum: Dydimao- nis illius summi artificis: refixū.i. dissolutū: danais.i. per danaos de sacro poste Neptunni (Et ita insimulat danaos sacrilegij non se: nec putē poetā voluisse intelligi ab Heleno susceptū: sed in su prema nocte aut prius direptum a græcis sicut de lorica demolei prius dictū est (iussit inquit clypeū illum: efferri.i. e thesaurario aut armētario in medium ferri: & donat iuuenē egregium.s. Ni- sum: hoc præstanti munere: victores autem præmia acceperunt: cum dixit & palmam mouet ordine nemo.

SERVIVS.

¶Præsens. fortis plenus animo. Auro quia solent laminas quas dam habere. vt & Statuam ante aras aurata fronte iuuencū. Vi- rum murmur. Suffragio viror. Solus q pa. verba sunt murmu- rantis populi. Paridē. ab eo qd̓ est Paridis vel Paridos. Qd̓ aūt legimus par invenit απο του πα ϱιος του παϱι Ιομ παϱιμ. & vo- lunt si propriū sit in dos exire si appellatiuum in os: scd̓m vero Troica Neronis adeo fuit fortis vt in agonali certamine supera- ret oēs etiam ipsum Hectorē. qui cum iratus in eum stringeret gla dium. dixit se esse germanū qd̓ allatis crepūdijs probauit. nam sub habitu rustici adhuc latebat Hos aūt ludos transfert Ver. ad Hectoris tumulū qui sunt facti cum debuisset Hector occidi. cū ludi funebres celebrarentur ca- daueri Hectoris ab Achille occi si. Amyci. Neptūni hic rex filius fuit ex Melię nympha. qui a Pol luce victus est in pyctali certami ne. Bebrycia. bithynia est. Sall. igit̄ introrsus asiæ prima bithy- nia est multis ante noib⁹ appel- lata. Ipsa em̄ est maior phrygia. Moribundū. morienti sil'em. Ta lis qualē multitudo loquebatur Ostēdit melius dixisset ostentat. Alacris. q̄uis acer dicat semper tamen nusq̄ dicit alacer. sed ala- cris. q̄uis inde nascat̄. inde est q̄ Pampini supprimit genus. quia dubitatur.

ASCENSIVS.

¶Post vbi confecti cursus & do na peregit. Nūc si cui virtus ani. &c. Constituit tertia certamina pugilū videlicet cœlestibus con certare volentiū in quo certami ne Darhes iunior ab Entello se- niore diuina freto virtute deuin citur: ad quā rem diuus Hiero- nymus pulchre alludit in episto la ad diuū Augustinū. Donatus aūt vel mutilus est vel pauca di- cit. Ea aūt sunt. Putans iā ex hoc significat emersurū aliū qui vin cat. Cūcti. vt p̄ victore ab oībus haberi ostendatur & simul est te stimoniū suor meritor. Hæc il le. Ordo est. Post.i. postea vbi.i. quando cursus sunt cōfecti.i.cō- summati. & Aeneas peregit do- na Nūc ait sic. Si cui.i. alicui vir tus & animus præsens.i. præstās & cito exiens in operationē. sup. est in pectore. adsit. id est præsto & præsens sit. & attollat.i. erigat brachia. palmis. id est manibus euinctis. id est expresse & extra manicas vincti scilicet cestibus. Aeneas in quam ait sic. & p̄po- nit geminū.i. duplicē honorem hoc est præmium honorificum pugne.i. certaminis. sed proprie pugne. quia pręcipue pugnis fit Victori supp. proponit iuuencū velatum auro.i. laminis aureis. aut auratis cornibus. sed magni fice dixit velatum auro. & vittis scilicet rosaceis. hoc est sertis ca- put cingētibus quod munus vi- ctori competit. quia bos firmi- ter figit pedem. & aduersarium contendit prosternere. & propo nit victo. ensem atq̄ galeam in- signem solatia.i. quę habeat pro solatio. quia scit duram esse con certationem. galeam aūt dat ad tutamen capitis quod victo con cutiendum verosimile est ensem vero. vt si tali pugne se commit tereq post illa non audeat. gladia- toriam exerceat. Nec mora sup. fit: cum.i. quando Darhes effert ora vastis. id est valde amplis vi ribus vel nec mora: & Darhes effert ora cum vastis viribus.i. illis concomitātibus: & tollit.i. erigit se cum magno murmure virum.i. viror præcipue Troia norum: Darhes inquit: qui soli- tus supple erat contendere cōtra. Paridē:

ASC. Dona. Ordo.



¶Post vbi confecti cursus & dona peregit.
Nunc si cui virtus animusq̄ in pectore p̄sens
Adsit: & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait: & geminū pugne proponit honorē.
Victori velatū auro vittisq̄ iuuencum:
Ensem atq̄ insignē galeam solatia victo.
Nec mora continuo vastis cū viribus effert
Ora Darhes: magnoq̄ virū se murmure tollit.
Solus qui Paridē solitus contendere contra.
a Ideq̄ ad tumulū quo maximus occubat[a] hector
Victorem Buten immani corpore: qui se
Bebrycia veniens Amici de gente ferebat
b Perculit:[b] & fulua moribundū extendit harena.
Talis prima Darhes caput altū in p̄lia tollit:
Ostenditq̄ humeros latos: alternaq̄ iactat
Brachia portendens: & verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius: nec quisq̄ ex agmine tāto
Audet adire virū: manibusq̄ inducere cæstus.
c Ergo alacris cunctosq̄ putās excedere pugna[c]:
Aeneæ stetit ante pedes, nec plura moratus
Tum leua taurum cornu tenet: atq̄ ita fatur.
Nate dea si nemo audet se credere pugnæ
d Quæ finis standi? quo me decet vsq̄ teneri[d]?
Ducere dona iube: ¶ cūcti simul ore fremebant
Dardanidæ: reddiq̄ viro promissa iubebant.

PIERIVS.

a ¶Quo maximus occubat he- ctor. In vetustis aliquot exēpla- ribus maxum⁹ adcubat, & accu bat habetur. Sed occubat vel ob cubat, de sepultis rectius dici pu to. b ¶Perculit & fulua mori- bundum extendit harena. Anti- quus admodū codex percutit le- git, quæ quidē antichronia esset pro percussit. Nam percellere ad animum grammatici referre vo lunt, quod tn̄ non vsq̄ quaq̄ re- ceptum video, codicibus præser tim antiquis sæpe percussus pro perculsus, ponētibus. Verū esto inter vtrunq̄ verbum differen- tia loco hoc perculit omnino ad animum referri potest, quum significet ex ictu adeo consternatū vt ab alienato animo cōcideret moribundus. c ¶Ergo alacris cunctosq̄ putās excedere pugna. In Ro. codice, & in Longobardico palma non pugna legitur, quod valde placet. Nam & apud Priscianum

Pariden: a quō etiā Hectorē victum dicunt & ita ab eo agni- tum fratrē cū inter pastores latuisset: & q idē perculit.i. percussit ad tumulum quo Hector maximus.s.bellatorum: occubat.i.sepul- tus iacet Buten victorē.s.aliorum: corpore immani .i. habentē cor- pus immane: hoc est tā magnū ꝙ inhumanū & terribile visum fuerit: qui.s.Butes veniens.i.ortus de gēte bebrycia.i. bithynia- na amyci illius bithiniæ regis qui ceitib⁹ aduenas in nemore be- bricio adortos necabat: ferebat.i.extollebat se.(De amyco & Bu te in fine huius lectionis videbimus. Debet aūt pferri qā ppriū est media breui) & qui.s. Darhes extendit.s.Buten . moribundū i.frequēti mortis agone laborantē: arena fulua. in qua,s.cōcerta- bant. Darhes talis.i.tali glia elatus tollit in prima plia.i.primus pliaturus caput altū.i.erectū & ostēdit humeros latos & porten- dens.i.longe extendēs brachia sup.sua iactat sup.ea alterna.i.vi- cissim nūc hoc nunc illud. & verberat auras ictibus.s. inanib⁹ ad ostentationē & vt cæteris terrorē incuteret. Alius.i.cōpugil alter querit huic.i.cōtra hunc nec quisq̄ ex tanto agmine audet adire virū. & inducere manibus cestus.i.armaturas quibus illū cedat. ergo ipse alacris.i.lętus & exultās (Theren.etiā alacris in mascu- lino posuit.q̄uis a recentioribus alacer reperiat.qd nō videt ab acer deductū qa acer primā pducit alacer pe.corripit) & putās ex cedere cūctos.pugna.i.arte & virtute pugilū.stetit ante pedes Ae neæ nec moratus.i.& nō expectans plura tenet tū.i.deinde.taurū i.iuuencū auratis cornibus leua.i.sinistra manu cornu.i.per cor- nu atq; fat ita.O nate dea.s.Venere.si nemo audet redere.i. cōmit tere pugne se q̄ finis.i.q̄ expectatio aut qs modus sup.est standi.i q̄diu aut cur hic stamus ociosi? quousq; (Est enim Thmesis.i.in- ☙sectio)

✳ Priscianū duobus antiquis cod. & apud Carisiū litteris Lōgo bardicis ita scriptū obseruaui. Ea ratione citato versu, vt vtrum alacer per, er, an alacris per ris dicendū sit, terminet. placetq; vel Virgilio in primis auctore dici alacris, cōsuetudo m̄, vt ait Pli- nius libro dubij sermonis sexto alacer dicit. d ¶Quo me decet vsq; teneri. In Med. & veteribus qbusdā alijs cod. morari legitur. Mora em̄ erat reliqs desidentibus. Sed magis placet teneri, vt in porcio exempla. est, propter suscepti muneris obligationē.

☙sectio) decet me teneri.s.suspēsum aut immorari? iube ducere i.adducere dona.s.taurū. & cūcti dardanide fremebāt simul.i.pa- riter cū illo ore. alij habēt simili ore.i.sibi sermone seu oratione. & iubebant.i.volebant. aut iubebāt nō Aeneæ sed custodibus iu- uenci pmissa.s.præmia reddi viro.s.darheti qui cū nemo cōgre- di auderet. Lādinus de Amyco & Bute dicit sic. Amyci Bebrycio- rum rex bebricia em̄ bithina est. Solinus bithinia in ponti exor- dio Thraciā ab oriēte tangit. prius bebricia. inde migdonia. po- stremo a rege Bithinio bithinia dicta. Hic aduenis in nemore be- brycio insidiabat. & cestibus interficiebat. Ergo cū Pollux q il- luc cū argonautis accesserat ab eodē puocaret vicit eū & interfe- cit. De hoc Ply. in eodē tractu port⁹ amici est bebricie rege inter- fecto clarus. Eius tumul⁹ lauro tegit quā insanā vocāt. qm̄ si qd ex ea decerptū manibus referat iurgia fiūt. donec abijciat hæc de amyco Butes vero occiso pr̄e amyco drepanū cōfugit in Siciliā & a Lycaste nobili meretrice ob pulchritudinē adamatus est ex eaq; Erycē sustulit. Hæc mulier ob admirabilē formā venus di- cta ab incollis est. Qua propter Eryx filius Veneris est putatus.

Amyc. Bithin. Butes. Eryx.

SERVIVS.

SER. ¶Grauis: ætate vel obiurgatio- ne. Obiurgat: castigat. Thoro: hęrbæ. Verbum de verbo, Nam ab hærbis tortis dictus est torus Frustra: Ordo est: Tāta ne dona frustra tolli sines tam patiens. Se- cundum autem Iginium qui de familijs Troianis scripsit: vnus fuit ex Troianis de q̄ poeta mu- tat historiam. Nobis: non vacat vt ibi: qui mihi accubātes: in cō uiuijs: sed nobis pro noster posi tum est causa vitandi homœote leuton. Sub hæc statim: vel post hæc. Gelidus: aliud ex alio pēdet Quare enim haber: quia gelidus & quare gelidus: quia senis est. Effœte: exhauste: trāslatio a mu- lieribus quas partus debiles red dit: quasi post fœtum. Improb⁹: nimis auidus: qui sine certami- ne postulat premiū. Illa: magna aut quæ quōdam fuerat. Moror expecto. Nā supra dixerat: se nō moueri premijs. & paulo post vi ctor bouē iterimit. Quibus quo rō structu. Ferre.m. pugnare cō- tendere. Nā vtraq; manus armat Intendere. Ligare: vt intenditq; locum sertis. Tantorum: virorum. Longe: Valde. Versat: cōsiderat Sallu. Exercitum vertere. Tum senior: iunior & senior per dimi nutionem sunt hæc cōparatiua: vt iam senior: sed cruda deo viri disq; senectus. Cæstus & arma: Per endiadin: arma.i.cęstus. Tri stemq;: hoc ip̄o in littore pugnā Aut in quo magister occisus est aut in tristi littore.i. infœcundo Varro enim dicit sub eryce mō- te esse infœcundum campum fe re in tribus iugeribus: in q̄ Eryx & Hercules dimicauerunt. Hæc Germanus Eryx: Germanus se- cundum Varronem in libris de gradibus ex eadem genitrice na tus est nō vt multi dicunt de eo- dem germine quos ille tantum fratres vocat: secundum quē be- ne nunc Erycē Veneris & Butæ filium Aeneę dicit fuisse germa ☙✳ num.

Ordo. ¶ Poe. ¶ Poe. Vertere. Germanus.

Hic grauis Entellū dictis castigat Acestes
a Proximus vt viridante toro cōsederat hærbæ[a]
¶Entelle heroum quōdam fortissime: frustra
Tanta ne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? vbi nunc nobis deus ille magister
Ne quicq̄ memoratus Eryx? vbi fama p omnem
Trinacriā: & spolia illa tuis pendentia tectis?
b Ille sub hæc: ¶nō[b] laudis amor nec gloria cessit
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senecta
c Sāguis hebet[c]: frigētq; effœte in corpore vires.
Si mihi q̄ quondā fuerat: quaq; improbus iste
d Exultat fidens: si nunc foret illa iuuenta[d].
e Haud equidē pcio inductus pulchroq;[e] iuuenco
Venissem: nec dona moror ¶sic deinde locutus
In mediū geminos immani pondere cæstus
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum: duroq; intendere brachia tergo.
f O stupuere[f] animi: tantorū ingentia septem.
Terga boum: plumbo insuto ferroq; rigebant.
g Ante oēs[g] stupet ipse Darhes: longeq; recusat:
Magnanimusq; anchisiades: & pondus: & ipsa
Huc illuc vinclorū immensa volumina versat.
Tum senior tales referebat pectore voces:
¶Quid? si qs cæstus ipsius & herculis arma
Vidisset: tristemq; hoc ipso in littore pugnam?
Hæc germanus eryx quōdā tuus arma gerebat
Sanguine cernis adhuc sparsoq; īfecta cerebro.
His magnū alciden cōtra stetit: his ego suetus:
Dū melior vires sanguis dabat: æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.

ASCENSIVS.

¶Hic grauis Entellum &c. Do- cet quomodo Entellus senior ab Aceste in pugnam ad reprimen dam Darhetis iactantiā excitat⁹ cestus immensi ponderis ptulit quos Darhes stupefactus recusa uit. quo facto docet egregi⁹ poe- ta iactantiā fere ruborē sequi. ho minesq; indies imbecilliores na sci vt & Nestor Homericus atte- statur vñ & Iuuenalis: Terra ma los hoīes nunc educat atq; pusil- los. Donati verba sunt hæc. En- telle. hæc obiurgatio nō iniurio sa. cui sit admixta laus. Frustratā ta ne tam pa. Singula verba cum pondere pronuncianda. Frustra i.sine laboris merito. Tāta. tam præciosa. tam pulchra sine glo- ria vincendi tolli dona patieris Est aūt sentētia. qm̄ in superiori bus ille dixerat si nemo audet vi deberis tu etiā timuisse. Sic Do- natus Ordo est. Acestes grauis.i maturus & seuerus ac magne au ctoritatis vir. castigat hic. id est ex hoc Darhetis dicto: Entellum pugilē illū prętantē sed seniorē dictis.i. sermone sequenti vt.i. scd'm ꝙ consederat.i. simul sede rat pximus sup. in toro hęrbę vi ridante.i. virescēte. O entelle for tissime quondā heroū: frustra.i. in vanum si nūc fortis nō es ne. i.an tu patiens.i. pusillanimis: si nes.i. permittes tanta dona.i. prę mia tolli.i. auferri vl' abduci nul lo certamine.s. commisso? vbi.s. est: nūc ille.s. inclytus & notissi- mus deus magister nobis.i. qui fuerat nobis magister.s. Eryx fi- lius Bute & Veneris aut Licastes meretricis p Venere habite me- moratus.i. noīatus & clarus: ne- quicq̄.i. frustra si nulla ei⁹ in di- scipulis derelicta est peritia: vbi s. est fama memorata per oēm tri nacriā.i. siciliā: & vbi.s. sunt illa i. notissima spolia: pendētia tuis tectis. Quęres forte quō q̄rat vbi sint cū dicat vbi sint qa in tectis. Sed non ideo q̄rit ꝙ nesciat vbi ☞ sint: sed

ASC. ASC. Don. Ordo.

Sed si nostra Darhes hæc troius arma recusat:
h Idq; pio sedet Aenæ:[h]probat author Acestes:
Aequemus pugnas:Erycis tibi terga remitto.
Solue metus:& tu troianos exue castus.

fint:sed vt q̃si imemorē pristine virtutis cōmoneat & ad cōsimilē instiget:ac si dicat:cur nūc nō apparet i te pristina illa virtus tua?ille.s.Entellus sup.inqt sub.i.post hec. Amor laudis nō cessit sup.pulsus metu:nec glīa cessit.s.e pectore meo pulsa me tu:sed em.i.sed certe:sanguis gelid⁹.i.infrigidat⁹:hebet.i.torpescit senecta.i.senili etate:tardāte.i.tardū faciēte & vires effete.i.omnē feturā enixe:hoc est que nullā vim retinuerūt nimiū exhauste frigēt in corpe:si illa iuuēta q̃ fuerat mihi quōdā:quaq;.i.& qua iste iprob⁹.i.iprobādus ppter iactātiā.s.Darhes:exultat:fidēs.i.cōfidēs si inqt illa foret mihi nūc:eqdē.i.ego certe venissem.s.i certamē:sed haud.i.nō induct⁹ p̃cio:nec iuuenco pulchro.i.q̃tūuis pulchro(Et ita nō vituperat p̃miū:sed significat:se nō tā premij q̃ laudis cupidū respōdēs ad illud Tāta netā patiēs nullo certamine tolli dona sines(vñ addit)nec moror.i.expecto dona sed sup.laudē qd' non v̄bis:ne videat in se admittere iactātiā quā i alio vituperauit:sed factis indicat vñ ipse locut⁹ sic piecit deinde in mediū geminos.i.binos & eq̃lis magnitudinis cest⁹.i.armaturas manuū:imani.i.valde magno & p̃ter hoim morē:pōdere.i.pōderositate & mole:qb⁹.s.cestib⁹.Eryx fili⁹ ille veneris vt dixi habitus:acer idest strenn⁹ suetus sup.erat ferre manum in p̃lia.i.pugnā & intēdere.i.ligare brachia.i.lacertos duro tergo.i.tergore indurato animi.s.spectantiū:obstupuere.s.pōdus cestuū:qa septē ingentia terga bouū tantorū.i.ingentiū:aut tam magnorū vt tergora videbant̃ rigebant.i.rigida & implicata stabāt plumbo & ferro insuto.i.qd' intus cōsutū erat.Ipse Darhes stupet ante oēs.i.precipue qa res eum tāgebat:& recusat.i.refutat lōge.i.multū:qa dixit excedere iustā mensurā iustumq; pondus:& anchisiades.i.Anchise fili⁹ Aeneas(ppter metrum dixit anchisiades pro anchisides)magnanimus idest magni animi & magnarū viriū versat.i.frequenter v̄tit & iactat huc illuc.i.in diuersas partes:pōdus & ipsa immēsa volumina vinclorū:p vinculorū:quib⁹.s.brachia & manus vincirent̃.Tū.i.deinde:senior.s.entellus:referebat pectore.i.ex alto stomacho tales voces.Quid:sup.diceret:si qs vidisset cest⁹ & pro.i.ama:aut cestus & arma reliqua:ipsius Herculis q Eryce vicit & occidit.q.d.lōge nimirū maiora & prestātiora erāt victoris q̃ victi & si vidisset pugnā tristē.i.cruētā in qua Eryx occubuit:in hoc ipso littore.i.q̃ hic inter Herculē & Erycē:cōmissa est:tu cernis.s.arma hec infecta adhuc sanguine & cerebro.s.Erycis sparso: sed sup. num.Sāguine.nō Herculis q victor euaserat sed ipsi⁹ Erycis q̃ infecerat se tegēdo.Geminis duobus.Auctor:huius certaminis.Pugnas.i.arma sequēs p ancedēti. Tibi:p te vt tibi deserit hesperus œtam. sed sup.Eryx:stetit his.s.cestib⁹ quos recusat Darhes:cōtra magnū Alciden.i.Herculē de genere alcei:& ego suet⁹ sup.sum his.s.cestib⁹ pugnare:tūc sup.dū sanguis melior.i.vegetior & fortior:dabat vires.necdū.i.& dū nōdū senect⁹ emula.i.inimica & psecutrix vite nostre nōdū sparsa nostris tēporib⁹ geminis.i.ambob⁹.hoc est illis capitis nostri partib⁹.aut toto capite accipiendo a parte totū.canebat.i.canos faciebat sed si Darhes troius.i.troian⁹(& hoc aut inuidiose dicit quasi minores & imbecilliores sint Troianis q̃ Siculi aut significat ideo recusare:qa sua cuiq; gēti arma sunt & qbus sueti sumus ns p̄stam⁹)recusat hec nostra.i.nostratia.q.d.siciliēsia arma.& id sedet.i.placet pio Aeneę.& acestes author.s.pugne mee q instigauit.pbat.i.approbat.equemus.i.equales faciamus pugnas.i.cestus seu instrumēta pugnādi.o Darhes solue met⁹ ego remitto tibi terga.i.tergora bouū plūbo & ferro insuto. Erycis.i.qbus Eryx cōtra Herculē steterat.& tu exue cestus Troianos.i.qbus vos Troiani sueti estis:qa cōmodū est cōsuetis inniti armis.licet ergo maiorib⁹ vti posset Entell⁹ vult tñ vt neuter cōsueta hēat arma Et iō dixit Aeqm⁹ pugnas.i.arma s̄m Seruiū q̃ sūt istra pugnādi.

PIERIVS

a ¶Proximus vt viridāte toro cōsederat Herbæ.In ant.proximus.vt vi.to.con.herba. Sed herbæ possessiuo casu omnino melius. b ¶Non laudis Amor nec gloria cessit.In aliquot cod. antiquis Nec laudis amor nec gloria.Sed in pluribus non. c ¶Sanguis hebet.Non placeret quod in romano cod.legit̃ Habet.nisi lectionē eandē inuenissem apud asperū veterē Grāmaticum in antiquissimo itidem codice,placet tamen & hebet.vt vulgata habent exemplaria d ¶Si nunc foret illa iuuenta.In ro.codice iuuentas legit̃,veluti prius erat in lōgobardico.Reliqui etiā codices ita sæpe soliti sunt scribere,vt in.viij. Tum mihi prima genas vestibat flore Iuuentas.in aliquot alijs iuuentus est.Sed.n.grāmatici quid iuuentus,quid iuuentas,quid iuuenta sit,suis singula differentijs finiunt.Iuuentutēq; de iuueniū multitudine dici volūt.quū iuuentas dea sit.iuuenta ætas.Quanq̃ sunt qui duo hæc aliter accipiant.In nūmo tñ aurelij,& aliorū quorūdā iuuentas inscribitur,qd' de dea dici nemo dubitarit. Et no.marcello iuuētas dea.Iuuenta ætas est.Nam & catullus.exercete iuuentā dixit,quod nemo nō de ætate dictum affirmet.Quod vero iuuentas pro ætate toties in antiquis exēpl.inueniat̃,minime displicet, e quum figurata sit elocutio,perinde ac illa,sine cerere & baccho. e ¶Haud equidem precio f inductus pulchroq; iuuenco.In mediceo per disiunctiuā Pulchroue legitur. f ¶Obstupuere animi.Non in virgilianis tantū codicibus Obstipuere per.I.secūda syllaba reperit̃,verum in Terentij,Horatij,& aliorū Auctorū antiquis exemplaribus verbū id hoc eodem modo nota g tum inuenias. g ¶Ante omnes.In antiquis omnis.Sed libet hoc loco clarissimorq; Hominū testimonia proferre,qualescūq; fuerint,qui de leuibus huiuscemodi questiunculis disputare operepreciū existimarūt,Sosipater Carisius integrū sane libellū.C.Iulij romani de analogia transcribit,in quo illud etiā adnotat̃,quod Pomponi⁹ Secūdus Poeta,vt refert Plinius,pro p̃ter homonymiam Nominatiui accusatiuo casu Omnes non putat dici,sed Omnis.tñ idem Plinius in eodem permanet,dicens Omnes tum demum posse dici Accusatiuo,vt Canes.qd' Genitiuus plur.horum Canum ante.vm.I.non habet. Ponunt inde exempla,variatam esse dictionem apud vnum eundemq; Auctorem,precipueq; apud Sallustium, Eiusq; varietatis Asperum Grammaticum solicitū fuisse.Nam omnes per.E.scriptum esse in Catilinario eo loco,Omnes hoies.P.C.q de rebus dubijs cōsultāt,ab odio,amicitia,ira,atq; misericordia vacuos esse decet p.I.v̄o tertiā vocalē Omnis.in eodē cōmētario, Omnis homines q sese studēt. Quæ quidē scribēdi ratio quottidie nūc corrūpit̃,neq; codex iam vllus extat,quē nō Librarij h arbitrio suo totū audeāt cōtaminare. h ¶Id que pio sedet Aenæ pbat author acestes.In codicibus aliquot antiquis vna plus dictione legitur.Sedet æneæ hoc probat auctor.Sed mihi nequaq̃ placet,quod quidem ex paraphrasi inculcatum puto Librariorum inscitia.

a ¶Hæc fatus duplicē ex hūeris reiecit[a] amictū:
b Et magnos mēbro⁊ art⁹:magna ossa[b] lacertosq;
Exuit:atq; ingens media consistit harena
Tum satus anchisa cæstus pater extulit æquos:
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Constitit in digitos extemplo arrectus vterq;.
Brachiaq; ad superas interritus extulit auras.
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu:
c Immiscētq; manus māibus:pugnāq;[c] lacessunt
Ille pedum melior motu:fretusq; iuuenta.
Hic membris & mole ualens:sed tarda trementi

SERVIVS

¶Duplicē ami.i.abollam: que duplex est:sicut chlamis.Horatius.Contra quem duplici panno patiētia velat.Constitit:erectus indigitos:& locus est trāslatus de appollonio Lacessunt:prouocant potiusq; gerūt.Mēbris & mole: Endiadis.i. mole mēbrorum. Genuala.proceleumaticus est quem iste ita ponit vt possit reduci ad dactylū.Nequicq; non. Vulnera iactant iactus.Tela:ictus.Exit:vitat declinat:vnde de tarconte:Vim viribus exit:& bis hoc tātum vsus est.Qui molibus vrbē:amphibolon est.vt celsa molib⁹ opugnat̃.Sedet circū castella: Tmesis.i.circunsidet Ostendit dex= tram:

ASCENSIVS

ASC. ¶Hec fatus.Recitat q̃uo parib⁹ armis armati in pugnā descēderint.& qua vterq; arte ac vi cōtēderit donec Entellus a Darhete illusus ictu pprio in ærē diffuso cecidit q leuatus acrior in pugnā redijt vt sequētia indicabunt.Ad hūc aūt locū dicit Donat⁹(qd' qdē cōpererim)nihil.
¶Poe.
Dona.
Ordo. ¶Ordo igit̃ est Entellus sup.fatus.i.locutus hec q̃.s.premissa sunt:reiecit ex humeris amictū duplicē.i.abollā.& exuit.i.denudauit magnos artus mēbrorum & magna ossa & lacertos sup.magnos:atq; ipse ingēs cōsistit.i.firmiter stat.i media arena.tū.i. deinde pater.s.Aeneas satus.i.pcreat⁹ Anchisa ex Venere.s.

Genua labāt:uastos quatit eger anhelitus artus
Multa uiri nequicq uá inter se uulnera iactant.
Multa cauo latari ingeminát:& pectorc uastos
Dant sonitus: erratq; aures & tempora circum
Crebra manus:duro crepitát sub uulnere malæ
Stat grauis Entellus:nisuq; immotus eodem
Corpore tela modo atq; oculis uigilantibus exit
Ille uelut celsam oppugnat qui molibus urbem:
Aut montana sedet circum castella sub armis:
d Nunc hos nunc illos[d] aditus:omnéq; pererrat
Arte locum:& uarijs assultibus irritus urget.
Ostendit dextram insurgens Entellus:& alte
Extulit:ille ictum uenientem a uertice uelox
Præuidit:celeriq; elapsus corpore cessit:
e Entellus uires in uentum effudit[e]:& ultro
Ipse grauis:grauiterq; ad terrá pondere uasto
Cōcidit:ut quōdā caua cōcidit aut erymantho
f Aut ida in magna radicitus[f] eruta pinus
o nsurgunt studijs teucri:& trinacria pubes
g It clamor cœlo:primusq; accurrit[g] Acestes
Aequœuūq; ab humo miserans attollit amicū.
At non tardatus casu neq; territus heros
h Acrior ad pugnam redit:& [h] uim suscitat ira:
Tum pudor incendit uires:& conscia uirtus:
Præcipitéq; darhen ardens agit æquore toto
Nunc dextra ingeminans ictus:nunc ille sinistra.
Nec mota nec reqes:q̄ multa grandine nymbi
Culminibus crepitant: sic densis ictibus heros
Creber utraq; manu pulsat:uersatq; darheta.

nere.s. extulit.i. ī mediū tulit cest⁹ eqs.i.equalis pōderis & innexuit.i.vinxit palmas amborū.s. Darhetis & Entelli:armis parib⁹.i.cōformibus. Vterq; cōstitit ex tēplo.i.illico.arrectus in digitos.s.pedū q̄ altior fieret.sed & manus more luctatorū erigere potuerūt. Quintilianus docet rē depingi & oculis mētis quasi in spectaculo exhiberi sumpt⁹ ē aūt(vt seruius inquit)locus ex appollonio & vterq; interrit⁹.i.nō territus extulit brachia ad auras superas. Abduxere.s.ābo retro.i.retrorsum:lōge ab ictu capita.s.sua ardua.i.erecta & sublimia:& immiscēt manus manib⁹:et lacessunt i.puocāt sic tauri īmiscēdo cornua cornibus pugnā.s.futurā: Ille.s.Darhes lacessit supple existēs melior:motu.i.agilitate pedū & fretus.i.cōfisus & adiutus iuuēta.i.iuuenili etate:hic.i.Entellus sup.lacessit pugnā valēs i.pstās mēbris & mole.i.mole mēbrorū sed genua tarda.i.tardata senio labāt.i.titubāt labāti similia ipsi tremēti.s.senio nō timore. Anhelitus eger.i.moleste aditus quatit.i.cōcutit artus vastos.i.mēbra spaciosa & magna & viri.i.ipsi viril'r cōcertātes iactāt.i.expedūt & inijciūt: neqcq̄.i.frustra:qa neuter pster ni nec vinci potuit:multa vulnera.i.ictus aut iactus.nā vulnera neqcq̄ nō fiāt & ingemināt i. frequētāt multa.s. vulnera.i. multos ict⁹ lateri cauo.i.p lat⁹ brachijs detectū:& dant vastos sonitus: pectore.i.ad pectus & manus errat.i.vagat̄ incerte pcutiēdo.crebra.i.crebro.circum aures & tpa.i.iūcturas capitis: & male.i.maxille potius q̄ hami armorū:crepitāt.i.crepitum faciūt sub vulnere duro.i.ictu forti. Entellus stat grauis.i.grauiter aut existens grauis q; p.i. immotus eodē nisu.i.conatu sine agitatione mēbrorꝝ & exit.i. vitat mō.i.solūmō corpore & oculis vigilātibus.i.pspiciētibus tela.i.ictus lōge venientes: qa grauius ledūt.ille.s.darhes: perrat.i.circūuagat̄:arte.i. artificiose:oēm locū & irritus.i.frustrat⁹ a primo conatu vrget varijs assultibus:velut.i.sicut is q oppugnat vrbē celsam.i.sublimē molibus.i.magnis structuris murorꝝ:aut q oppugnat molibus.i. magnis machinamētis vrbem celsam.aut q circūsedet sub.i.in armis castella mōtana i.qui obsidet castella ī mōtibus sita sup.facit aut tētat nūc hos aditus nūc illos & pererrat omnē locū arte & irritus vrget varijs assultib⁹.Entell⁹ insurgēs vt desup icutiat:ondit dextrā aut fiducia aut īgenuitate aut senio id pcurāte:& extulit alte:ille velox.i.celer in oī re p̄uidit ictū venietē a v̄tice.i.desup(aut p̄uidit velox.i.velociter:vt Seruius vult)& ipse elapsus corpe celeri.i.multū agili:cessit.i.locū dedit dextre:ita vt nō ptingeret̄.Entellus effudit vires in ventū: qa nihil obstaculi inuenit:& ipse grauis cōcidit grauiter vltro i.insup:aut nullo alio ipellēte ad terrā corpe vasto.i.valde amplo & magno:sup.sic cōcidit:vt.i.queādmodū pin⁹ caua.i.vetustate exesa & carie corrosa.cōcidit quōdā.i.aliqn̄:aut erymantho.i.illo mōte arcadie:aut in magna ida.s.phrygie vbi multe sunt pinus matri deum sacre existēs eruta.i.euulsa:radicit⁹ i.ab radicibus vsq;. Teucri & pubes.i.multitudo pubescētium trinacria.i.sicilien.cōsurgūt studijs.i.studiosis officijs:Clamor it.i.diffundit̄ celo.i.ad celū vsq; datiuus localis q octau⁹ casus dicit̄:& acestes accurrit primus.i.precipu⁹ aut prim⁹ qa alij nō audebāt manū apponere sed solūmodo acclamabāt:& ipse miserans attollit amicū equeuum.i.equalis eui:ab humo.at.i.sed. heros.i.vir magnanimus & heroica virtute preditus.s.entell⁹. existens nō tardatus neq; territus casu.redit ad pugnā acrior.s. q̄ pri⁹ fuerat.& ira suscitat.i.excitat & pcreat vim.i.robur eī.i. insup pudor.i.erubescētia & virt⁹ cōscia qa sciebat se cōtra daretha posse stare.icēdit.i.i op⁹ exire facit aut icēdit.i.auget vires & ipse

tram: Aut fiducia fortitudinis est ostēdere quo minat̄:aut certe puectus ætatis ostendit q̄ eum ex improuiso exterere nō finit. Velox: Velociter: Nomē p auerbio. Vltro. Ecc trario:ille n.cadere debuerat. Grauis: grauiter a similitudine figura. Caua pinus: Bn̄ respexit ad ætatē. Erymantho: Erymanthus mōs est archadiæ. Ida in magna: Modo nō cretę:sed phrygiæ ppter pinus. Cōsurgunt studijs In studijs: Præcipitēq; darhen: Celerem: vt Præcipites vigilare viri. Nunc ille sinistra: Vacat ille additū ppter metrum. De ipso em̄ dicitur Creber vtraq; manu pulsat v̄satq; darheta. Quā multa grādine nymbi: Hypallage: Nā debuit dicere q̄ multo nymbo grando precipitat̄. Versatq; daretha: darhes this. Vn̄ darhē & darhes.hetis.vn̄ darheta sicut chremes chremis:& chremetis: vnde chremen & chremeta.

PIERIVS

a ¶Duplicē ex humeris reiecit amictū. In veteribus aliquot exēpl. Deiecit habet̄,hoc est demisit ppere, vt nudato apparuerit pectore, toraceq; oī, vestibus circa pudēda subligatis. Plura tn̄ exēpl.uetusta reiecit hn̄t.
b ¶Magna ossa lacertosq; exuit. In peruetéri quodā cod.snīa nō parū diminuta, legere est Magnosq;.lacertos exuit.qd' v̄iti sunt hypermetrū facere. In aliq̄t alijs Magna ossa Lacertos absq; particula copulatiua encliti ca, vt sit Magnos mēbrorꝝ artus, ac lacertos, appositiue magna ossa. Sed.n.in ea vastitate, visendaq; mēbrorꝝ magnitudine, v̄sum & pleniorē eē, & numeris habūdare valde mihi videt̄ eē ex carminis dignitate, Quare libētius legerim Magna ossa, lacertosq;, vt pleraq; hn̄t exēpl.tā ipressa,q̄ manu scripta. Nō prætereo,qd' in Actio pōtani Magna ora Lacertosq;.legit̄,qd' nō crediderim temere positū,tā & si Magna ossa corporaturā illā athleticā ostēdere uideant̄.
c ¶Pugnamq; lacessunt. Antiqui aliquot cod. Pugnas nūero multitudinis habent, vt sit quædā iusti prælij similitudo, perinde ac si collatis signis dimicandū esset, antea em̄ q̄ directa acie cōcurratur, leues quædā pugnæ a præmissis equitibus, vel a funditoribus. nōnunq̄ etima ab exploratoribus committi solent.
d ¶Nunc hos nūc illos aditus. In romano codice variato nūero legere est Nunc illos nunc hos aditus. Sed loquēdi mod⁹ frequētissime, Hūc & illū, dicit, & huc & illuc. & hmōi reliqua. Catullus, Et circūsiliēs modo huc mō illuc. Puluinusq; peræq; & hic & illic. Ludebat nūero mō hoc mododo illoc. A viciniori em̄ inchoādū est, vt pote magis noto.
e ¶Vires in vētū effudit. In antiqs aliquot effundit præsenti tēpore. res em̄ nūc agit̄. Alijs magis præteritū placet.
f ¶Radicibus eruta pinus. In romano codice & aliquot alijs Radicitus aduerbiū est. Sed radicibus nomē lōge pluriū codicū cōsensus, & vsitata loquēdi figura libēti⁹ legit.
g ¶Primusq; accurrit acestes. In oblōgo codice pueteri Occurrit legit̄, Sed adcurrit. vl' accurrit oīno meli⁹.
h ¶Ad pugnā redit & vim suscitat. Veteres pleriq; codices Ac vim legūt. qd' magis placet.

Sese ipse ardēs.i.excādescēs ira.agit toto eq̄re.i p totā planiciē. darhē.i.darheta nā vtroq̄ mō declinat̄ p̄cipitē.i.p̄cipitāter fu giēs ingeminās ictus nunc dextra nūc sinistra(ille vacat)Nec mora sup.fit in entello.nec requies in darhete aut in vtroq̄:ca heros.s.entellus pulsat creber.i.crebro: vtraq̄ manu & versat dareta sic.i.tam:dēsis ictibus q̄ multa grādine nimbi.i.nubes grādinose crepitāt tectis.i.per tecta dū grando decidit.Seruius vult hypallagen esse vt sit pro eo qd̄ est:q̄ multo nymbo grā do p̄cipitat̄.sed mihi videt̄ citra hypallagē cōformior simi litudo:vt entellus habeat similitudinē cum nymbo & ictus ei9 super caput darhetis decidentes cum grandine super tectum cre pitante. non enim opus est vt multi sint nymbi dum multa est grādo p tecta crepitās.Et sicut cēset pceleumaticū eē genua labāt qui in dactylū contrahit̄ faciendo genua dissyllabum: ita & magnos membrorum &c.hypermeter est versus:se i syl labaq̄ abūdans a vocali sequēti more Vergiliano absumit̄.

Tum pater æneas procedere longius iras:
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis.
Sed finem imposuit pugnæ:fessumq̄ Darheta
Eripuit mulcens dictis:ac talia fatur
Infœlix quæ tanta animum dementia cepit?
Non uires alias:conuersaq̄ numina sentis?
Cede deo:dixitq̄.& prelia uoce diremit:
At illum fidi æquales genua ægra trahentem:
Iactantemq̄ utroq̄ caput:crassumq̄ cruorem
a Ore reiectantem[a]:mixtosq̄ in sanguine dentes
Ducunt ad naues:galeamq̄ ensemq̄ uocati
Accipiunt:palmā Entello taurūq̄ relinquunt
Hic uictor superans animis:tauroq̄ superbus.
Nate dea:uosq̄ hæc inquit cognoscite teucri
b Et mihi quæ fuerint iuuenili[b] in corpore uires
Et qua seruetis reuocatum a morte Darheta:
Dixit:& aduersi contra stetit ora iuuenci:
Qui donum astabat pugnæ:durosq̄ reducta
Librauit dextra:media inter cornua cæstus
c Arduus effractoq̄ illisit in[c] ossa cerebro.
Sternitur:exanimisq̄ tremēs pcūbit humi bos
Ille super tales effudit pectore uoces:
Hāc tibi Eryx meliorē animā p morte darhetis
d Persoluo:hic uictor cæstus artēq̄ repono[d]

ASCENSIVS

Tū pr̄ &c. Cōmemorat q̄to æneas litē diremit vtq̄ Entell9 vir grauis et diuina ope fretus Darheti pepcit:sed iuuēcū vno ictu mactauit & dijs obtulit:atq̄ cest9 deposuit cū gloria:nūq̄ ampli9 i pugnā cōcessurus Do na.aūt dicit sic.Infelix:quia au deas cōtra numīa:est aūt optia cōsolatio:cū ōndat non illū ab hoīe sed a numine vinci Cede deo:errāt q putant Entellū deū ab ænea vocari:sed deū dicit fa uēs illi numē.Aegra: q̄bu9 paulo añ tātopere valebat. Caput. Qd̄ paulo añ ī cœlū tollebat,p pter supbiā.Palmā taurūq̄ relīquūt:exprimit quāto hec cū dolore facerēt.Hec ille.Ordo est Pr̄ eneas haud.i.nō passus sup. est.tū.i.tūc iras.s.entelli pcedere lōgi9.s.ad graui9 malū & entellū seuire.i.ferocire:acerbis.i. imitib9 aīs sed īposuit pugne finē dato.s.signo:& eripuit Darheta fessum.s.cursu & ictib9 tolleratis:mulcēs.i.mitigās & consolās dictis.i.v̄bis cōsolatorijs: ac fat̄ talia o īfelix.i.miser hoc est miseratiōe digne: cōtra quē diuinū facit auxiliū:que tanta demētia cepit.i.inuasit animū s.tuū?Nō sentis alias vires.s.q̄ hūanas aut ipsi9 entelli:cede.i. da locū deo.i.numini qd̄ nunc ī entello ē:dixitq̄.i.sil̄ dixit: & diremit.i.disrupit p̄lia voce.i. sermōe suo:ast.i.sed eq̄les.i.cœui ei9 fidi.i.fideles & fauētes du cunt ad naues.i.extra cōspectū ppl̄i:illū.s.darheta.trahētē genua egra.i.saucia & defatigata & iactantē.s.pre dolore. caput vtroq̄.i.in vtrāq̄ partē mō in dextrā mō in sinistram & reiectantē ore.i. euomētē: cruorem crassum.i.globatū & fere cōcretum:& dētes mixtos in sanguine:& ipsi vocati.s.ab enea ad recipienda solatia victo accipiūt galeam & ensem:sicut se daturum promiserat ęneas.& relinquunt entello palmam.i.victoriam & taurum.i.premiū hic.i. modo:entell9 victor superās.i. exultās animis:& superbus tauro(nam vt tacitus ait sapientibus cupido glorie nouissima exuitur)inquid o nate dea.i.o enea & o vos teucri.s.reliqui:cognoscite &.i.simul que vires fuerint mihi in corpore iuuenili & a qua morte seruetis darheta reuocatum.hoc est cognoscite q̄ darheta occidere potuissem si voluissem.dixit.s.entellus.i.finiuit orationem & stetit contra ora iuuenci aduersi.i.ex aduerso stantis.Qui.s.iuuēcus astabat:donum.i.premium pugne:& entellus librauit.i.librando incussit cestus duros.i.plumbo oppletos inter media cornua.s.iuuenci:& illisit.i. illidendo intrusit cestus in ossa:& hoc cerebro effracto.i.disperso:aut hypallage est pro eo quod est:illisit in cerebrum effracto osse Bos sternitur exanimis.i.mortuus & procumbit humi.i.super humum tremens.s.per spiritus vitales per arterias currentes:ille.s.entellus super effudit.i.insuper effudit aut effudit super.s.bouē pro stratū tales voces.i.verba votiua & dedicatiua.o Eryx hic pater q̄ sensit se numine ericis iuuari)ego persoluo tibi p morte.i.loco mortis:q̄a suffecisti vires vt darheta occidere potuissem:animam hanc.i.bouis:meliorem.i.aptiorem:aut in contēptum darhetis dicit quem iniquum sentit hominē:q̄ dolo eius ceciderat:& ego victor repono.i.ad perpetuam requiem pono cestus.i.instrumenta pugilum & artem.i.exercitium artificiosum quod nō ampli9 exercitaturū se significat.Et ideo quia moris erat vt qui aliquod genus vite exuerent perpetuoq̄ derelinquerent eius arma deo illi perfecto dicent:vt arma quibus mōstra domuerint herculi:arma nautica neptūno:puppas virgines veneri:bullas pretextas virilem togam sumentes laribus: &c.ipse entellus eryci dicat & ad tolum eius figit.

SERVIVS

SER. Infœlix:Cōsolatio vt fortunæ videat̄ q̄ vict9 sit.Dixitq̄: q̄ vacat metri causa & maluit pissologiā facere q̄ vti cōi syllaba:q̄ freq̄ IESvitiosa est.Hinc Terētianus.Nec tāta in metris venia cōcedit̄ vti.Ast illū fidi ęquales: Home. φιλοι δ' εταμ φεσ ταρε ταρροι.Vtroq̄: aduerbiū i vtrāq̄ partē. Vocati:ostēdit eorū pudorē p̄terea circa amicum erant occupati Teucri: & nō siculi quia illi eius v̄tutē norant.Effractoq̄:Hypallage: nam fregit os & illisit in cerebrum:Humi bos:pessimus versus in monosyllaba desinens. Meliorem:aptiorem:nam animalem hostiam dat.Cæstus artēq̄ repono:& arma dicit se reponere:et arti renunciare.

PIERIVS

a Ore reiectantem. Antiqua aliquot exemplaria Eiectātem legunt.alia Reiactantem vocali a iacto non immutata.Sed reiectātem vulgata lectio magis placet. b Iuuenili in corpore.In romano codice,atq̄ alijs plerisq̄ omnibus Iuuenali per a.in pene vltima notatum legas,neq̄ id in virgilianis tātū codicibus.verū & in alijs euctoribus.Est apud me Ouidij codex admodū vetust9,in quo ea dictio passim p.A.scripta ē,vt (ea nūc præ manib9 erat)in epistola ad Maximū,de amore loquēs,Tu mihi dictasti Iuuenalia carmina primus.& ita alibi Preterea.C.Iulius Ro.in libro de analogia,nomē hoc Iuuenalis,si homo sic vocetur,ab altero nomine Iuuenalis sicut ait Maro,Iuuenali in corpore vires. qua dictione res nō psona censetur,nō alia ratione discernit,nisi ab Ablatiui singularis finali littera.Nam p nomine proprio in.E.pro Adiectiuo in.I.finiri tradit,nō taciturus,siquam aliā litterā facere differentiā agnouisset, c Effractoq̄ illisit in ossa cerebro.Sunt qui illisit ossa absq̄ præpositione legi debere cōtendūt,peirnde ac illud etiā superius legunt absq̄ Et, particula.cum clamore cyas reuocabat.Ecce cloanthū.Sed eīn in antiquis omnibus exemplaribus,quæ ad manus meas peruenere,vno exēplo scriptū inueni Illisit.vel inlisit in ossa.& hoc loco hypallagen figurā agnoscit Seruius,dum dicit,Fregit ossa,& illisit in cerebrum cestus.Ac mihi quidem vident̄,qui ex hoc versu.In,præpositionē adimūt,vim etiā ex ictu illo pene omnē adimere,ita languere oratio,atq̄ etiā impfecta reddi,versusq̄ ipse flacescere videret̄.Non præteribo tñ legisse me in codicibus aliquot manu scriptis Immisit in ossa.Sed illisit ommino melius. d Hic victor cestus artēq̄ repono.In romano codice,& in aliquot alijs ad modū vetustis dicta vident̄ hæc ex persona Poetæ,quia reponit persona tetia scriptū est.Verū minime displicet Entelli ea esse verba,q hac depugnata pugna votū nūcupet se nūq̄ amplius in certamē descēsurū.Et repono persona prima in reliquis plerisq̄ codicibus habet̄.

ACEN. ASCENSIVS

de Igneus est ollis vigor & celestis origo:aut qa plures presup
posuerit al's fuisse harpyias q̄ quas Aeneas apud strophades vi
derit.Nam licet tres syrenes & tres harpyie celebrent̄:nō conti
nuo sequit̄ nō plures fuisse.Nc vero simile est totā speciem at
q; naturā aut ab illis inceptam aut cum illis defecisset:quocir
ca aut nullę fuerunt aut & alię esse potuerūt quarū apud īferos
sint simulachra.Addam quę in Seruium dicit Beroaldus cōtra
expositionē illius tristisq; senectus.Ea autem sunt hęc.Ego po
tius exponerē tristis.i.querula & morosa:namq; poeta voluit
epitheto demonstrare qualis sit cōditio senectutis:sunt autem
senes:vt scribit Cicero in catone:& testat̄ Seneca morosi & an
xij & querulı atq; difficiles qđ etiā elegantissime expressit Ho
ra.in arte poetica seniles mores describēs. Dificilis q̄rulus lau
dator tēporis acti:se puero.censor castigatorq; minorū.Verg.
(vt arbitror) imitatus est Silius illo versu. Curæq; insidiæq;:
atq; hinc queribūda senectus.Nā a Silio senectus dicitur queri
bunda:quasi plena q̄rimoniarū: quomodo a Vergilio tristis
nuncupat̄:

Reuera aūt est mons lyciæ cui⁹ hodieq; ardet cacumen. iux
ta quod sunt leones:media aūt pascua sunt:ima vero mōtis ser
pētibus plena.Hūc Bellerophon habitabilē fecit:vnde chime
ram dicitur occidisse Gorgones:tres fuerunt in extrema aphri
ca circa atlantē mōtē q oēs vnū oculū habebāt:quo inuicē vte
bant̄ Sthenio Euryale Medusa.Serenus tn̄ dicit puellas fuisse
vnius pulcritudinis:quas cū vidissent adolescētes stupore tor
pebāt.Vnde fingit̄ φ si quis eas vidisset vertebat̄ in lapidem.
Harpyięq;:aut iam occisas intelligit aut scd'm Plato.& alios si
mulachra licet viuarū illic fuisse.Nā dicūt oim reR: ideas quas
dā.i.imagines ad quarū similitudinē ,pereant̄ vniuersa:hinc ē
φ in Statio Thyodamas Plutoni dicit.Oībus finitor esse vide
ris:mihi vero & sator.Harū aūt simulachra bn̄ apud iferos sūt
q̄ esse dicunt̄ & furię,Tricorporis vmbrę Eryli:& Gerionis.

nuncupatur:et ab Horatio ī carminibus morosa ob varios
s.ac difficiles mores quibus sunt obnoxij queruli senes.In eo
dem.vi.volumine vbi dicitur:simul accipit alueo ingentem
Aeneam exponit Seruius alueo.s.fluminis:mihi videtur expo
nendum esse alueo.s.nauis:vt intelligamus Aeneā intra cym
bam receptum fuisse a Charōte:nāq; alueus elegantissime dici
tur nauis siue ipsius nauigij receptaculum:Propertius euiden
tissime id ostendit sic scribens in tertio.Aut quidnā fracta gau
des.Neptūne carina:Portabat sanctos alueus ille viros.Liuius
lib.xxi.Alueos informes raptim faciebant.i.nauiculas.Et idē
lib.x.pars inqt fluuiatiles naues ad supanda vada stagnorum
apte planis alueis fabricatas cōplent:p̄terea alueus quēadmo
dū de fluminibus dicit̄:ita etiā de rebus alijs.Columella in no
no oua:in alueolū ligneū cōferat. Pli.in.xi.Alueos ex cornu
spectatos esse refert.i.apiū aluearia:& Varro inqt vbi apes sint
aluei fiunt ex viminib⁹ Palladi⁹ in nouembre sordibus liberā
di sunt aluei p̄terea error manifestarius est apud Seruiū ī hysto
ria:q quāto leuior est:tāto minore venia dign⁹.scribit em̄ Par
thenopeū filiū fuisse Menalippe:cū fili⁹ fuerit Atlante puellę
in cursu pnicissime:vt Stati⁹ atq; Diodorus meminerūt qđ &
oēs hystorici testant̄.In illo quoq; versu Maroniano:Explebo
numeR; reddarq; tenebris:admiror Seruiū:cū more diligētis cō
mētatoris varias iterp̄tatiōes attulerit:omisisse id qđ a Macro
bio relatū est:qđ eruditionē maximā pre se fert:et vergilianę
sentētiæ optime quadrat.Scribit em̄ Macrobrius in somnium
Scipionis aīas sociari corpibus qbusdā numeris:q numeri dū
supsunt pseuerant corpus animari:cū vero deficiūt mox arca
na illa vis soluit̄ qua societas ipsa cōstabat:aīa ipsa nō deficit
quippe quæ immortalis atq; ppetua est.sed impletis numeris
corpus fatiscit.hinc illud est doctissimi vatis.Explebo numeR;
reddarq; tenebris.hęc Macrobij interp̄tatio tam subtilis tā ele
gans tam erudita p̄termitti non debuit a curioso Cōmētatore:
q ex fontibus philosophoR; vnde hauserat Macrobius:haurire
potuisset presertim cū multa vndiq; exqsiuerit sed vt mihi vi
detur nihil est cū predicta Macrobij expositione cōparādū.

SERVIVS

¶Offert nō ad feriendū:sed ad
repellendas vmbras vnde & of
fert dixit.Sacerdos aūt ferire ,p
hibet. Tartarei q̄ fert acheron
tis ad vndas.sequit̄ illud pytha
goricum dicēs eos tenuisse viā
post errorē syluarū:quæ vel ad
vitia vel ad v̄tutes ducit.Tarta
rei.acherō acherōta vult quasi
de imo nasci tartaro:hui⁹ æstua
ria stygē creare:de styge aūt na
[illegible] cocyton:& hæc est ethymo
logia.nam physiologia hoc ha
bet.Qui caret gaudio sine du
bio tristis ē:tristitia aūt sine du
bio vicina luctui est q procreat̄
ex morte:vn̄ hęc esse apud infe
ros dicit.Cocyto eructat hare
[illegible] cocyton.s.p stygē Has hor
[illegible] aquas ,ppter tria flumīa:
portitor:pprie qui portat abu
[illegible] etiā qui portatur portitor:
[illegible] sicut vector.Terribili sq̄l
[illegible] terribilis squalloris.Cha
[illegible] quasi ache
[illegible] cani.in.i.veteres em̄
[illegible] solum comas ornabāt: sed
[illegible]:vt nōnullas vidim⁹
[illegible].Stant.horrent & est po
lysemus

Corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Aeneas:strictamq; aciem uenientibus offert
Et ni docta comes tenuis sine corpore uitas
Admoneat:uolitare caua sub imagine formæ
Irruat:& frustra ferro diuerberet umbras:



Hinc uia tartarei q̄ fert acherontis ad undas:
Turbidus hic cœno uastaq; uoragine gurges
a Aestuat:atq; omnem cocyto[a] eructat harenam.

ASCENSIVS

¶Coripit hic subita &c. Docet
qūo puenerint ad charontē por
titorē q fingit̄ aīas e corpe mi
grātes cymba quadā traducere
ad inferos & illinc post certū tē
pus iterū in noua corpora redu
cere q̄ res longe a fide nostra ab
horret:sed archane apud ethni
cos philosophię innitit̄ & p̄ci
pue Pythagorice qa Pythago
ras corpa pene infinita cōside
rās nec noscēs aīas posse de no
uo a deo creari:putāsq; eas cer
to numero cōstare & ęternas eē
asseruit eas de corpore ī corpus
transmigrare: ne tn̄ auferret ,p
benefactis p̄miū & ita benefa
ciēdi voluntatē(Quis em̄ virtu
tem amplectit̄ ipsam Pręmia si
tollas:vt inquit iuuenalis) au
ferret dixit aīas bn̄meritas mer
cedē suā recipe in elisijs cāpis il
licq; fui beata vita ,p magnitu
dine meritorum diu aut parum
& pacto tpe p fluuiū obliuiōis
trahi in desideriū huius vitę:&
illinc huc reduci.Dicit ergo vē
tum esse ad eū locum vbi innu
merę expectabant aīę trāsmitti
orātes: ASCn̄

Portitor has horrẽdus aquas: & flumina ſeruat
b Terribili[b] ſquallore charon: cui plurima mento
c Canicies inculta iacet: ſtant lumina flamma:[c]
d Sordidus ex humeris nodo[d] dependet amictu
Ipſe ratam conto ſubigit: ueliſq; miniſtrat:
Et ferruginea ſubuectat corpora cimba
Iam ſenior: ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus:
Huc omnis turba ad ripas effuſa ruebat:
Matres atq; uiri defunctaq; corpora uita
Magnanimũq; heroũ: pueri innuptæq; puellæ
Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum:
Quam multa in ſyluis autumni frigore primo
Lapſa cadunt folia, aut ad terrã gurgite ab alto
Quã multæ glomerãt aues: ubi frigidus ãnns
Trans pontum: fugat & terris immittit apricis
Stabant orantes primi traſmittere curſum:
Tendebantq; manus ripæ ulterioris amore.
Nauita ſed triſtis nunc hos nunc accipit illos.
e Aſt alios longæ ſummotos[e] arcet arena.

Donat⁹. ☞ orantes: de qua re dicit Dona. ſic Turbidus hic ceno pro qualitate inferni fuit natura aquę turbida cenoſa odoris peſſimi: vt potẽ q̃ ructaret a Ceno. Portitor: is ꝓprie eſt q portum obſeruat: vt null⁹ eius iniuſſu in alienas regiões tranſeat. His igit̃ aqs tã male olẽtib⁹ tã horridis aſpectu erat par cuſtos: nec diſſĩlis loco & regiõi. Stãt lumina flã. iflexibiles oculi q̃ſi flammã emittebãt. Sordid⁹ a. ĩ. erat velamẽ neq; tñ vt totũ tegeret corp⁹ & nõ fibula ſed nodo nectebat̃. Ipẽ ratẽ: nõ agẽdi ptãtẽ: ſed pœnã habebat q̃a multa ſimul officia implebat: nam dabat vela vectabat corpora ſubigebat: id ẽ. nõ ſine labore agebat. Viridis. nõ ꝓpter colorem ſed q̃ adhuc nõ paꝶ de priſtinis tpib⁹ retineret. Cruda & viridis: q̃a nõdũ tẽdebat ad maturitatẽ. Iuuenes: qui adhuc ſuis cõmodis iſeruire patrię potuiſſẽt. Pueri & v̾gines. q̃s in ſpẽm poſteritatis ſeruandę cõuenerat in lõgũ ſeniũ pduci. Diſtinguit ſexus & ętates: vt oſtendat mortẽ oib⁹ eſſe coẽm: nec moriẽdi eſſe ordinẽ. Quã multa ex hac cõparatiõe quãta fuerit turba oſtendit̃. Triſtis dur⁹ nũq; affabilis. Nũc hos: nã oẽs ſimul nõ poterat. Hęc ille.

Ordo. Ordo aũt ẽ. Aeneas trepid⁹. i. feſtin⁹ ſubita formidine corripit hic. i. hoc loco vbi nũc ſunt mõſtra ferrũ. i. enſem ferreũ & offert. i. obiicit veniẽtibus. i. ad ſe ꝓperãtib⁹: aciem. i. acumẽ ferri: ſtrictã. i. euaginatã & ni. i. niſi comes. ſ. Sibylla docta. i. pita reꝶ infernaꝶ admoneat tenuis vitas. i. aias ſine corpore: vñ pri⁹ iania regna dixit: volitare ſub imagine caua id ẽ non habẽte corpora ſed ſimulachra dũtaxat atq; vmbras: formę. ſ. habentis corpora ipſe irruat. ſ. in ea monſtra & diuerberat ferro. i: enſe fruſtra vmbras quia nõ pñt cõtingi cum nihil habeant ſolidi: hinc ſup. eſt eminet aut apparet: via quæ fera. i. inducit ad vndas acherõtis: illius fluuij infernalis ſine lætitia dicti tartarei. i. ad profunditatem infernalẽ tendentis: gurges. i. profundus vortex aquaꝶ: oĩa ingurgitans exiſtẽs turbid⁹ ceno i. luto turpi & voragine. i. ingurgitatione: vaſta. i. valde ampla æſtuat. i. æſtum & feruorẽ ſuũ exercet hoc eſt ebullit hic. i. hoc loco ad quem accedunt: atq; eructat oẽm arenam: cocyto. i. i cocyton per ſtygen Charon portitor. i. tranſuector & magiſter portus horrẽdus terribili ſquallore. i. ſitu & immũdicia ſeruat has aquas & ſub hæc flumina cui. ſ. charõti plurima canicies. i. in cana barba iacet inculta: mento. i. per mẽtũ: & cũi lumina. i. oculi ſtant. i. horrẽt & arrecti ſunt flãma. i. igni emicãti: & cui amictus ſordidus more nautaꝶ. depẽdet ex humeris: nodo. i. per nodũ q̃ cõnexus eſt. Ipſe. i. vt vulgo dicunt: in propria perſona ſubigit. i. gubernat: cõto. i. ptica aut ſude ratẽ. i. ſcaphã qua aĩas traducit: & ſubuectat corpora. i. ſimulachra corporum aut corpora viuoꝶ qñ adueniũt: cymba. i. nauicula ferruginea. i. ferruginei hoc ẽ fuſci ſeu ſubnigri coloris exiſtẽs iã ſenior. i. pluſq; illi officio conueniat ſenex: ſed ſenectus eſt cruda & viridis id ẽ perpetua & indefatigabilis deo id eſt quia deus eſt. Oĩs turba ❧ turba effuſa.

❧ Iyſem⁹ ſermo: vt diximus ſupra ſicut & ſubigit ... ſum agit: regit & eſt ... ſermo nã & acuit ſignificat ... ſubiguntq; in cote ſecure. ... liſq; miniſtrat aut p vela & eſt ſeptimus: aut velis obſequ... & datiuus eſt. Ferruginea nigra triſti nam lugubrẽ eſſe hunc colorem oſtẽdit dicẽs: Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit. Corpora cymba omne q̃ põt videri corpus dicit̃ nã paulo poſt diſcretionẽ fecit dicens: Corpora viua nephas ſtygia vectare carina. Iã ſenior. aut cõparatiuum pro poſitiuo poſuit: aut vt diximus: ſenior eſt vltra vires ſenex: vt iunior itra iuuenẽ eſt quã rẽ a Varro. tractã cõfirmat etiã Plini. Cruda deo viridiſq;. ſ. τοαιτιο, quia in deo Autũni frigore prio extremitatẽ vult oſtendere: quod ait Iuuena. Iam lętifero cedẽte pruinis autũno: Nã eius prio pars: feruet vt Totoq; autũni incãduit æſtu. Sane ſciẽdũ ſcd'm Pli. folia autũnali tpe ideo cadere: q̃a ois tũc in arborib⁹ humor æſtatis calore inuenit̃ exhauſt⁹. Ergo cadunt non quia tunc ſiccari icipiat: ſed q̃a tũc eis iã deeſt humor. Glomerãt̃. a. bene reb⁹ volitãtib⁹ cõparauit aĩas q̃a & ipẽ volitãt. Immittit apricis. i. ſine frigore: vt diximus ſupra vñ nonnulli & aphricã dictam volunt. Primi tranſmittere Figura græca eſt: vt primi tranſirent. Triſtis. aſper & mirabilis.

PIERIVS

a Cocyto eructat arenam. In aliquot antiquis codicibus, Cocyti legitur. poſſeſſiuo caſu. Sed prior lectio magis recepta eſt. & harenã cũ adſpiratiõe ex Varro. obſeruatiõe, vti alibi dictũ. b ¶ Terribili ſquallore Charon. In nõnullis omnino veteribus exemplaribus, terribilis habetur nominãdi caſu. Sed abl'to magis receptũ. c ¶ Stant lumina flãma, In Ro. cod. & aliquot aliis antiquis, flammæ legitur. Siue id genitiui caſus ſit, quod nequaquam placet, ſiue appoſitiue dictum, vt duo lumina, duæ flãmæ videãt̃. Siue q'd magis placet, factaẽ duaꝶ vocaliũ tranſpoſitio, cũ flammea vellent ſcribere, veluti in antiquis aliquot exemplaribus ſcriptum obſeruaui. Sed id poſtea corruptum, velut etiam illud quod ſupra dicebam⁹. Protin⁹ oia. v̾ſu dactylico. d ¶ Sordidus ex humeris nodo dependet amictus. Valeãt qui nudo legẽdũ eſſe cõtẽdunt, quum nodo paſſim in antiquis codicibus tota libraria fide legatur. Et antiquæ ſtatuæ tot vbiq; ſpectent, in quibus ornatus ex humeris nodo religatus pendeat. e ¶ Longe ſummotos arcet harena. In antiquis aliq̃t codicib⁹, ſemotos legit̃. Cui nõnihil ſuffragari videt̃ aduerbiũ, longe ꝓ valde. Magis tamen placet, ſubmotos, quod proprie & eleganter dictum eſt.

❧ effuſa. ſ. e corporib⁹ ruebat huc. i. ad hũc: ad ripas. ſ. mrẽs atq; viri. i. fœmellæ & maſculi: ſed fœmellas quia imbecilliores prępoſuit vt viciniores orco: & corpora magnanimũ ꝓ magnanimoꝶ heroũ: defuncta vita. i. quæ iam expleuerãt officiũ vitæ: hoc eſt ſimulachra eoꝶ: & pueri & puellæ ĩnuptæ & iuuenes ipoſiti rogis añ ora parentũ. Per quod admonet iuuenes ne nimiũ cõfidãt annis: q̃a plures liberi a parẽtibus ſepeliũt̃ q̃ eos ſepeliãt. Quam. i. q̃tũ. multa folia cadũt lapſa. i. labentia in ſyluis: primo frigore. i. p frigus primũ: autũni: aut q̃ multæ aues glomerant̃ id eſt in modũ glomeris aduoluũt̃ ad terrã ab alto gurgite. i. fluxu maris: vbi. i. qñ annus. i. tẽpus anni frigidus. i. frigidũ fugat ſup. aues: trans põtũ: ad q̃rẽdũ. ſ. aerem tepidũ aut tẽperatiorẽ: & ĩmittit terris apricis. i. ſoli expoſitis vbi pl⁹ caloris q̃ vbi fræquẽtes ſyluæ ſup. tã multi: ſtabãt orãtes tranſmittere i. vt poſſint tranſmittere primi: curſum: & tendebãt. i. extendebãt ſupplicantium more: manus. ſ. ſuas amore ripæ interioris: q̃a volebãt trãſmitti ad locũ ipſis debitũ: ſed nauita. i. portitor Charõ: triſtis. i. imitis: accipit nũc hos: nũc illos certo tñ iudicio aſt. i. ſed arcet alios. i. lõge tenet alios ſubmotos. ſ. a cymba longe ſup. ĩ arena. i. littore arenoſo: videlicet eos q mun⁹ vitæ nõ expleuerãt aut ſepulturæ honore ſecundum ethnicos caruerãt.

SERVIVS

SER. ¶ Aeneas: ordo ẽ æneas ait dic v̾go: Cętera p parẽtheſim ſunt Diſcrimĩe. dr̃ia. Liquũt redeuntes nõ trãſeũtes. Liuida nigra ... liuidũ. i. iuidũ nõ niſi apud ... otericos iueni es. Luca. Liuor ... tibi cũcta negat licet Oui. ☞ dixerit

Aeneas (miratus enim motuſq; tumultu)
¶ Dic (ait) uirgo: quid uult cõcurſus ad amnem:
Quid ue petũt aĩæ uel quo diſcrimine rippas

ASCENSIVS

¶ Aeneas miratus enim motu ... q; &c. Tangit ſubĩ de poeta philoſophorum de inferis opiniones, Quia enim pium eſt defunctorum cadauera ſepelire ne in ſepulta relinquerentur dicit vmbras eorum qui ius ſepul ❧ turæ non

a Hæ linquuntillæ remis uada liuida[a] uerrunt:
¶ Olli sic breuiter fata est longæua sacerdos.
¶ Anchisa generate deum certissima proles.
Cocyti stagna alta uides:stygiamq; paludem.
Dij cuius iurare timent & fallere numen.
Hæc oĩs quã cernis inops inhũataq; turba est.
Portitor ille charõ:hi quos uehit unda sepulti
b Nec ripas datur horrendas:nec rauca[b] fluenta
c Transportare:prius q̃ sedibus ossa quierunt[c].
Centũ errant annos:uolitãtq; hæc littora circũ:
Tum demũ admissi stagna exoptata reuisunt.
¶ Constitit Anchisa satus:& uestigia pressit
Multa putana:sortẽq; animo miseratus iniquã
Cernit ibi mœstos:& mortis honore carentes
Leucaspim:& lyciæ ductorẽ classis Orontem.
Quos simul a troia uentosa per æquora uectos
Obruit auster:aqua inuoluens nauẽq; uirosq;:
Ecce gubernator sese Palinurus agebat:
Qui libyco nuper cursu:dum sydera seruat
Exciderat puppi medijs effusus in undis.

PIERIVS

a ¶Remis vada liuida verrũt. In Ro.codice vada liquida legitur, neq; timendũ esset syllabæ ex auctoritate Lucretij, nisi & seruius Liuida agnosceret, Et epithetõ id inferis amnibus quippe turbidis & cœnosis cõueniret. Præterea verrũt
b in aliq̃t habetᷓ exẽpl. Sed verrũt magis poeticũ ẽ. b ¶Nec ripas datᷓ Horrẽdas, nec rauca fluenta. In antiqs omnib⁹ exemplarib⁹, quotq̃t habui, ꝓ Nec rauca legere est. Et rauca.
c ¶Quã sedibus ossa quierũt. In mediceo, & aliq̃t alijs Quierint legitᷓ. Sed finitiu⁹ mod⁹ elegãter etiã cũ, q̃, iũgitᷓ, vt alibi ex grãmaticorũ præceptis, & ex auctoꝝ vsu ostẽdimus.

...re nõ obtinuerũt cẽtum annos errare:id em̃ est quasi plenum vite tẽpus:nã si viginti annis vita centũ denᷓ. decẽ primi anni sunt quasi inutiles ꝓpter infantiã & decẽ vltimi ꝓpter delirationẽ decrepite ætatis que ad infantiã redit. Cetera in ordine patebunt. Sed Donati verba sunt. Breuiter:ne quam fieret reb⁹ necessarijs mora. Certissima ꝓles:natus ex homine nõ imerito paues:sed nihil debes metuere:qa a dijs principiũ ducis:Cocyti stagna:nõ auget morã qa respõdet ad id qđ non interrogat:sed minuit. Nam cum ratne postea iterroget. Stagnũ igitᷓ inquit cocyti habet nomẽ. Palus vero q̃ ex superfusione aque efficitᷓ styx appellatᷓ. nec indiget ꝓbatione q insepulti non transportetᷓ. qm̃ cernit ibi quos sepelire nõ potuit. Quos simul a troia. reuocat in memoriã legẽti q isti essent:& vbi:& qñ & qua vi perissent & simul ne quis daret vitio æneę q suos nõ sepeliret:qm̃ sepelire nõ potuit:In vndis nõ effusus ĩ vndis ne sit vitiũ ĩ casu:sed effusus cũ in vndis esset. Hæc ille. ¶Ordo aũt ẽ. Aeneas (em̃ ꝓ qa:miratus sup.erat & mot⁹ tumultu.i.multitudie aĩaꝝ tumultuose ad scaphã ꝓperãtiũ) ait o virgo dic: quid cõcursus.s.aĩarũ ad amnẽ vult.i.prętendit:ve ꝓ vel quid anime petũt:vel quo discrimine.i.qua differẽtia & discretiõe hę.i.quędã ex illis:linquunt ripas qa vidẽt se nõ posse trãsmitti:ille.i.alie verrunt remis.s.in scapha charontis dũ charõ gubernaculũ tenet quæ trãsmitti volũt remigiũ supplent:vada liuida.i.subnigra cuius coloris est plumbum. Is em̃ liuor dicitᷓ vnde Amasius poeta Tum succos hęrbasq; dedi quis liuor abiret. Quã facit impresso mutua dente venus. Sacerdos lõgeua.s. sibylla cuius rationę assignat. Seruius:fata est olli.i.illi:breuiter sic. Ogenerate Anchisa.s.patre certissima proles deũ.i.deoꝝ scilicet ꝑ venerẽ matrẽ aut quia anchises quoq; ꝑ apotheosim deus factus sit tu vides alta.i.ꝓfunda stagna cocyti.i.illius fluuij infernalis & paludẽ stygiã.i.tristitię infernalis:cuius numẽ dij timent iurare & fallere:nõ timẽt iurare sed iurare & fallere:hoc est peierare qa obligãt se iurando ꝑ stygem ad tristitiã quę dijs cõtraria est:hæc turba quã cernis.est oĩs.i.tota vel hæc oĩs idest tota turba quã cernis est inops.i.sine terra q ꝓ.i.inhumata hoc est insepulta:aut potius inops.i.sine ope & auxilio.hoc est paupercula:nec (vt iuuenalis dicit) habet quẽ porrigat ore trientẽ:veteres em̃ superstitiosi dabant defunctis in ore trientẽ vt a charonte eo naulo traducanᷓ quorũ vero corpa interierãt in aquis quia sepultura & naulo caruerũt putabãtur centũ errare annos. vnde dicit ille.s.horridus & incultus est charon portitor.i.portus obseruator & trãsuector hi quos vnda vehit sepulti supple sunt nec datᷓ.i.ꝑmittitᷓ charõti licet velit trãsportare.s. alios ripas horrẽdas nec fluenta.i.flumina rauca.i.reumata.aut rauce resonantia trãsportare dicit prius q̃ ossa quierũt sedib⁹.s. suis:hoc est bustis aut sepulchris. Ipsi sup.insepulti errant cẽtũ annos.s.cõtinuos quod dixi spaciũ legitimũ vitę:& volitãt.i. precipitanter voluuntur circum hæc littora. tum.i.deinde admissi.s.in scapham:demum.i.tandem.s.post longam expectationem:reuisunt stagna exoptata.s.lethes per quam obliuionẽ malorum imbibunt Satus.i.progenitus:anchisa.s.æneas:cõstitit s.cogitabundus:& pressit vestigia putans.i.reputãs animo multa & miseratus animo sortem iniquam.s.eorum qui ꝓpter carentiã sepulchri illic vagabantur cum multi sua culpa nõ carent sepultura:nec suis meritis obtinere possent:& est presagiũ future mortis:quia etiam æneas in numico submergendus sepultura cariturus est:iuxta imprecationem didonis in quarto.
❧Sed cadat

❧dixerit. Liuor edax vitium mores nõ exit in altos. Lõgęua Apollo sibyllam pie dilexit:& poscẽdi qđ vellet arbitriũ dedit. illa hausit harenã manibus:& tam longã vitã poposcit. Id Apollo posse fieri rñdit si erythręã insulã relinqueret illã nũq̃ reuisura Venit ergo cumas:vbi corpis virib⁹ deserta vitã in sola voce retinuit. Hoc intelligentes eius ciues siue inuidia siue cõmiseratione moti epistolã miserũt creta antiquo more signatã. At illa visa terra patria in mortẽ resoluta est. Vñ sunt q dicãt hãc esse q̃ romana fata scripsit:q ĩcẽso apollinis tẽplo inde Romã illati sunt libri:vnde hæc fuerat. Certissima ꝓles:cũ subire inferos potuerit. Multi em̃ ad gl̃iam sibi gen⁹ fingunt vt romulus ex Marte. Alexander ex ioue hãmone:sic de hercule Salue vera Iouis ꝓles. Fallere numẽ: siue ꝓpter victorię fauorẽ Stygis filię:nam statuit iuppiter si qs fefellisset eius numẽ vno anno & nouẽ dieb⁹ ambrosia & nectare priuaretᷓ: sed rõ est q ideo ꝑ stygẽ dij iurãt qa tristitia cõtraria est æternitati. Inops iuhumata Duo dicit: q neq; legitimã habet:nec ymaginariã sepulturã. Inopẽ em̃ dicit sine pulueris iactu:nã ops terra est:inops sine terra sine humatione. Vult aũt oñdere tm̃ valere inanẽ q̃tũ plenã sepulturã: Nã & Deiphobi vmbra transuecta ẽ. cui Aeneas cœnotaphiũ fecit:vt tũc egomet tumulũ rhetheo in littore inanẽ Constitui. Bene aũt sepultos.i.fletos Nam sine fletu sepultura non est. vñ legim⁹ inhumata infletaq; turba:facit supradicta flumina trãsire:qbus luctus nomen imposuit. Centũ aũt annos:ideo dicit:quia illi sunt legitimi vitę humanę:qbus cõpletis põt anima transire ripas.i.ad locum purgationis venire:vt redeat rursus in corpora. Sane sciẽdũ:qa cũ terrã dicimus hæc ops facit:si nimphã dicimus hæc opis:si diuitias hę opes numero tm̃ plurali. Rauca fluentia:aut reumata idest æstuaria dicit aut bene pluraliter:quia de tribus loquitur. Sedibus ossa quierunt.i.prius q̃ corpus in naturam suã redeat idest in terrã. Stagna exoptata reuisit Lethei.s.fluminis Vestigia pressit cogitatione.s.tardatus. Putans reputans cũ aĩo pertractans. Sorteq; animo miseratus ini.iniqua em̃ sors est puniri propter alterius negligẽtiã:nec em̃ quis culpa sua caret sepulcro. Bene aũt animo quasi rei præsago vt alibi: Præsaga mali mens. Ipse em̃ æneas insepultus iacebit:vt mediusq; inhumat⁹ harena. Mortis honore:sepultura:vt qsquis honor tumuli. Ductorem classis:apertum exemplũ classem etiam dici vnã nauẽ: Nam legimus vnam quę lycios fidũq; vehebat Orantem Auster. hic distinguendum. Sese agebat:sese agere est sine negocio incedere. Qui lybico nuper cursu:bene lybico. Nauigatio em̃ non ab diuerticulo.sed ab intentione accepit nomẽ. Effusus in vndis Sarchaismos est. Quamq̃ Donatus esse ordinẽ velit:dũ seruat sydera in vndis medijs.

❧Sed cadat añ diẽ mediaq; inhumatus harena &c. miserat⁹ ergo sortem iniquã cernit ibi leucaspim & orontẽ ductorẽ classis lycie (de qua in primo. Vnam q̃ lycios fidũq; vehebat orõtẽ. de leucaspi aũt Excutitᷓ ꝓnusq; magister voluitᷓ in caput) mœstos & carentes honore mortis.i.qui impenditur mortuis. scilicet sepulturę quos vectos a troia simul scilicet cũ ænea:per ęquora ventosa auster idest ventus species pro genere. obruit aqua & ita non erant sepulti. nec licet cenotaphium fecerit profuit. vnde dixit:nec iam exaudire vocatos inuoluens scilicet auster per aquam & nauem & viros. Ecce quasi dicat preter opi. Palinurus gubernator scilicet olim dum vita manebat: agebat.id est
☞impellebat

Sed cape dicta memor duri solatia casus:
Nam tua finitimi longe lateq; per urbes
Prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt.
Et statuent tumulũ:& tumulo solénia mittent:
Aeternũq; locus Palinuri nomen habebit.
¶His dictis curæ emotæ:pulsusq; parumper
b Corde dolor tristi:gaudet cognomine terra[b]:
¶Ergo iter inceptũ pagũt:fluuioq; ꝓpinquant:
Nauita quos iam inde ut stygia ꝓspexit ab unda
Per tacitum nemus ire:pedẽq; aduertere ripæ:
Sic prior aggreditur dictis:atq; increpat ultro.
¶Quisqs es armatus q̃ nr̃a ad flumina tendis:
Fare age q̃d uenias:iã q; istinc cõprime gressus.
c Vmbrarũ hic locus est[c]:somni noctisq; soporæ.
Corpora uiua nephas stygia uectare carina.
d Nec uero alciden me[d] sum lætatus euntem
Accepisse lacu:nec Thesea Pirithoumq;:
Dijs q̃q̃ geniti:atq; inuicti uiribus essent:
Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit:
Ipsius a solio regis traxitq; trementem:
e Hi dominam ditis thalamo deducere adorti[e].

PIERIVS

a ¶Ripamve iniussus abibis. Placet seruio abibis legere,& elocutionẽ eã.abeo ĩ tuscos.figura simili superius commen dauit.sup eo uersu,Quo regnũ Italię libycas auerteret oras Sed em̃ ãtiq̃ pleraq; exẽplaria nõ min⁹ ħ,adibis:q̃ supi⁹ ad uerteret legũt.Opinio ṽo Seruij,vt abibis legẽdũ sit: cuius modi lectio ĩ Mediceo,& nõnullis ãtiqs alijs exẽplarib⁹ in uenit̃,inibi,vt elegãtior & eruditior figura,sane q̃dẽ placeret.nisi valeri⁹ prob⁹ adibis legẽdũ admoneret,loco hoc ĩ testimoniũ citato.vbi.ad.ꝑpõnẽ semp breuẽ ẽẽ tradit,siue
b loq̃lis,sine casib⁹ ĩseruiat. b ¶Gaudet cognomie terra. In antiqs porro oĩbus exẽplarib⁹ q̃tq̃t ṽsare cõtingit,scriptũ aĩaduerti,terrę gtõ casu.Nẽpe vt cognomie substãtiuũ sit. aliter ex Pris.ꝑceptiõe ablm̃ i.e.mittere nõ posset.Sed em̃ alia q̊q; adiectiua ĩ.is.quoꝵ neutrũ exeat in.e.ablm̃ casum ĩ.e.& ĩ.i.mittere repiũt,vt a cœleste sagitta dictũ ab Ouid.
c ¶Vmbrarũ hic loc⁹ est somni noctisq;.in Ro.cod.absq; ṽbo
d substãtiuo legit̃,hic loc⁹.& somni, d ¶Nec ṽo Alcidẽ me sum lætat⁹ eũtẽ accepisse lacu.Nec thesea.in cod.aliq̊t antiqs legere est,nec ṽo alcidẽ nec sum lætatus.vt sit ordo,Nec ṽo sum lætat⁹ accepisse lacu nec Alcidẽ,nec thesea.Sitq; negatio illa,q̃ supabũdare videbat̃ ad maiorem intẽsionẽ:vt apd' græcos freq̃ntissimũ.Qd' ṽo nõ ꝓcedere ait Serui⁹ Alcide nomẽ απω της αλκησ ĩpositũ fuisse,qa cognomĩa dẽt ab accidẽtib⁹,& Hercules id nominis a pr̃ia ętate habuerit. Quid obsecro obstat,qn cognomẽ id Herculi & a pr̃ia ĩfantia,& ab accidẽtib⁹ inditũ agnoscamus,q passim legam⁹ eũ in cunabulis,haud multo postq; est nat⁹.Geminos angues suis manib⁹ suffocasse,magnasq; ea ætatula pręse tulisse vi
e res,& ĩdomitũ robur. e ¶Deducere adorti.In antiqs plærisq; exẽplarib⁹ adorsi legit̃,bonaq; eoꝵ pars,ĩ qb⁹ adorti legit̃.t.illd' suppositiciũ habet,abrasa prius.s.littera,

phrasim figuram. Ripam abibis: vt abeo in thuscos Alij habent adibis. Fata quæ semel decreuerũt & locut⁹ secundum epicureos.q dicũt. Nec beneꝭ meritis capitur nec tangit̃ ira: Duri impossibilis ad imitationem lõge lateq;:de historia est. Lucanis em̃ peste laborantibus respõdit oraculũ manes Palinuri esse placãdos quã ob rẽ haud ꝓcul a velia & nem⁹ ei dederũt & cœnothaphiũ.Prodigijs cœlestibus.& pestilentiã & oraculum cõpendiose tangit.Piabũt expiabũt placabũt.Aeternũ:in æternũ:& est aduerbiũ. Palinuri plus est q̃ si tuũ dixisset.Parũ p:paulatim lætari cœpit. Spes em̃ sola nondũ beneficiũ acceperat patris:alij parũper valde parũ volunt.Gaudet cognomine terra est em̃ hic & hæc cognominis:in Plauto em̃ vna de bacchidibus dicit:illa mea cognominis est:Metri aũt necessitate a ꝯmuni genere in e misit ablatiuũ.Nauita:epenthesis vt mauors pro mars inde vt stygia ꝓspexit ab vnda.vt siculo ꝓspexit ab vsq; pachynno:& sic intelligimus hæc tria iuncta esse Acherontẽ Stygẽ & Cocyton: De his em̃ nascunt̃ alia.hinc est nouies styx ĩterfusa coercet. Tacitũ:aut solũ aut ipsi taciti.Aggredit̃:hoc sermone ostẽdit eũ iratũ Armat⁹:acsi diceret:nihil pium mollit̃ armatus.Qui cur. Istinc a loco in quo es.Viua.nã sunt corpora mortuorũ,quę tm̃ vident̃.i.vmbræ,Me sum lætatus,lectũ em̃ est in orpheo q̃ qñ Hercules ad inferos descendit: Charon territus eũ statim suscepit propter anno integro in cõpedib⁹ fuit Alcides.απωτης αλκης quidam dictũ volũt:qd' nõ ꝓcedit quia prima ætate sic dictus ẽ:Ergo ab Alceo patre amphitryonis.Quamq; ac si dicat hoc in te nondum probaui:sed per simulationẽ.nam norat.In vincla:Hercules a prudentioribus mẽte magis q̃ corpe fortis dicit̃.Ergo cũ plura fecerit duodecim ei labores dant̃ propter duodecim agnita signa.Qd' igitur ab inferis Cerberꝵ traxit notatur q̃ oẽs cupiditates & om̃ia vilia terrena contempsit.Nam cerberus est terra q̃ est consumptix corporũ vñ cerberus quasi κρεοβορος:id carniuorus dicit̃: vnde est. Ossa super recubans: nã ossa non cito terra cõsumit. Ipsius a re.scilicet atqui cerber⁹ statim post flumina est vbi est quasi aditus inferoꝵ solium autem Plutonis interius est. ergo vel ad naturam canũ referas q territi ad domũ refugiũt:aut solum ꝓ imperio accipias vt alibi arces ꝓ imperio: vt imbellẽ auertis romanis arcib⁹ indũ:cũ indi vsq; ad primos venerint fines:id est vsq; ad arces. Dñam: vel de græco est qui vxorem δεσποιναν dicũt:aut ditis thalamo & dominam charon ad se retulit.

¶Poeta.

¶Charon.

dicatum cuius firmitas moueri nõ possit.Nec ve.al.ci.dat. exẽpla eorũ q apud inferos illicita cõmisissent sub occasiõe q deoꝵ originẽ ducerẽt:Tartareũ vna iniuria priuare omnes inferos suo custode.Ipsi⁹ aso.alia ipsius regis iniuria: Trementẽ: iniecit timorẽ Hercules illi qui neminẽ timuit. Hi dominã ditis peius conati sunt q̃ hic.loca sunt accusatiõis facere vim vxori aliene.Vxori regis & presentis ipsi quoq; regine & hec a persona:a loco ṽo de ipo thalamo quẽ nosse ꝑter maritũ neminẽ licuit a facto abstrahi quẽ honeste tangere non licuit.Hec ille. ¶Ordo ẽ.Palinur⁹ sup.erat fat⁹ talia tũc supp.cũ vates.s.sibylla cepit.s.fari talia.s.qualia sequunt̃.O palinure: Vnde supple orta est:aut venit tibi hec tã dira id est execrabilis quasi ex deorũ ira cupido. Tu.i.putas ne q̃ tu.q.d. vilissimus qui neq; de genere deorũ es:neq; heroica virtute preditus.& insup inhumat⁹ .i.insepultus aspicies aquas stygias trãsfretãdo.s.eas: & amnẽ seuerum.i.tristẽ & rigidũ.Eumenidũ.i.circa quẽ habitant Eumenides.i.furię. Et iniussus.i.sine iussu deoꝵ abibis: scilicet a loco tibi destinato per centũ annos.ripã.i.ad ripã vlteriorẽ. quasi dicat id fieri non potest.Et ideo desine sperare fata.i.decreta deũ.i.deoꝵ:flecti.i. quod flectant̃ aut flecti possint: precando.i.per preces tuas.Sed cape memor dicta.i.verba mea solatia,id est quę sint solatia casus duri.id est ĩmutabilis ac irremediabilis.Nã finitimi.s.ei⁹ loci vbi corpus tuum ĩsepultũ iacet:acti.i.impulsi lõge & late p vrbes.prodigijs.id est ostentis celestibus.idest de cœlo venientibus vnde pestis immittetur : piabunt.id est purgabunt ossa tua : & statuent.id est constituent tumulũ.i.sepulchrũ: & mittẽt solẽnia.s.sacra funebria tumulo.s.tuo:& locus habebit æternũ.i.in æternũ vt sit aduerbiũ nomẽ palinuri.Qd' melius est q̃ si dicat æternũ nomẽ palinuri.Cure.i. sollicitudines palinuri:emotæ sunt.s.a precordijs: his dictis . i. verbis Sibylle. & dolor pulsus est parumper supple de corde tristi.id est mœsto. & ipse gaudet terra cognomine.pro cognomini vt recte sentit Seruius : Nam vt dicamus terram gaudere cognomine palinuri nõ ꝓcedit : q̃a neq; terra adest neq; gaudij si adesset cã pax esset. Ergo quia.s.vtcunq; placatus erat palinurus:ipi pe agunt id est continuant & ad finem vsq; agunt iter inceptum & propinquant fluuio scilicet Sibyllam transeũdo.Quos scilicet Sibyllam & æneam nauita.id est portitor seu nauta palinurus: vt.i. postq; prospexit ire iam inde a stygis vnda p nemus tacitum: i.ipsos tacẽtes aut vbi fuit silentium

SERVIVS

TV quoq; littoribus nr̃is. Vt in principio diximus in duas partes hoc op⁹ diuisum est. Nã primi sex libri ad imaginẽ Odyssee sunt dicti:qui personarũ & allocutionũ varietate celebrat cẽ grauiores hi aũt sex ad imaginẽ Iliadis dicti sunt q in negocijs validiores sunt:nã & ipse hoc dicit maius op⁹ moueo.& re uera tragicũ opus est vbi tñ bella tractanť. Tu quoq; sicut misenus:& palinurus. Nostris:Italicis vt nõ eadẽ arboribus pendet vindemia nostris. Nõ vt dona ait nauigabilibus. Aeneia nutrix hũc alij Aeneæ. alij Creusæ alij Ascanij nutricẽ volũt Lectũ tñ est in philologijs in hoc loco casu incensam classem esse Troianã: Vñ Caieta dicta est. απο του καιειν. Seruat ho. Tenet possidet vt seruantẽ ripas alta nõ vidit in herba. Hesperia ĩ.m.magna ad Hispaniæ discretionẽ. Si qua est ea glo.scd'm Epicureos.bñ aũt interest funeri postq̃ ab inferis redijt:sicut interfuit anq̃ descẽderet:vt mediũ oñderet. Quierũt. auctor Hebrus quierant legit. Tendit iter:ve.qa ꝓut vela extensa fuerint:ita etiã cursus extẽditur:in quo nauis est iter:nam ait supra Flecte viã velis. Aspirant auræ in no.qa vt diximus tẽporũ mutatione vẽtus vel minuitur vel augeť. In noctẽ circa noctẽ. Et quotiens tp̃s exprimitur accusatiuũ regit ista præpositio. Luna ne. Liptotes:nam dicit large prestat:vt munera nec sperno. Tremulo sub.lu.Ita em̃ mobilitas aquæ facit videri. Circeæ raduntť lit.terræ:vt diximus supra mons iste añ hac insula fuit. Paludibus em̃ a ꝯtinẽti segregabať:quas excludit limus de albanis montibus fluẽs & dicebať eæus ab horrore trãseuntium:quo homines mutabantur in feras. In hoc summo oppidũ fuit:quod & circæũ dictum est a Circe & Circæi:nam vtrũq; Liuius dicit. Diues:non addidit cui⁹ rei cũ soleat:vt Diues equũ diues pictai vestis & auri. Diues opũ variarũ. Inaccessos.inaccessibiles inaccedendos. Nam Vlysses illuc venit. Ergo inaccessos nõ ad quos nullus accessit.sed ad quos nullus debeat accedere vt Aut illaudati nescit busiridis aras hoc est illaudabilis:nam ab Isocrate laudat⁹ est. Resonat ca.resonare facit. Superbis nobilibus:ꝓpter antiquã oppidi magnitudinẽ. Odoratã. pro odoriferã.& hoc ideo quia vsus olei apud maiores non fuit præcipue in italia. Arguto.p. stridulo sonanti:vt Forte sub arguta cõsederat ilice Daphnis. Percurrens te.aut manu pcurrẽs tractu pectinis.vt videmus.aut quia apud maiores stantes texebãt vt hodie linteones videmus. Est autem Home. qui ait ιστον εποιχομενην. &c.

Gemitus

P. Verg. Maronis Aeneidos Li. VII.

a TV quoq; littoribus[a] nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famã Caieta dedisti:
Et nunc seruat honos sedẽ tuus:ossaq; nomen
Hesperia in magna(si qua est ea gloria)signat.
At pius exequijs Aeneas rite solutis
Aggere composito tumuli:postq̃ alta quierunt
b Aequora:tendit iter uelis:portumq; relinquit[b].
Aspirant auræ in noctẽ:nec candida cursum
Luna negat:splẽdet tremulo sub lumine põtus.
Proxima circeæ raduntur littora terræ:
Diues inaccesso ubi solis filia lucos
c Assiduo[c] resonat cantu.tectisq; superbis
Vrit odoratã nocturna in lumina cedrum:
Arguto tenues percurrens pectine telas
Hinc exaudiri gemitus:iræq; leonũ
Vincla recusantũ:& sera sub nocte rudentum.
Setigeriq; sues:atq; in præsepibus ursi
Sæuire:ac formæ magnorũ ululare luporum.
Quos hoĩm ex facie dea sæua potẽtibus hærbis
d Induerat Circe in uultus ac[d] terga ferarum.
Quæ ne mõstra pij paterentur talia Troes
Delati in portus:neu littora dira subirent:
Neptunnus uentis impleuit uela secundis.
Atq; fugam dedit:& preter uada feruida uexit.

PIERIVS

a ¶Tu quoq; littoribus nostris. Quod litus vbiq; simplici,t,scripserim,id me mouit. quod in antiquioribus cod. ita scriptum inueni. Et uetera quædam monumenta nomẽ id vnico,t,notatum ostendunt,vt illud apud ædem.d.Laurentij in lucina,litore,phocaico,pelagi.vi,exanimatas Nõ enim abraduntur,aut transcribuntur marmora veluti codices. Preterea vti per vnũ,t,scribatur,deposcere videtur analogia.siue a Lido lidis forte descẽdat.quippe quod assidue fluctibus illidatur,siue vt multi volunt,a lino. Nam litus est ex.M.Tullij arbitri sententia quousq; maximus fluctus a mari prouenit Ti.donatus aliquãto simplicius,vbi aqua maria finitur,ita & finis terræ,quæ litore iungitur, ideoq; alibi dixit virgilius,Nauis sicco litore subductas,quia est, & vdum litus. Sed hoc etiam animaduertendum tris continuos versus vocabulũ idem repetere. Tum se ad Caietæ recto fert,litore,portum. Anchora de prora iacitur,stant litore puppes, Tu quoq; litoribus,nostris Aeneia nutrix.

Quod siquis

ASCENSIVS

ASC. TV quoq; littoribus nr̃is. Vt librorũ sit cõdepẽdentia atq; ita vnũ opus censeať arma virũq; canẽs: noluit a plena periodo qualis est ibi. Nũc age q reges eratho &c.inchoare:sed a particula cõdepentie indice:dicens tu quoq;.q.d. nõ solũ Misenus & Palinurus: sed tu quoq;.i.etiã tu. Describit ergo primo loco qũo sepulta Caieta nutrice Aenee q loco nomẽ dedit qd' & hodie manet:ꝑteruecti circeas insulas deuenerũt in port⁹ fatalis terre. Per trãsitũ aũt describit fabulã quam Home.ad lõgũ ꝓsequiť:qũo.s. Vlyssis socij a Circe solis filia in feras trãsmutati sint. Dona. Dona. autẽ dicit hoc loco sic. Tu quoq; viderat apud inferos q̃ necessariũ esset defunctis sepulchrũ. Ergo vt pius nutrici illud instituit. Meruerat em̃ ipsa qa tã piũ religiosum Romani ĩperij principẽ prudẽtẽ fortẽq; virum nutrierit. Tu quoq; repete inde & optime ꝯiunge. At pi⁹ Aeneas ingenti mole sepulchrũ ĩponit suaq; arma viro remũq; tubãq; Deinde remotis ijs q̃ de inferis narranť seq̃re. Tu quoq; littoribus nr̃is &c. Tu quoq;:q admirande memoriæ videris supremo officio cõiũgi meruisti. Nostris Italis: ergo ibi es sepulta: vbi ipse cũ suis eẽt regnaturus. Honorať ergo a loco. Aeternã mori. argumẽtũ a cõtrario: nã creuit fãma cum deberet morte minui Nũc etiã:his tp̃ibus quo hæc scribunť. Si qua est ea glĩa. Sciebat nihil sentire mortuos sed vt satisfaceret religiõi. Vrit odora. vigilãs & voce & odorato lumine ad se incautos attrahere nitebať. Cedrus tanq̃ oleo madẽs incẽdia semp insidijs & voce nutrit. Quæ ne mõstra pij propterea debuerũt liberari ab ijs mõstris:qm̃ pij erãt neq; sceleratis erãt cõparãdi. Hæc ille.

Ordo. ¶Ordo aũt est. O caieta nutrix Aeneia.i.ipsius Aeneæ:tu quoq;.i.etiã tu nõ solũ Misen⁹:moriens.i.dũ moriebaris & sæpeliebaris illic dedisti:littoribus nr̃is.i.Italicis:qa Italus est q loquiť:famã æternã:& tu⁹ honos seruat nũc sedẽ.i.sepulchrũ tuũ qd' tuũ nomẽ inscriptũ habet: & nomẽ.s.tuũ:signat ossa.s.tua in hesperia magna.i.Italia:si ea glĩa est qua.i.aliqui:bñ dubitat:qa multi cẽsent eã gloriam nihil ad defunctos ptinere:vñ Diogenes interrogat⁹ vbi vellet sepeliri iussit corpus in pratũ efferri:& cũ percũctarenť an Dioge-nes. vellet ipm feris & auibus exponi.iussit baculum apponi vt si possit sese defẽdat:& cũ diceret nullũ in eo sensum:qd ergo ad ipm inqt:siue deuoreť siue putrescat vt aũt Cicero cẽset de nostrorũ nõ de nr̃a solliciti erimus sepultura. At æneas pi⁹.s.i oẽs tã deosq̃ mortales tã viuos q̃ defũctos exequijs.i.officijs fũebri

bus:solutis

☞ bus:solutis rite.i.iuxta ritũ
& aggere tumuli.i.sepulchri cõ
posito.i.accumulato. postq̃ æq
ra alta.i.ꝓfunda quierũt.i.tran
quilla facta sunt.tẽd' ttervelis
i.nauigat tensis velis:& relinqt
portũ.s.caietæ. Aure aspirãt in
noctẽ.i.dũ tẽp⁹ vergit in noctẽ
incipiũt ore spirarer.ec luna cã
dida negat.i.tegit cui sumi.s.suũ
hoc est clare lucebat port⁹ splẽ
det sub lumine tremulo.i.scin-
tillante.qd' tñ de luna quidã ne
gãt.Littora ꝓxima terre circeæ
i.quã circe habitabat radunť.i.
leniter tãgunť a nauib⁹ Aeneę:
hoc est ꝑtrãsit circeã terrã:vbi
i.in qua terra: filia solis.s.circe
diues resonat.i.resonare facit cã
tu assiduo lucos inaccessos.i.in
accessibiles quos nemo accede-
re deberet&vrit tecti s supbis.i.
magnifice extructis.i.magnifi-
co domicilio.sunt q legãt lectis
i.thalamis:aut terclimijs supnis
in quibus sedebat circe sed mi-
nus recipiũť.in lumina noctur
na.i.loco olei quod tunc in ita
lia in vsu nõ erat:cedrũ.i.arbo
rem illã succi & resinę plenam
odoratã.i.odoriferã:ꝑcurrẽs pe
ctine arguto.i.subtili aut stridu
lo telas tenues.i.subtiles & exte
nuatas gemitus & ire leonũ re-
cusantũ.i.refutãtũ vincla:& ru
dentũ sub.i.in nocte sera.i.tar-
da exaudiri: supple ceperãt:aut
exaudiebanť.hinc.i.ab his Lu-
cis circeę terrę:& sues.i.porci se
tigeri.i.magnas setas gerẽtes at
q; vrsi sęuire.i.sęuiebant aut sę
uire ceperũt in p̃sepibus et for-
me magnorum luporum: vlu-
lare.id est vlulabant:aut vlula
re cœperunt. Quos:scilicet leo-
nes:sues:vrsos et lupos dea seua:scilicet Cyrce induerat hęrbis
potentibus.id est per hærbas potentes in vultus ac terga fera-
rum:ex facie hominum.id est humana.hoc est transformaue-
rat eos in formas beluinas.Que monstra ne Troes pij pateren-
tur talia : delati : id est postq; delati essent in portus neu.id est
neue:hoc est vel ne ipsi Troes pij:subirent.i.subintrarẽt litto-
ra dira.i.que a dira habitantur venefica.Neptunus.s.deus aqua
rum vnde fere venti nascunť:quapropter etiam ventorum di-
citur habere p̃sidium:impleuit vela ventis secundis.i.ꝓsperis
a tergo stantibus.atq; dedit fugam.i.facultatem effugiẽdi et ve
xit.s.troes pręter.i.ꝑtranseundo vada feruida.i.periculosa na-
uigãtib⁹hoc est p̃ter freta.De circe et cedro hęc sunt ꝑ Landinũ
Diodo.siculus sic ait Soli duos fuisse filios Aethen et Perseum
collecta:et Aeten colchoꝝ Perseũ ꝟo Taurice regiõis regẽ exti
tisse vtrũq; crudelitate insignem Perseum autem Hecaten filiã
habuisse que paternam crudelitatem superauit:nam cum vena
tione delectaretur.hoĩes ꝓ feris arcu vulnerabat:et venenis pe
stiferis operam dans id inuenit.quod ακονιτον nominãt in ho
spitibus autem venena experiebatur.Demũ cum patrem vene
no extinxisset regnũ occupauit:& templũ Dianę cui hospites
immolarentur condidit cõcubuit inde cum Aete patruo.Et ex
eo concepit Circen et Medeam filias filiũq; Aegialem.Circe et
arte materna et sua industria omnes mortales in venenis com-
parandis superauit:adeoq; omnium herbarum vim cõspicata
est:vt nihil inueniendũ posteris reliquerit:adinuenit et Phar-
macum:qd' ad conciliandã beniuolentiam valeret.Nupsit scy
te sarmatarũ regi eoq; venenis sublato regnũ occupauit ex quo
tandẽ ob crudelitatem pulsa inde ad Oceanum secundum ali-
quos ꝓuecta in insula deserta sibi comitibusq; fuge sedes po-
suit.Alij dicũt in Italiã deuectam ꝓmontoriũ:qd' inde Circeũ
dicunt tenuisse.Hęc Dio.Quid vero poete de Circe in Italia cõ
stituta referãt alibi expressum est:Home.autem scri.eam olim
insulam fuisse:quam Circe habitabat in loco edito:circum er-
rabant:& vrsi & leones quos illa veneficijs cibo & potui im-
mixtis ex hominibus feras fecerat tamen in homines nõ sęuie
bant: sed

Vide seruiũ.

* Quod si qs tertiũ hoc nihil facere ad superiora dixerit,
ca sit alterius libri principiũ,videãt vnũ esse corpus totã
Aeneida,duodecim veluti mẽbris cõpactum,neq; ita vt in
Georgicis æterogenũ,qd' ibi ostendũt proœmia distinctas
materias,argumẽtaq; dissimilia diuidẽtia.Agroꝝ q̃ppe cul
tũ,Arborũ naturã,Armẽtorũ curã, Apũ studiũ. At æneis
vno tm̃ cõprehendiť argumẽto.De rebus ab Aenea gestis,
libriq; ipsi ita inuicẽ colligati sunt,vt verborũ etiã structu
ra vniuscuiusq; finẽ cũ alterius pricipio cõnectat. Hinc oẽs
conticuere,quãprimũ audiuere Dido poscere ab Aenea,vt
ab origine prima æderet insidias Danaũ,casusq; suorũ. Et
postq̃ iã nõ spes opis vlla dabať,Resq; Asiæ,Priamiq; gẽs,
supbũq; Iliũ,& oĩs Troia cõciderat.Diuersa exilia,& deser
tas quærere terras dis auspicibus coactus est æneas.Qui ad
finẽ vsq; tertij libri Fata renarrabat Diuũ cursusq; docebat.
At regina graui iãdudũ saucia cura vuln⁹ alit venis.Cui dũ
Iris Iunonis iussu dextra crinẽ secat,oĩs & vna dilapsus ca-
lor,atq; in vẽtos vita recedit,Interea mediũ Aeneas iã clas
se tenebat Cert⁹ iter.Qui palinuro mox ĩ mare excusso,quũ
amisso fluitãtẽ errare magistro nauẽ sensisset,aĩm cõcussus
amici casu,Sic fať lacrimans,O nimiũ cœlo & pelago ꝯfise
sereno.Nud⁹ ĩ ignota Palinure iacebis harena. Ab auernis
inde quũ se ad Caietæ portum recto littore tulisset, arrepta
tellure,dum iterim stant littore puppes. Nutrix ei⁹ Caieta
æternã moriẽs,litorib⁹ nr̃is famã dedit.Atq; ita libri reliq
b inuicẽ cõnectunť. b ¶Portũq; relinqt.Nõ placet relinqt
tp̃e præterito,vt codices pleriq; veteres hñt. Nã & tẽdit,&
c aspirãt,p̃sentia sunt. c ¶Assiduo resonat cãtu.In Ro.cod.
Adsiduo.ꝑ,d,scriptũ est.Eos ꝟo rephẽdit caper,q assedu⁹,
ꝓferre malebãt.qd' eadẽ littera,e,in sedeo primitiuo repia
tur,dici em̃,adsideo,notat.vñ adsiduus,Cõtra cui⁹ senten-
tiã fl.sosipater, Adsiduus,ait quidã per,d,scribãt,quasi sit
a sedẽdo figuratũ,sed errãt.Nã quũ a seruio tullio populus
in quinq; classes diuisus esset,vt tributũ ꝓut quisq; posside
ret,inferret,ditiores.q asses dabat, Assidui dicti sunt,Et qm̃
soli negotij publicis frequẽtes aderãt,eos q frequenter ad-
sunt,Assiduos ab assib⁹ dixerũt.Hinc ait gelli⁹, Assiduũ in
duodecim tabulis & ꝓ locuplete & facile mun⁹ faciẽte,dictũ ab assib⁹.i.ære dãdo,quũ id ręa
Reipub.postularẽt,aut a nũeris ꝓ familiari copia faciẽdi assiduitate.Et alibi,assiduũ quasi ꝑ
Antithetõ opponit ꝓlectario.Ex qbus manifesti⁹ cõstat,qd sibi velit.M.Tullius,quũ in to
picis argumẽtum ex vi verbi sic assumi posse docet.Quum lex Aelia sanctia assiduo assiduũ
vindicem esse iubeat,locupletem iubet locupleti.Locuples enim assiduus,ait Aelius,appel-
latus est ab asse dando. d ¶In vultus ac terga ferarũ.Veteres quidã codices,In voltus et ter
ga legunt.Sed.ac magis placet,quia magis vnit.

❦ Gemitus iræq;.gemit⁹ ira-
scentium leonũ endiadis: Sera
sub em̃ tẽpore quo naturali li-
bertate vti consueuerunt. Sub
sera noc.ꝓpter serã noctẽ.Ru-
dẽtum ru.naturaliter lõga est.
Persi. Findor vt archadiæ pe-
cuaria rudere dicas:Svitolen er
go fecit:Ruditus autẽ ꝓprie est
clamor asinoꝝ:vt grunit⁹ por
corum.Ranarũ autẽ coax.Quę
omnia a sono vocis cõstat esse
composita.Præsepibus caueis.
vbi alunť.Non em̃ reuera præ
sepia habent. Dea sæ.per se aut
herbis potentibus sæua . Circe
aũt ideo solis fingiť filia quia
clarissima fuit meretrix:& ni-
hil sole clari⁹.hæc aũt libidine
sua & blanditijs hoĩes in ferinã
vitã ab humana deducebat.vt
libidini & voluptatibus ope-
ram darent.vnde fabulæ datus
est locus Hora.sub domina me
retrice fuisset turpis & excors.
In vultus ac ter.fe. Corrumpe-
bantur enim in illis sensus.ani
mus namq; manebat idem. Pij
paterẽtur tr.ergo impij qui per
tulerunt.s. occidendo solis ar-
menta . Neptunnus ven.imple
ve.se.Physice locutus est:motu
enim aquæ vẽtus creatur:vt vi
demus in bombis.Præter vada
feruida periculosa nauigãtibus
& est thmesis.

❦ bant:sed veluti canes blandiebantur:illa socios Vlyssis in
cena vertit in porcos:pręter Eurylocũ.qui fraudem in edificio
esse suspicatus:nõ intrauit:intus texebat Circe tales telas:qua-
les deę texunt:& suauissime canebat.Cedrum hec arbor non ea
est quã vulgo cedrum appellam⁹ illam enim dicimus citrum.
cuius poma maxĩa sunt:sed longe alia duo eius genera:vt Pli.
placet lyria et phœnicia.Differũt folio.Nam que durum:acu-
tum & spinosum habet oxycedros vocatur ramosa & nodis in
festa. Altera odore prestat.Fructum ferũt myrti magnitudine
dulcem sapore:item maioris cedri duo genera.Que floret fru-
ctum non fert:fructifera nõn floret & in ea antecedentem fru-
ctum occupat nouus Semen eius cupresso simile quidam cedre
latem vocant.Ex hac resina laudatissima.Materie ipsi æterni-
tas:itaq; simulachra deorum ex ipsa factitarunt Cedrinus erat
Appollo e Romæ seleucia aduectus.Hæc Plinius Diascorides
autem ait Cedrus arbor est:vnde fit pyx cedrina . Quędam est
parua ac spinosa fructu iuniperio similis. Alia maior fructus
eius cypresso similis:sed minor & cedrides vocatur in materia
maximas æternas putant hebenum cypressum et cedrum:in
templo Dianę ephesie:quod tota Asia extruente quadringen-
tis annis peractum est:tectum est ex cedrinis trabibus.Habes
de cedro.Quod autem inducat Circen cedrum vrere : ab Ho-
mero est.Ille enim in odyssea libro quinto de Calypso:vbi
Mercurius a ioue missus nuncius est πυρμευτωεσ χαροφευ με
Ύακαιετο τηλος εδοσμηκε δρουτευηεατοιο δε ιου ταναυκοσμ
οδωδιε ι δαιουμεωμ Succo ergo cedri illis temporibus ad no-
cturna lumina vtebantur. Ait enim Plinius cedri succus quo-
modo fieret diximus . Magni autem est ad lumina vsus nica-
pitis dolorem inferret. Recte autem meminit de succo Cedri
nondum oleo in Italia nascente. Refert enim Fenestella re-
gnante Tarquino nondum neq; in Italia neq; in Hispania
neq; postremo in Aphrica oleum fuisse. Neque illud prætere-
ribo . Nam apud eundem Plinium inuenies iliaci tempori-
bus nullum adhuc vnguentum fuisse.Sed nec etiam thure sup
plicabant:cedri tm̃ & citri suoꝝ fructicum in sacris fumo cõuo
☞ nlutu

...nidorē verius q̄ odorē nouerāt. Cantu aūt ad se hoīes ... Circe: allectosq̄ in varias feras couertere: qd aliud ha... q̄ voluptuosæ vitæ deduñt hoīem exuūt. Amittunt ... onē qua sola hoīes sumus: & ruūt in varias animi ꝑturba... quæ cū rōnis priuatione ꝑueniāt: brutorū potiusq̄ hoim dicēde sunt. Vlysses aūt nō trāsmutat⁹ a Circe: quia sapiēs nō modo nō vincit̄ a voluptate. Verū causa est q̄ socij sui iam mutati in pristinā formā redeant: nam & dum recte agit exemplo malis est: quo redeant ad meliorē vitā: & sua doctrina alijs vt recte viuant: persuadere potest.

ASCENSIVS

deum: vt hic sit tibi certa domus certi penates. ... licet possumus de fluuio etiam littus dicere: ponit tñ ... nem vt sub ilicibus paul... Viridiq; in littore conspicitur sus. Hanc autem porcam vt diximus habuere Troiani quam amissam in campania inuenere cum fœtu circa laurentem agrum: quam ideo æneas immolauit iunoni quia ipsa dicitur terra vt coniugis in gremium læte descendit. Scimus autem hoc animal inimicum esse frugibus vt caprum vitibus qui Libero imolatur. Enixa iace. participio vtens tangit historiam. Solo re. solo videtur abundare. Ex quo. qua ratiocinatione. Quod instat: Cura enī æneæ presentis fuerat necessitatis. Arcades his oris genus a pallante pro f. Euander arcas fuit. nepos Pallantis regis arcadiæ. Hic autem cum patrē suum occidisset suadente matre Nicostrata quæ etiam carmentis dicta est quia carminibus vaticinabatur: dimissa puincia sua venit ad italiam & pulsis ab originibus tenuit loca in quibus nunc Roma est: & modicum oppidum fundauit in monte palatino. Hic autem palatinus mons sicundum Vergilium. a Pallante auo Euādri est dictus secundum Varronem. & alio a filia Euandri Pallātia ab Hercule vitiata: & postea illic sepulta: vel certe a Pallante ei9 filio illic sepulto. Alij a balatu ouiū balāt eū volūtt dcm̄. exīde p antistichō pallāteum dcm̄: sed si a balatu hoc nomen venerit: pa breuis est sicut eā. Mar. ponit plerumq;. si aūt a pallante pa lōga sit: vt eā ponit vbiq; Ver. scd'm suā opionē. Genus a pal. p. pfectū ad has oras gen9 a pallāte non pallāte pfectū. In mōtib9 vt diximus supra i minorib9 illis colliculis. Pallantis proaui cōfundunt noīa vt plerūq; solet: nam au9 fuit sicut & illud. Lucorum forte parētis pilūni turnus: & alibi. Pilūnusq; illi quartus pater bellū assidue du. cū. g. l. ducūt aut gerunt aut in longū trahunt. Et bñ pstandorū auxiliorū exprimit causam: ne magis turno quasi græco fauere credantur. Fœdera iunge: legit & fœdere Recto flumine. d. Recto fluminis itinere & sic dixit vt tūc se ad caietæ recto fert littore portum: hoc est a littore nō recedeus sicut ergo nūc a littore fluuij nō recedētē significat. Est & alia expositio vt recto flumine edomito frēnato: & in tranquillitatē redacto intelligamus: quod ēt fecit: vt mitis: vt in morē stagni placidæq; paludis: vt sit recto pteriti temporis participiū. Iunoni fer rite pces: sicut ēt Helenus monuit mihi victor hono. Persolues bñ adimit ei bellicā curam pmittēdo voti fore compotē Stringētē ri. radētē iminuētē: nā est tyberini fluuij ppriū adeo vt ab antiquis rumon dict9 sit: quasi ripas ruminās & exedēs & i sacris serra dicebatur: vn̄ ait nūc & pinguia culta secantem. In aliqua ēt vrbis parte terētū dicitur eo q ripas terat. Cæruleus tybris altus pfundus. Cœlo gratissimus amnis: p his qui i cœlo sunt. Hic mihi magna domus. s. circa exitum suum. Alij Romam dicunt tyberini esse domiciliū. Celsis caput vrbibus exit. De tuscia quam illis consiat multum floruisse temporibus: nā & lucomones reges habebat: & maximam italiæ superauerat partem.

¶Dixit:deinde lacu fluuius se condidit alto
a Ima petens:nox æneá somnusq; reliquit.
Surgit:& ætherei spectans orientia solis
Lumina:rite cauis undá de flumine palmis
b Sustulit[b]:ac tales effudit ad æthera uoces.
¶Nymphæ laurẽtes nymphę gen⁹ amnib⁹ unũ est
c Tuq; o[c] tybri tuo henitor cum flumine sancto
Accipite æneam:& tandem arcete periclis.
Quo te cũq; lacus miserantẽ incõmoda nostra
d Fonte tenet[d]:quocũq; solo pulcherrimus exis:
e Semper honore meo semper celebrare[e] donis.
Corniger hesperidũ fluuius regnator aquarum
f Adsis o tãdẽ[f]:& ꝓpius tua numina firmes.
¶Sic mẽorat:geminasq; legit de classe biremes:
Remigioq; aptat:socios simul instruit armis.
Ecce aũt subitũ atq; oculis mirabile monstum
Candida per syluam cum fœtu concolor albo
Procubuit:uiridiq; in littore cõspicitur sus.
Quá pius æneas:tibi eñ tibi maxima iuno
Mactat:sacra ferens:& cũ grege sistit ad aram
g Tybris ea fluuiũ quá longa est[g] nocte tumẽtẽ
h Leniịt[h].& tacita refluens ita substitit unda.
Mitis ut in morẽ stagni:placidæq; paludis
Sterneret ęquor aquis.remo ut luctamẽ abesset.
i Ergo iter incœptum celerant[i] rumore secundo.
k Labitur uncta[k] uadis abies.mirantur & undæ.
Miratur nemus insuetum.fulgentia longe
Scuta uirum fluuio pictasq; innare carinas:
Olli remigio noctemq; diemq; fatigant.
Et longos superant flexus:uariịsq; teguntur
Arborib⁹:uiridisq; secãt placido æquore syluas.

¶PIERIVS

a ¶Nox æneam Somnusq; reliquit.In antiquis aliquot exẽplaribus,relinquit,per instans:vt conueniat cum surgit.
b ¶Cauis vndam de flumine palmis sustulit.In antiquis aliquot codicibus,sustinet,legitur. Et quod subsequitur.Talis effundit,presenti tempore,quod in vulgatis, Effudit habetur.
c ¶Tuq; o tibri tuo genitor cum flumine sancto tu o genitor.distinguendum esset ex antiquis codicibus,in pronomen & aduerbium vocandi. corriperetur q;,tu, ob subsequentem vocalem,qđ non ideo apposui:quia lectionem huiusmodi probarem,sed,vt codicum tantum varietatem indicarem.Quidem,vt in plærisq; alịs alịs locis,q;, particulam inseruere.Hinc plæriq; codices habent,Tuq; o tybri tuq; o genitor.tam imperite quam absurde. Perinde ac etiam,xancto pro sancto.scripsere. Nam,s,etiã simplex in,x,mutare quorundam mos fuit:vt habetur in veterum monumentis,Cassius xecundus,& alia quædam huiusmodi.
d ¶Quo te cumq; lacus miserantem incommoda nostra fonte,tenet.In Romano codice, tenent, legitur,vt lacus sit pluralis numeri. Non enim adhuc proprium fontem aut lacum nouit.
e ¶Semper celebrabere donis. In plærisq; codicibus antiquis,venerabere,specie latino sermoni insolita.Celebrabere,autem oino melius.
f ¶Adsis o tandẽ & propius.In Romano codice,& in Mediceo, Adsis o tantum:legitur.In aliquot alịs.Adsis & tandem propius.Sed omnino venustius est,o tandẽ.
g ¶Quam longa est nocte.In codicib⁹ aliquot antiquis nõ habeť,est,sed

*enim

SERVIVS

¶Nox æneã somnusq; reliquit: vt Festos vetus cũ sole reliquit Vndã de flumine:palmis sustu lit.Quia dicit etiã nox solo sole polluere vñ est:Et noctẽ flumine purgat nymphæ hic dicendum est:vt generalitatẽ sequat specialitas vt in Geor. Ma tremq; cyrene mater. Nã vitiosum est post spẽm gen⁹ inferre. Tuo genitor cũ flumie: Sic.n.in precib⁹ adesto tyberine cũ tuis vndis. Tyberim vo alịj a rege abo riginũ volũt dem:q iuxta eum dimicãs interẽpt⁹ est.Alịj ab eo rege quĩ glauc⁹ Minois fili⁹ in italia interemit.Alñ inter quos & Liui⁹ ab albano rege q in eũ cecidit.Arcete periclis:hypallage est.ꝓ a me ꝓhibete pericula. Quo te cũq; tenet.l. Lac⁹ est q̃d dã adhuc latẽtis aque receptaculũ & dictus quasi lacuna quedã ex qua erũpẽs aqua efficit fontẽ q cũ fluere cœpit:alueũ facit vñ ista tria dixit alueũ fontẽ lacũ hoc em ẽ: Quocũq; solo pulcherrim⁹ exis:q̃ q̃ multi hoc versu eius supfusionẽ velint significari:iõ aũt hoc dixit æneas qa audierat hic mihi magna dom⁹ celsis caput vrbibus exit. Semper honore meo: Satis æneas pie pollicef:cũ tyberis verecunde popofcerit:ait nãq; mihi honorẽ victor psolues. Corniger flumina ideo cũ cornibus pinguntur:siue q; mugitũ boũ imitaẽ murmur vndarũ:siue q; plærũq; in cornuũ similitudinẽ curuatas cernimus ripas. Hesperidũ regnator aquarum: bene addidit hesperidum:id est italicarũ. Nam erydanus rex est fluminũ hesperiæ vt fluuiorũ rex erydanus fluui⁹ vocatiu⁹ antiqu⁹ est: q apud maiores i oi forma similis erat ntõ:sed mõ aliter est i secũda tm̃ forma.nãq; si ꝓprium fuerit nomẽ et i aũ us habuerit us pdita facit vocatiuũ:vt Terẽti nullo excepto.Si aũt appellatiuũ i emittit vocatiuũ vt pi⁹ pie fluui⁹ fluuie excepto filius: nã fili facit.Plęrũq; tñ poetę euphonię causa antiquitatem sequunẽ.Et ꝓprius:& ꝓprius legiẽ & ꝓpius.Si ꝓpri⁹ familiaris significat:vt & ꝓprius res aspice nostras. Si autem ꝓpius citius.Cice.in verrinis.Nequicq; est propius factum q̃ vt illud exemplum de adriano syracusas inferretur.& hoc est melius Nam & statim est porca cõspecta & æneas non dubitat de fide oraculi:sed poscit celeritatẽ. Tua numina.tua oracula & ꝓmissa.Monstrum :quia subito & cum triginta procellis erit visa.Viridiq; in littore:fluuiali.s. conspicitur sus:Hora.& amica luto sus. sciendũ tamẽ hoc esse vitiosum monosyllabũ finiri versum nisi forte ipõ monosyllabo minora explicentur aialia:vt parturient mõtes: nascet ridiculus mus.Gratiosiores em sunt isti versus secundũ Luciũ:

Tibi

ASCENSIVS

¶Dixit:deinde &c. Postq̃ deus euanuerat & æneas somno & visione leuat⁹ surrexerat.ablutus sacro flumine vota precesq; soluit & remigiũ ad Euãdrum instruit vidẽs fatalẽ suẽ qua iuno nimia fata ad Euãdrũ ꝓficiscit. ASC.
De hac aũt re dicit Donatus sic. Dona.
Nimphę pot sic distingui Nimphę laurẽtes qm̃ ipsę in tpe fuerãt necessarię.deide pone nymphæ gen⁹:amnib⁹ vñ est possumus etiã intelligere esse publicationẽ. Tertia distinctio est vt dicas.Nymphę vt gñalr ꝓferatur. Deĩde ad spẽm redeat & dicat laurẽtes nymphe:q erãt preferẽdę. Genitor honoris cã vel quia subit vt pater cõsuluerat. Quocũq;:lacu & quocũq; fonte.Alterũ ad ei⁹ originẽ: alterũ ad exitũ ptinet. Fõs ẽ aq̃ initiũ Lac⁹ vbi fontis aq̃ colligiẽ.Regnator:vt ostẽdat oibus fluminib⁹ potiorẽ.Placid⁹ & mẽte & flumie ꝓpter nauigationẽ.Mõstrũ.i.qđ est cõtra rõnẽ naturę. Mactat.Prius sistit:deinde mactat.Ergo ordo est. Quã æneas tibi ad aras cũ grege sistit & cũ grege mactat:vt intelligaẽ etiã fœt⁹ mactasse.Hęc ille. ¶Ordo Ordo.
est.Dixit fluuius.i.tyberin⁹ de⁹ fluuịj:aut si legiẽ fluuịj vt sit dixit.s.tyberinus deinde ꝯdidit.i. abscõdidit & imersit se alto.i.ꝓfundo lacu.i.receptaculo aquarũ fluuịj.sed quia paulopost fluuiũ ꝓ deo ponet sequerer priorẽ cõstructionẽ petens.i.adiens ima.i.ꝓfundũ: nox & somnus reliquit æneã id est oriente die expergiscẽ surgit & spectãs lumina solis ętherei.i.celestis (qa etiã apud iꝰeros solem dixit invi.solemq; suum sua sydera norunt)orientia scilicet cum sole sustulit.i.sursum tulit rite.i.iuxta morẽ sacrificãdi: palmis cauis.i.in concauitatem ꝯtractis: de flumine.s.tyberino: vndam id est aquam recentem.ac effudit ad ęthera tales voces.i.præces.O nymphę.s.quecũq; estis: nymphę inquit laurentes id est quę pestis fontibus & amnibus laurentibus : vnde.i.a quibus: genus.i.ortus est omnibus id ẽ fluuịjs circundantibus. hoc est quibuscũq; aquis currentibus. nymphæ enim sunt nymbi & nubes quæ aquas producũt currentes & tu o tybri genitor:id ẽ pater fluminis huius aut paterna veneratione digne.cum tuo sancto flumine.i.simul & tu & flumen tuum sanctum accipite æneam scilicet me: & arcete tandem periclis:scilicet ingruentibus. Alludit ad historiam coclitis qui se de põte sublicio cũ simili fere comprecatione in tybrim precipitem dedit vt recitat Liuius. Quocunq; fonte lacus.id est vndecunq; effusus sit lacus qui te tenet:id est vbi habitas: & quocunq; solo.i.terra tu exis existens pulcherrimus: tu celebrabere.i.cũ celebritate

honorabere

☞ honorabere semp meo honore.i.mea honoratiōe & veneratione & donis.s.meis.tu inqt celebrabere exitēs fluui⁹ corniger.i.cornua gerēs.i.similitudinem cornuū in littorib⁹ in curuis regnator.i.tenēs regna & principatū aquarū hesperidū.i.italicarū:licet em̄ pad⁹ maior sit:vn̄ pri⁹ in Georgicis. Fluuiorū rex eridan⁹ &c.tn̄ ꝑpter romā & ceteras vrbes tyberis ē regnator: aut dicamus ęneā nōdū vidisse padū aut padū nō attingere potiorē ptē italiæ:& hoc mō construēdo nō est op⁹ dicere fluui⁹ esse vocatiui casus. Adsis.i.auxilio sis igit̃:o,optātis est:tādē.i.post tāta mariū pericula:& firmes tua numina.i.diuina munera nobis oblata ꝑpt⁹.i.familiari: ipse sup.æneas memorās.i.loquēs aut poti⁹ locut⁹ sic:legit de classe.i.oi ex nūero nauiū biremes.i.naues duorꝫ ordinū remorꝫ geminas.i.duas & pares.& aptat remigio.i.ad remigiū.i.vt possint remis agi:aut aptat remigio.i.remis aptā facit & instruit simul socios armis.Autem pro sed:ecce.q.d.de repente & ex improuiso monstrum subitum atqꝫ mirabile.s.sus cādida.i.penitus alba:concolor.i.eiusdem coloris cum fœtu.s.triginta capitum albo ꝑcubuit per syluam & cōspicit̃ oculis.s.ænecꝫ:in littore viridi.i.virenti aut gramineo:quā æneas pius.s.in deos etiam erga iunonem inimicam mactat subito em̄ pro quia:mactat tibi.tibi inquit O maxima iuno ferens sacra.i.sacrificās aut offerens pro sacrificio:& sistit.i.stare facit eam cum grege.s.suculorū:ad arā.s.tibi extructā Tybris.s.deus fluuij:lenijt.i.lenē & tranquillum efficit ea nocte q̃.i.quantum longa sup.fuit:fluuium.s.tyberini tumentem.i.inflatum prius & sup.fluuius refluens.i.ortum petens fluxu suo vnda tacita.i.sine murmure rediens substitit.i.mansit stans ita.i.vsqꝫ adeo mitis.vt sterneret idest sternēdo se faceret:æquor.i.planiciē:aquis.i.in ipsis aqs: in morem.i.ad similitudinem stagni.i.aquę stantis &paludis.i.aque palustris:placidę.i.tranquillę & non motę vt.s.luctamen abeisset remo.i.vt non esset luctandum remo cum aquis aduersis & defluentibus cum nauis ascenderet.Ergo.i.quia vident fluuium tam conuenientem:ipsi celerāt.i.celeriter transigunt:iter idest profectionem ad euandrum:rumore secundo.i.cum prospero murmure aut bona fama:aut rumore.i. secreto sermone inter troianos de fœlici profectione:aut rumore pro rumone.i. tyberi secundo.quia refluo vt sit abies.i.nauis ex abiete facta vncta.i.picata:labitur.i.celeriter agitur:vadis.i.per vada tyberis:rumone.i.ipso tyberi secundo.i.iam refluo & ita idoneo ad nauigationem:vnde mirantur.s.tam celerem nauis ascensum: & nemus insuetum.s.videre talia:miratur scuta virum.i.virorum.s.fortium fulgentia:longe.i.de longe:& carinas pictas:qa troiani omnia expolita semper habuerūt vnde & molles iudicati sunt:innare fluuio.s.tyberi:olli.i.omnes illi:fatigant remigio.i.remigando:noctem & diem.i.totam tempestatem donec peruenerant ad euandrum.& superant.i. transcendunt longos ☙ flexus.s.

✱em̄ figuratam illam priorem lectionem agnoscit Serui⁹.

h ¶Lenijt & tacita.In Ro.codice more suo,lenit,vnico,i,qđ vel oblonga figura scribi debet,vt pro duobus accipiatur sicuti,Memor benefici,vel spondeus est κατα συναίρεσιν. Sed magis placet,lenijt,dactylus.

i ¶Ergo iter inceptum celerant.In plerisqꝫ cod.ant. peragunt legitur,vtrumqꝫ placet,sed melius,celerant.In Med.celebrant,quod cū eo quadraret,quod sequitur rumore secundo.Quod vero aiunt interpretes rumore secundo.i.bona fama,nihil ad virgilianā sententiā facere videt̃.Nam rumor hic pro plausu ponitur.

k ¶Labitur vncta vadis abies.In codicibus aliquot antiquis vda non vncta legitur.Sed,vncta,magis propriū,quo epitheto alias etiam Poeta vsus est ad pingendas nauis.Natat vncta carina.Quod vero subiunxit,vndas & nemus mirari,secundum Pythagoræ disciplinam dictum,qui putabat omnia spiritū vegetationis habentia,posse mirari:

☙Tibi enim.Vacat em̄ ... ad ornatū pertinet:integrū ... ergo tibi vt ex iteratiōe ... augmentum.Terē.Omnium ... sis: Maxima iuno: Quęritur ... quę sit iuno maxima.Nam vt ... diximus variæ sunt eius potestates:vt curetis lucis matrona regina & dicūt Theologi ipsam esse matrē deum q̃ terra dicitur. Vnde etiam ei porca sacrificat̃. Ergo perite elegit epithetō:vt maxima diceret Mactat:mactatio post immolationem:vnde bono vsus est cōpendio. Sane hysteron ꝓteron est in hoc versu.Primum em̄ cum grege sistit ad aram & sic mactat.i.auget perficit.Quam longa est nocte:in quantum longa est vt nunc hyemē inter se luxu q̃ longa foueret.Refluens,velut in alueum suum recurrens:vt æneas contra vndas pergens:descendentis celeritate prope modum vteretur. Aequor aquis:ipsius ęqualitatem.Rumere secundo.hoc est bona fama:cum neminem læderet:aut certe dicit eos anteuenisse: quam fama nunciaret esse venturos:aut rumore pro rumone posuit:nam vt supra diximus rumō est dictus:vnde & ficus ruminalis ad quam eiecti sunt Remus & Romulus:quæ fuit vbi est nunc lupercal in circo.hac enim labebatur tyberis antequā Neptuno factis sacrificijs auerteretur: q̃uis ficum ruminalem alij a Romulo velint dictam:quasi romularē:alij a lacte infantibus dato.nam pars gutturis ruma dicitur:Ergo si fuerit rumone secundo:fauente fluuio intelligimus. Labitur vncta vadis abies discedentis celeritate prope conscendit.Sta.de disco.similisqꝫ cadenti Crescit in aduersum.Mirantur & vnde.Laus Troianorum per phantasiam quandam ex vndarum vel rumonis admiratione venientem.Noctemqꝫ diemqꝫ fati.vt syluasqꝫ fatigant:pro ipsi fatigantur Superant flexus:hic ostendit nō esse alueum fluminis rectum.Varijsqꝫ teguntur arbori.hoc est Hic inter fluuio tyberinus amœno.Secant placido æquore syluas: ostendit adeo perspicuam fuisse naturam fluminis vt in eo apparerent imagines nemorum:quas troianæ naues secabant Terentius sic est natura fluminis:vt obuias imagines receptet in lucem suam.

☙flexus scilicet tyberis incurui:& tegunt̃ varijs arboribus scilicet in littore stantibus:& secant id est intercidunt cursu suo æquore placido id est per aquas tyberis ęquas id est prostratas & tranquillas.siluas id est vmbras arborū virides.vt salignas in littore crescentes.hoc est ferunt̃ per medias arbores quæ omnia afferuntur a poeta ad hoc vt verisimile faciat in tanta coniuratione æneam potuisse saluum cum paucis ad Euandrum peruenisse.Nam propterea dicit fluuium fuisse refluum & tranquillum a deo redditum:studio summo annauigasse:occultos fuisse arboribus & siluis frondosis rumorem fuisse:secundum vt.s.siquis eos vidisset nihil mali suspicatus fuisset.

SERVIVS

SER. ¶Sol mediū cœli cō.igneus alterius.s.diei. Cū muros arcēqꝫ ꝑcul:Palatinū vidit nec situm pręsentem cōsiderare debemus tūc em̄ nullis obstantibus. ædificijs per lupcal tyberi vt diximus fluente:facile mons poterat videri palatinus: Forte diē solēnē illo: εὐσυμβόλως.i.bono omine victori deo troianis venietibus sacra celebrant̃ bona etiā vsus est œconomia. Amphitryoniadæ magno diuisqꝫ fereb.Satis perite:nam cum cuiuis deo sacrificaret̃:necesse erat post ipm etiā reliquos inuocari. Ante vrbē: scđm antiquum sitū.Tum em̄ ciuitas breuis fuerat.Pallas huic filius ꝑ cū hoc. Nota. Iuuenū primi paupqꝫ senat⁹:totam ostendit ætatē:nā ꝑ senatū seniores significant̃.Pauper autē aut ad numerum retulit.cētū em̄ sub Romulo fuerūt.aut reue ☙ ra pauper



¶Sol medium cœli conscenderat igneus orbem:
a Cum muros arcemqꝫ a uident:& rara domorum
Tecta procul:quæ nunc romana potentia cœlo
b Aequauit:tum res inopes Euander b habebat.
Ocyus aduertunt proras:urbiqꝫ propinquāt.

ASCENSIVS

¶Sol medium &c. Docet quomodo applicuerūt classem ad regiam Euandri quæ tūc humilis & modica erat vbi nunc Roma est:ante cui⁹ muros dicit in aduentu æneæ sacrificium fieri herculi quo turbato.s.nō intermisso concursum esse ad naues ignotas:cognitoqꝫ æneæ dexteras datas vnde habem⁹ hęc Donati.Pauper senatus & numero & opibus intellige. Audax nō temerarius sed propria virtute cōfidēs.Et ꝑcul cū assiduū bellum gererēt:cū gēte latina non mirū si anxie cuncta explorarēt O iuuenes oratio necessaria in tanto metu iterrogationibus ... na. Quo tenditis:qa ex de... videbat illos velle descendere. Superbo:quia iniustum ... gos:vt ostendat iuxta peregrinos inimices Dicite:quia non solus in tāto tumultu venerat ☞ palla.

c Forte die solemnem[c] illo rex Arcas honorem
Amphitrhyoniadę magno diuisq; ferebat:
d Ante urbem in luco: Pallas[d] huic filius: una
Vna omnes iuuenum primi: pauperq; senatus
Tura dabant: tepidusq; cruor fumebat ad aras:
Vt celsas uidere rates: atq; inter opacum
e Allabi nemus: & tacitis[e] incumbere remis:
Terrentur uisu subito: cunctiq; relictis
Consurgunt mensis: audax quos rūpere pallas
Sacra uetat: raptoq; uolat telo obuius ipse
f Et ꝓcul e tumulo: ¶ iuuenes: que causa[f] subegit
Ignotas tentare uias: quo tenditis inquit?
g Qui genus[g]? un̄ domo? pacem ne huc fertis an arma?
¶ Tū pater Aeneas puppi sic fatur ab alta.
Paciferæq; manu ramum pretendit oliuæ.
¶ Troiugenas ac tela uides inimica latinis:
Quos illi bello profugos egere superbo
Euandrum petimus: ferte hæc: & dicite lectos
h Dardaniæ uenisse uiros[h] socia arma rogantes.

Pallas. Hec ille. ¶ Ordo au-
... est. Sol igneus. i. ignei colo-
... aut ardēs vt in serenitate fie-
ri solet conscenderat mediū or-
bem cœli. id est iā meridies erat
... circa dicit igneus: aut me-
... orbē cœli. i. hemispherium
... tpe matutino oriens &
igneis coloris insignū serenita-
tis future: qd' magis placet qa
vult dicere cū primū lux data ē
eos vidisse muros oppidi pal-
lantei cū. i. qn̄ ipsi sup. troiani:
vidēt ꝓcul. i. cū adhuc lōge es-
sent & ita qa eos offendebāt rē
sacrā tractātes vo sise est de ma-
tutino loq: & arcem: & tecta do-
monī rara: q. s. rara tunc tecta. i.
rara domicilia potētia romana
equauit. i. eqparauit nunc cœlo
ita vt roma cœlū mercat' dici:
vn̄ in Bucco. Vrbē quā dicunt
romā &c. sed euāder. s. arcas. ha-
bebat. tū. i. tūc sup. illic res ino-
pes. i. tenues & mod. cas. Ipsi ad-
uertūt. i. applicant oci⁹. i. celerit'
pras. i. priores nauiū ptes & ꝓ-
piquāt vrbi. i. ad vrbē. Rex Ar-
cas. i. euāder ferebat. i. offerebat
forte illo die: nō ergo forte fere-
bat sed forte illo die ferebat q̊
troiani aduenerāt ferebat dicit
āphitryoniade. i. āphitryonis fi-
lio putatiuo videlicet herculi
Iouis ex alcmena āphitryonis
ꝯiuge filio: vn̄ addit magno. s.
sine exēplo & diuis. s. reliqs aut
cœlestibus dijs. honorē solēnē:
id est sacrificiū. an̄ vrbē. s. pallā-
teā in luco. i. silua icedua hercu-
li consecrata Pallas fili⁹. s. euan-
dri vna. i. simul cū pr̄e & oēs pri-
mi iuuenū. i. pricipes iuuētutis:
& senat⁹ paup. i. pr̄es seu senio-
res qui grece psbvteri dicunt' &
tūc paupes erāt dabāt vna. i. si-
mul tūctura. & cruor trepid⁹. s.
ex mactatis hostijs fumabat ad
i. iuxta aras Vt. i. postq; ipsi vi-
dere rates. id ē naues celsas. i. al-
tas allabi iter nem⁹ opacū. i. sil-
uosū & icūbere remis tacitis. i.
nihil murmuris faciētib⁹ quasi
adoriri & p insidias iuadere vel-
lēt terrēt' visu subito. i. ex iopi-
nato orto: & cūcti cōsurgūt. s. a
sacrificio mēsis. s. deoꝝ ad quas
solēnes epulas ponebāt relictis
q̊s pallās audax. i. ꝓpria virtu-
te cōfisus vetat rūpere. i. iterrū-
pere sacra. i. sacrificia: id em̄ ne-
phas putabat': & ipse. q. d. cum
paucis relictis. s. cæteris: volat
obui⁹. s. aduētātib⁹ telo rapto. i.
qd' primū iuenit accepto. Et ꝓ-
cul. i. cum adhuc ꝓcul esset qd'
a temeritate eum purgat. (cum
em̄ assidue gereret bellū cū lati-
nis imprudēter egisset si in eos
insiluisset) inqt e tumulo. i. col-
liculo: o iuuenes: quia seniores
māserāt in sicilia: & tali expedi-
tiōi iutiles erāt q̄ cā subegit vos
tētare vias ignotas. quia insue-
tas. quo tēditis: q gen⁹. i. scd'm
gen⁹ hoc est de q̄ gn̄e. i. vn̄. i. de
qua domo: ne. i. an affertis pacē
an arma. i. bella: Aeneas pr̄ fa-
tur tū sic ab alta puppi: & ptēn-
dit. i. pre se extendit ramū oliuę
☞ pacifere

✱ ra pauperq; Romani impe-
rij ostēdit' parsimonia ꝓ laude
tūc habita. Tepidusq; cruor: fru-
stra qdā cruorē pecud' i sangui-
nē hoim volūt: Nā Iuue. ait san- Iuuena.
guis & a magno ceruix ferēda
ministro: Vergil. atq; atros sic-
cabat veste cruores. Celsas vide-
re rates: qa diximꝰ geminasq; le-
git de classe biremes. Inter opa-
cū allabi nem⁹: p nem⁹: vt hic
iter fluuio Tyberin⁹ amœno: et
est honesta elocutio vt si dicas
iter cœnā locut⁹ sum. i. p cœnā
Tacitis remis: ꝓ ipi taciti: hoc ē
sine celeumate Audax q̊s rūpe-
re Pallas Sacra vetāt: ne iterru-
ptione sacrificij piaculū cōmit-
teret': vn̄ etiā in tertio Helenus.
ne qua iter sctōs ignes i honore
deorū hostilis facies occurrat.
Deniq; cū ludi Circēses apolli-
ni celebrarent': & Hānibal nun- Vn̄ de-
ciat⁹ esset circa portā collinam ductum
igruere: oēs raptis armis cōcur- sit ꝓuer-
rūt: reuersi postea cū piaculum bium.
formidarēt: inuenerūt saltātē i Salua
circo senē quēdā q cū iterroga- res est.
tus dixisset se nō iterrupisse sal-
tationē: ductū est hoc ꝓuerbiū
salua res est saltante sene. Auda-
cem aūt dixit vbiq; Verg. q̄tiēs
vult ostēdere virtutē sine fortu-
na vn̄ etiā turnū audacē vocat.
Iuuenes q̄ causa. s. succīcta & ple-
na iterrogatio: cui p singula re-
spōdet æneas. Qui ge. quo gene-
re. Vn̄ domo: de q̄ ciuitate. An
arma. tropum fecit causa metri
nā cōsequēs erat vt diceret an
bellū. Paciferęq; manu ramū p̄-
tēdit oliuæ: ne morā faceret re-
spōsionē Tela vides iimica: bo-
na ꝯciliatio: nā audierat Hi bel-
lū assidue ducūt cū gēte latina.
Quos illi bello ꝓfugos. Sicut et
vos: & mouet cōciliationē etiā
ex similitudine fortunæ. Ferte
hæc: hoc ad ramum pertinet.
Dicite ad verba.

¶PIERIVS

a ¶Cum muros arcēq; procul & rara domorum. In Oblōgo codice peruetteri, & quibusdā alijs, arces, legit' numero multitudinis, vt referat' ad colles septem, vel ad illud Septēq; vna sibi muro circundedit, arces, Nam rara domorū tecta vident, quæ nunc Romana potentia cœlo æquauit. Est autē pro, & rara, in Romano cod. & in Mediceo, ac, b ¶Euāder habebat. In Romano, & in Mediceo, euandrus. Nā euāder, vocatiui casus esse volunt, pro euandre, κατα μεταθεσιν, Reliqui tamen codices euander habent nominatiuo casu. Voluntq; alij, euādre, in vocatiuo fieri κατα μεταθεσιν vt illud, Nā tibi tymbre caput, quod agnoscit Probus. Sosipater tamen Carisius ita scribit Alexāder, Teucer dici debet. Sed & Alexandrus, & Teucrus dici possunt. vt Vergil. Teucrus & Euandrus, secundum illā scilicet rationem, qua nomina gręca in, os, exeūtia. latine i, us, exire Aurelio placet. Contra quam regulam a græcis αγροσ, idem a nobis ager dicitur. Ideoq;, vt in his, & cæteris consuetudo sequenda est. Sed enim super hoc latius habetur libro tertio, eo versu, Teucrus rheteas. c ¶Forte die solennem illo. In Romano codice. Solemne, genere neutro legitur, quod minime placet. d ¶Pallas huic filius vna. Quod in veteribus aliquot codicibus, Pallans scriptum inueniatur, nō est præter alicuius ætatis consuetudinem. Nam præterea, quæ alibi retulimus, in antiquis inscriptionibus obseruata. Romæ apud Marium Melinum magnæ celebritatis Patricium, hospitem olim meum officiosissimū in antiquissimi monumenti Titulo vidi, Pallans. per, n, scriptum. Est vero cippus is pulcherrime elaboratus opere Corinthio, omnium, quæ ad hanc diem viderim lasciuissimo, cuius inscriptionis verba singula in hunc modum habent.

VOLVSIAE
ARBVSCVLAE
PALLANS. Q. N.
A. FRVM.
CONTVBERNALI
CARISSIMAE. ET. SIBI.
In cuius basi est
PREMISSV. DEC.

¶Alibi etiam nomen id hoc pacto scriptum in veterum monumentis obserui, præsertimq;, ll, duplicato, quod iam plæriq; non illiterati viri simplici, l, scribere cœperunt. Sed enim non sum nescius veteres inscriptiones huiusmodi plærumq; variare, litteramq; ipsam, n, non modo superaddi solitam, verum etiam, vbi ex analogiæ ratione sit adscribenda, plærumq; reijci, vt alibi factum in nominibus, Infas, & clemes, ostendimus. Sed quamuis ita veteres scriptitauerint, Probus tamen Valerius nomen hoc in, as, terminari tradit. Et hunc locum citat vt, as, longum ostendat. Qui si, ans, per, n, &, s, agnouisset, non hoc vsus esset testimonio. Alibiq; errare eos dicit, qui putant, Pallantis genitiuum a recto, pallans, per, n, litteram, & Palladis a Pallas, absq;, n, deduci, quas voces accentu tantum distingui monstrat, quum Pallas, Dea sit oxyto nō, Pallas, heros, paroxytonon, De terminatione vero eorum nominum, quæ sunt infas, et clemes, satis est libro primo dictum. Huiusmodi vero generis est etiam. Pregnas. quod per, as, absq;, n, in antiquissimo codice Terentiano scriptum in Ecyra legi eo loco, Nam abducta a vobis, Pregnas fuerat filia Sane apud Sosipatrum Carisium, vbi vtrum Partium, an partum genitiuo plurali a pars partis dicendum sit, quæritur, Plinij verba referuntur dicentis consuetudinem iam, Partium, proferre cœpisse, vt Pregnatium, & optimatiū, Vbi videt' etiā Pregnas pregnatis, vt Optimas optimatis a Pli. agnitū.
✱ illud pro

✱ Illud pro corollario addere visum est, quod in eodem codice Terentiano, qui est in Bibliotheca vaticana, qui subsequit versus, post eum, quem paulo ante citabamus. Neq; fuisse pregnatem vnq; ante hanc sciui diem. absq; dictione, Pregnantem notatus est, vt ita legatur. Nam abducta a vobis, pregnas fuerat filia, Neq; fuisse vnquam ante hāc sciui diem. Quam lectionem ex peritis nonnulli plurimum approbarunt.. Sed em̄ animaduertendum, non esse locū Pyrrhichio in senario versu, nisi bis synalepha scandere voluerimus, primo loco Tribrachū statuentes, in hunc modum. Neq; fu.iuss.un.quam an.te hanc. sciui.diem. Verum hæc in medio relinquere cōsiliū est, quæ sola sibi longū orationis apparatū exposcerent, tam multa apud eum quoq; auctorē sunt iniuria temporū labefactata. e ¶ Allabi nemus & tacitis incumbere remis. In Ro. codice & aliquot alijs, tacitos, legitur quippe viros. non tamen displicet, tacitis remis. f ¶ Quæ causa subegit ignotas tētare vias? In antiquis aliquot exemplaribus, quæ cura, legitur. Sed, caussa, magis pla ☙ cet. Ea

☞ pacifere. i. pacem afferre solite: quod & colūba a Noe emis sa significauit: fatur inquit dicens: tu vides troiungeas. i. troianos in troia genitos: ac tela. i. arma inuasiua. s. inimica latinis. s. quibus & vos inimici estis: quos. s. troiugenas profugos. ... a patria sua illi. s. latini egere lacessiuere aut expulsere superbo bello. i. ai sumpto per superbiam nos petimus euandrum. s. ... gem ferte. s. vos omnes: hæc. s. pacis indicia videlicet ram... ue: & dicite: viros dardaniæ. i. troianæ patriæ lectos. i. electos venisse. s. ad eum: rogantes arma socia. i. socilia in latinos.

☙ cet. Ea em̄ ab aenea refertur: eo versu. Quos illi bello profugos egere superbo. g ¶ Quod genus. In antiquis aliquod codicibus, Qui genus, non ineleganter positum. In aliquot alijs Quis genus, qđ alijs diligētius examinādū relinquo. h ¶ Dardaniæ venisse viros. In Ro. codice, & aliquot alijs, duces, legit pro viros. In plerisq; vero codi. vel hæc, vel illa dictio abrasa discernitur. Sed enim, duces. omnino magnificētius est.



[a] ¶ Obstupuit. tanto perculsus[a] nomine Pallas.
[b] ¶ Egredere[b] o quicūq; es (ait) corāq; parentem[c]
Alloqre: ac nostris succede penatibus hospes.
[d] ¶ Excepitq;[d] manu: dextrāq; amplexus inhæsit.
Progressi subeunt luco: fluuiumq; relinquunt.
Tum regem æneas dictis affatur amicis.
¶ Optime graiugenum: cui me fortuna precari
Et uita comptos uoluit pretendere ramos.
Nō equidē extimui danaum q; ductor: & Arcas
Quodq; a stirpe fores geminis cōiūctus Atridis:
Sed mea me uirtus: & sancta oracula diuum
[e] Cognatiq; patres: tua terris dedita[e] fama
Coniunxere tibi: & fatis egere uolentem.
Dardanus iliacæ primus pater urbis: & auctor
Electra (ut graij perhibent) atlantide cretus
[f] Aduehitur teucros: Electram maximus[f] Atlas
Edidit: æthereos humeros qui sustinet orbes.
Vobis mercurius pater est: quem candida maia
[g] Cyllene[g] gelido conceptum in uertice fudit:
[h] At Maiam (auditis si quicq̄[h] credimus) Atlas
Idem atlas generat cœli qui sydera torquet.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
His fretus: non legatos neq; prima per artem
[i] [k] Tentamenta[i] tui pepigi: meq;[k] ipse meumq;
Obieci caput: & supplex ad limina ueni.
Gens eadem quæ te crudeli daunia bello
Insequitur: nos si pellant nihil abfore credunt
Quin oēm hesperiā penitus sua sub iuga mittāt:
[l] Et mare quod supra teneant: quoq; alluit[l] infra

SERVIUS

SER. ¶ Tanto perculsus nomine: dardani. s. cōmemoratione. Quicūq; es. hoc ad nomē æneæ pertinet. nam esse troianos audierat Dextramq; amplexus inhesit. ostendit virū & virtutis & hospitalitatis amatorē: Subeūt luco fluuiumq; relinquūt hypallage in sensu. Optime graiugenum: q̄tum ad æneam pertinet græci neq; boni neq; meliores sunt. Ergo optime graiugenum superlatiuus est pro positiuo: nam optimus malorū non possumus dicere. ¶ Poe. Superlatiuus em̄ suo tm̄ iungitur generi sic ergo ¶ Pallas. dixit: vt Homer⁹ δικαιωτατοσ κειταυρωυ. i. iustissimus cētaurorum pro iustus cum centauri Cui præcari. fuerit crudeles & impij. Cui me fortuna precari: antiquum est: ¶ Poe. nam modo quem precari dicimus. Teren. Credo qui mihi sic oret. Item facite vt vobis decet: ¶ Aen̄. Salu. Locum editiorem q̄ victoribus decebat: & est grecum ευχεο απολλωνι. Vita comptos ramos: vt in pacis petitione ramus oliuæ cū vitis offerat partim fabulæ partim naturæ efficit ratio nā cū de noīe athenarū Neptūnus & Minerua contēderēt: & iussisset iuppiter vt illius noīe diceret ciuitas: q mun⁹ melius obtulisset: equum Neptūnus oliuam Minerua protulit: & statim vicit: vnde cum ram⁹ eius alicui offertur: indicat eum Oliua pacifera esse meliorem: hinc est illud puerbium. Hærbam do. i. cedo victoriam quod Var. in ærijs ponit cum in agonibus hærbam in modum palmæ dat aliquis ei cum quo contendere non conatur & fatetur esse meliorem. Vittas autem habet ramus oliuæ: ideo vt inertiam & imbecillitatem ostendat offerentis. Scimus em̄ oues egere alieno semper auxilio. Voluit: hinc eum laudat q; tantus eum vir rogare compellitur: Danaum q; ductor & arcas: nec q; multitudinem haberes extimui nec q; esses arcas vt illuc hoc tendat. id est Agamēnoni & Menelao cōiunctus & hoc ad Euandri laudem pertinet qui per qualitatē morum meruit non timeri. Fores. pro fuisses: sed notandū fores de preterito. Mea me virtus: Hæc arrogatio ad honorē Euā ☙ dri pertinet.

ASCENSIVS

¶ Obstupuit tāto perculsus nomine Pallas. Egredere o quicūq; es ait: coramq; pa. Docet beniuole acceptū æneā ad Euandrū adductum coramq; eo disertam hūisse orationē: circa quē locū habemus ex Donato verba hec Quicūq;: ad hoīem non ad originē referas. Coramq; parentē allo. Optime summū iudicium seruat parenti & regi. Vt graij perhibent: vt hoc tuorum testimonio probē. Idem atlas: ne similitudie nominis falso idvsurpare videretur. Obieci: cum petiturus essem quæ etiam tibi salutaria essent non expaui. Nam cum gente tibi inimica & crudeli bellū gero: & dicendo vnā gentem extenuat timorem belli. Accipe daq; fidē: summe auxiliū & da. Fortia pectora & animi: nam in bello animi fortitudo & corporis robur requiritur Spectata de qua iam factum est periculum. Sic ille. ¶ Ordo autem est. Pallas scilicet fili⁹ euādri: perculsus seu percussus tanto nomine: id est tanti nominis commemoratione: scilicet dardaniæ: sciuit enim dardanū ab Ioue ortum. obstupuit: id ē ob stuporē fixus hæsit: & ait o quicunq; es egredere & alloquere parentem coram: id est in presentia eius. ac succede hospes: id est iure hospitalitatis: nostris penatibus: id est laribus: & excepit: scilicet æneam e naui. manu: scilicet sua: & amplexus dextram inhæsit id est moram traxit in amplexu quod amoris indicium est: ipsi progressi: id est postq; processerant: subeunt luco. id est subintrant lucum vbi sacrificia fiebant herculi: & relinquunt fluuium quod nō vacat quia posset lucus esse ad fluuiū sed est hypallage secundū Seruium. Tum: id est deinde æneas affatur regem: scilicet euādrum dictis amicis. id est amicabilib⁹. O optime graiugenum pro graiugenarū: id est a grecis aut inter grecos genitorum: cui id est ad cuius honorem & gratiam: fortuna voluit me precari: id est humiles preces fundere: & supplicem esse. (Nam aliter diceret: quem me fortuna p̄cari &c.) & cui voluit me pretēdere: id est vt pretenderem: ra ☞ mos.

Accipe:daq; fidem:sunt nobis fortia bello
m Pectora:sunt animi:& rebus m spectata iuuētus.

PIERIVS

a ¶Obstupuit tanto perculsus nomine Pallas. Ne repetam amplius, Obstupuit, eo me uertam quod, percussus. in antiquis codicibus habetur a percutio. Quod vero isti percelle re, vnde perculsus ad animum tantum spectare dicūt, apud Ouidium quinto Metamorphoseos legas. Stipite qui media positus. fumabat in ara, perculit, quod quidē nulli non b videatur ad corpus pertinere. b ¶Egredere o quicūq; es. In Romano codice sententia nō profertur per dissolutum. Sed coniungitur cum obstupuit copulatiua particula adiecta hoc pacto. Et gradere o quicunq; es ait. Sed enim egrede c re, video magis eruditis placere. c ¶Coramq; parente alloquere. codices plærīq; veteres, parente, legūt ablatiuo casu: vt sit coram parente. Sed mihi magis placet, parentem d adloquere, vt est in Romano cod. & alijs optimis. d ¶Accepitq; manu dextrāq;, āplex⁹ ihęsit. In plerisq; cod. antiqs excepitq; manu dextraq; & pro āplexus. sunt codices, in q; bus, implexus, legitur: quę lectio cum dextra ablatiuo con e ueniret. Sed em, amplexus. plures fautores habet. e ¶Tua terris dedita fama. Præteribo quod in antiquis aliquot codicibus, debita, legitur, quum, Didita, in emendatioribus habeatur: quod Seruius etiam agnoscit in codicibus emendatis: dumq; exponit, didita, diuulgata: vt illud. Diditur in terea Troiana per agmina murmur. Lucretianum id quidē verbum, & in hoc significato ab vtroq; horum sæpissime f positum. f ¶Maximus atlas. In Ro. codice, maxim⁹ atlās. de cuius scriptiōis ratione plæraq; diximus in primo Aeñ. Succurrit vero nunc marmor simili ratiōe inscriptum, qđ elegantia ingenia subiectum hic nō aspernabuntur.

ASPRENANS . CALPVRNIVS
TORQVATVS . PATRI . SVO.

Fuisse enim in huiuscemodi nomine verā lectionem, asprenans apud antiquiores, fatentur omnes. tum in æde Diuæ Ceciliæ trans tyberim, asprenatis cæsiani, legitur absq;, n, g obliquo casu. g ¶Cyllenes gelido conceptum in vertice fudit. In ātiqs cod. ptim cyllene, ptim, cyllenę, legiť, Et cō h ceptum vertice: absq;, in, quod non placet. h ¶Auditis si quicquam credimus atlas. In codicibus aliquot antiquis, si cuicquam credimus atlās, legitur. Sed, quidq;, magis placet i & atlas, absq;, n, scribi dictum i ¶Tentamēta tui pepigi. In antiquis plærisq; codicibus, temptamenta, per, mp, legitur: quam scribendi rationem: præter omnium fere codicū antiquorum congeriem. In aliquot etiam marmorū inscriptionibus obseruaui: cuiusmodi ea est. Eius monimēti partem alienare temptauerit. Sed em vbi ita scriptū inuenitur: alia quoq; præter eruditorum vsum inspiciūtur. Nos itaq; tentamenta, scribamus: vt omnes fere notæ melioris homi k nes hodie scribunt. k ¶Me me ipse, meumq; obieci caput. In antiquis aliquot codicibus, memet, legitur: de primæ vero syllabæ quantitate vide Valerium Probum: & obseruatum a grammaticis, tutemet, esse da stylum: quod eiusdem est proportionis. Missum faciam, capud, per, d, in antiquo quodam codice passim notatum. Nam de litteræ illius mutatione satis superius dictum. l ¶Quodq; alluit. In antiqs abluit. quod non ita placet. Est em hic ablure, vel alluere, m quo frequēter vtiť Plinius in hāc sententiam. m ¶Et rebus spectata iuuentus. In codicibus nonullis antiquis, e rebus, legitur. Sed enim sententia videtur, et exposcere.

…moes scilicet oliue comptos vitta scilicet lanea in signum (vt Seruius dicit) inertie: aut quia potentis opus habeā opibus Egenus. id est ego quidem hoc est certe non extimui. q̄ id est quia ductores. id est esses ductor: danaorum: id est græcorum & arcas natus: id est ex arcadia oriundus: & q̄ fores coniūctus geminis Atridis a stirpe: id est origine generis: sed mea virtus quę: scilicet displacuit & fiduciam mihi fecit. & sancta oracula diuum: id est diuorum: & patres. id est maiores nostri cognati: id est de ea dem stirpe nati. & fama tua dedita: id est diuulgata & dimissa terris. id est per terras. (Nam sicut dare ē dicere & mittere. ita dedere. quasi didere in diuersa dicere & mittere) coniunxere tibi me: & egere: id est impulere me volentem: fatis scilicet sic iubentibus (quia vt dicit Seneca: fata volentem ducunt: nolentē trahunt. Quicquid autem fatale est quantum ad fata est necessitatis: quia etiam inuito omni mortali fiet. Nam fata viam inueniunt: sed quantum ad libenter facientē voluntatis est & ita dixit egere quantum ad fata: & volentem quantum ad obediētem libenter: vnde necessitatis est mori. sunt tamen qui voluntarie moriuntur suntq; qui coactū tātum) docet autem quomodo habeant cognatos patres dicens. Dardanus primus. id est q̄ pręcipuus (nā teucer prior erat) pater vrbis iliacę. id est troianę & author iliacę vrbis. cretus: id est progenit⁹ (vt graij. id est gręci: quasi dicat authores vestri: phibent. id est attestātur) electra atlantide: id est atlātis sed itali filia aduehitur teucros: id est ad eos qui & teucri tunc dicebantur Atlas maximus (hoc poeticæ: nam nō mauritaniæ rex sed italiæ hanc Electrā genuit Poetarum autē est omnia que vni⁹ nominis hominib⁹ attribuunť vni attribuere) edidit. i. progenuit: electram: atlas inquit qui sustinet. id est sursum tenet & portat humero: orbes æthereos id ē cœlos. Mercurius est pater vobis: scilicet arcadibus (nam mercurius ex nicostrata euandrum genuit: qui mercurius est filius iouis qui pater tantali. q Atridarum progenitor) quem mercurium maia candida q̄ vna est ex eis quę in stellas septem translatę dicuntur. fudit. i. progenuit in celene appositorie vertice gelido. id est monte frigido in arcadia. At si nos credimus quicq̄; auditis (bene dubitat: qa reuera nō idē fuit atlas) atlas immo idem atlas qui torquet tāq; iniquum pondus quod altius trudere conatur: sidera cœli: generat pro eo quod est generauit maiam: scilicet matrem Mercurii: sic quia nos ab atlante per electram descendimus & ab ioue per dardanum: & vos ab eodem atlante descendistis per mercurium & per eūdem ab ioue: genus amborum: scilicet nostrū scindit se: id est diuidit in diuersos consanguinitatis ramos: ab vno sanguine. Ego itaq; fretus. id est cōfisus his. s. dictis vt affinitate & causa belli: & virtute mea non pepigi. i. non sum pactus per legatos neq; per artem. s. oratoriam aut per scripta: prima tentamenta. id est ad amicitiam conciliādam pericula: sed ipse. i. egomet obieci me & meum caput & veni supplex ad limina: scilicet tua. Quia eadem gēs daunia. i. rutula a dauni fi lio ducta

lio ducta q̄ insequiť de bello crudeli: id est impie suscepto contra videlicet profugum pacis amatorem & nihil iniuriæ mollientem: si pellant nos: scilicet a finibus suis: credunt nihil abfore: id est abfuturum seu defuturum esse quin mittant sub sua iuga penitus omnem hesperiam: id est italiam: & quin teneant mare quod alluit: scilicet italiam supra. id est ab orientali plaga: id ē mare adrianum: & quod alluit ifra: id est ab inferiore parte: scilicet mare tyrrhenum: accipe: scilicet a nobis: & da scilicet nobis fidem: id est sanctam compromissionem: pectora sunt nobis: idest nos habemus pectora fortia bello. id est ad bellum gerēdum: & iuuentus spectata: id est perspecta & explorata. rebus: scilicet bellicis: quia decennali bello vexata. Et ita ostendit petitionem suam honestam vtilem & facilē.

dri ptinet. Sctā oracula di. Tyberini: scilicet dedita fama diuulgata: vt deditur hic subito troiana per agmina rumor. Fatis egere volentem: quod voluntatis fuerat egit necessitas fati. Dardanus iliace primus pater vrbis & auctor reddit quod ait supra: Cognatiq; pr̄es: Sane sciendum Atlantes tres fuisse: vnum maurum qui est maximus: alterum italicum patrem Electræ: vnde natus est Dardanus Tertium arcadicum patrē maiæ vnde natus est mercurius sed nunc ex nominum similitudine fecit errorem & dicit Electram & Maiam filias fuisse atlantis maximi nec præter rationem ait & maximi. & atlas idē generat. Nam & ipse habuit etiā horum nominum filias: id est electram & maiam. Vt graij perhibent: vt vestræ continent literæ. Candida maia. Splendidior enim est maia inter plæiadas: quæ est vna de atlantibus: id est de plæiadibus. Cyllene: mons arcadię vbi maia Mercurium est enixa. Fudit autem nō iniuriose dictum est: vt in Pisonem quę te belua non hominē ex vtero fudit: sed celeritatem parientis ostendit: quod infantibus dicitur omen infœlicitatis afferre: spectat etiam ad rationem physicam. Nā certe est vbiq; est Mercurius: vt dixim⁹ supra ideo dicit eū in ortu fuisse velocem: Tentamenta tui pepigi: cum nullo autem pactus sum vt te aut per artem aliquā aut per legatos probarem: sed intrepidum me tibi commisi. Tentamenta pepigi: experimēta pactus sum: nam geminum est præteritum ab eo quod est paciscor facit enim & pepigi & pactus sum: sicut placeo & placui & placitus sum. Pango em vnde multi volunt venire pepigi: nusq; lectum est: Gens eadem que te. sic agit vt & ipse p̄stare videatur. Nā & supra ait. Socia arma rogantes. Daunia: rutula a dauno. Crudeli bello: supra bello profugos egere superbo. Nihil abfore sibi absuturum nihil arbitramur. Accipe: daq; fidem hoc est quod ait in. x. Humanis que sit fiducia rebus. Rebus spectata iuuentus: decennali prælio & bene promissionem confirmat rebus & testimonijs quæ est inualida verbis.

Atlātes tres fuerunt.

Maia. Mercurius.

Pepigi & pact⁹ sum.

ASCENSIVS

¶ Poe. ASC.

¶Dixerat æneas &c. Prosequit̃ rn̄sum euādri & beniuolētiam eius in æneā qui eū epulis solē≈

¶ Euá≈ der. Dona.

nibus accepit. De qua re dicit Donatus sic. Pauca ne longior oratio solēnia impediret. Insi≈ gnē pharetrā. Mire munera ex≈ ornat: ne videant̃ leuia. Subla≈ ta: aut metus cā aut satietate in≈ teruenic̄te. Sedili nam mos fuit nō accūbēdi: sed sedēdi in his sa cris: vn̄ in septimo: hęc sacris se des epulis Leonis qđ cōuenie≈ bat herculis sacris. Viscera: nul la erat ambitio ī æscis: caro por tabat̃ copiosa sed bubula: Ma≈ le aūt accept⁹ fuisset si tollat̃ sa crorꝫ religio. Hæc ille.

Ordo.

¶Ordo est. Aeneas dixerat. i. finiuerat sermonē suū. Ille. s. Euander: lu strabat lumīe. i. visu. hoc est cir cūspiciebat & annotabat: iādu dū. i. ab eo tpe quo loq cœperat aut cū primū viderat: os oculos & totū corp⁹. s. reliquū loquen tis. s. æneę tū. i. deinde: rfert. i. rn̄ det: pauca. i. paucis: sic. i. in talē formā: vt. i. quātū libēs o fortis sime teucrū. i. teucrorū ego acci pio. s. hospitio aut accipio. i. au dio & agnosco te: vt. i. quātum q. d. q̄ maxīe recordor. i. ad me≈ moriā refero verba. i. formā di cēdi: & vocē. i. modum proferē di & vultum parentis. s. tui an≈ chise. Nam ego memini laome dontiadē. i. laomedōtis filiū. s. priamū visentē. i. euntē videre: regna (id in gratiam eius dicit:

¶Poe.

nā meretricio contubernio te≈ nebatur a thelamone: nō legiti mo mr̄imonio) sororis. s. suę he

Salamis & sala≈ min.

sione: & petētē salamina. s. pa≈ triam thelamonis (declinat̃ au tē hęc salamis vel salamin hui⁹ salaminis vel nos. & ē ciuitas ī achaia) iuisere ꝓtin⁹. i. ꝑpetuo tenore & eadē ꝓfectione (dicit aūt inuisere nō īuisisse: quia vt docet Agreti⁹ memini pn̄tis nō p̃teriti tpis verbū postulat) fi≈ nes gelidos arcadię. i. trāsire ar≈ cadiā iuuēta. i. iuuenilis ætas: prīa. i. incipiēs vestibat pro ve stiebat: mihi tū. i. tunc: genas. i. extrema maxillarū flore. i. lanu gine: hoc est barba tenui & ego mirabar duces teucros. scilicet qui cū priamo venerāt: & mira bar ip̄m laomedōtiadem. i. lao medōtis filiū: sed anchises scili cet pater tuus: ibat. i. incedebat altior cūctis. s. reliquis: Mens ar debat mihi iuuenili amore qa iuuenes gaudent proceritate & elegātia corporum cōpellare. i. affari cū veneratione virum. & cōiungere dextrę. s. illi⁹: dextrā s. meam. accessi. s. eum: & cupi≈ dus. s. eius amicitiæ & cognitio nis: iduxi. s. ipsum: sub mœnia phenei. s. oppidi arcadię qđ no mē forte ꝓ pallanteo posuit. Il le discedens. i. cū discedere vel≈ let dedit mihi pharetram insi≈ gnē & sagittas lytias chlamidē i. vestē militarē: itertextā auro i. filis aureis. (Est autem versus spōdaicus) & dedit bina. i. duo

☞ aurea

¶Dixerat æneas: ille os oculosq́ꝫ loquentis
Iamdudum & totum lustrabat lumine corpus
Tum sic pauca refert ¶ ut te fortissime teucrum
a Accipio[a] agnoscoq́ꝫ libens: ut uerba parentis
Et uocem anchisæ magni: uultumq́ꝫ recordor.
b Nam memini hesionæ[b] uisentem regna sororis
Laomedontiadem priamum: salamina petentem
Protinus arcadiæ gelidos inuisere fines:
c Tum mihi prima genas uestibat[c] flore iuuenta
Mirabarq́ꝫ duces teucros: mirabar & ipsum
Laomedontiadem, sed cunctis altior ibat
d Anchises: mihi mens iuuenili[d] ardebat amore
e Compellare uirū: & dextræ coniūgere dextrā[e].
f Accessi: & cupidus phenei[f] sub mœnia duxi.
Ille mihi insignem pharetram: lyciasq́ꝫ sagittas
g Discedens: chlamydēq́ꝫ auro dedit intertextā[g]:
h Frenaq́ꝫ bina: meus que nūc habet aurea pallas[h].
Ergo & quā petitis iuncta est mihi fœdere dextra
Et lux cum primum terris se crastina reddet:
i Auxilio[i] lætos dimittā opibusq́ꝫ iuuabo.
Interea sacra hæc quando huc uenistis amici
Annua: quæ differre nefas. celebrate fauentes
Nobiscum: & iam nunc sociorū assuescite mēsis.
¶ Hęc ubi dicta: dapes iubet & sublata reponi
Pocula. gramineoq́ꝫ uiros locat ipse sedili.
Præcipuumq́ꝫ toro & uillosi pelle leonis
Accipit æneam: solioq́ꝫ inuitat aceruo.
Tum lecti iuuenes certatim: areq́ꝫ sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorū: onerantq́ꝫ canistris
Dona laborate Cæreris. Bachūq́ꝫ ministrant.
Vescitut æneas: simul & troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis & lustralibus extis.

¶PIERIVS

a ¶Accipio agnoscoq́ꝫ libens. In codicibus aliquot antiquis aspicio adgnoscoq́ꝫ, legitur. Sed plures omnino, accipio, habent. vt illos Porticibus rex, accipiebat in amplis.

b ¶Hesiones visentem regna. In Romano codice græca pro≈ nunciatiōe scriptum est, hisione, prima syllaba per, i, quo sono nunc ητα litteram pronunciant, ησιουη, n, scribitur. Variatq́ꝫ declinatio genitiui in antiquis codicibus. Nam in alijs, hesiones, vt ησιουησ. In alijs, hesionæ, latino decli≈ nat̃ quin etiam, hesione, per, e, simplex reperitur. Sed hesio nes, omnino doctioribus placet.

c ¶Tum mihi prima ge nas vestibat flore iuuenta. In codicibus aliquot antiquis, vesteibat, siue vt Priscianus putat, mediarum vocalium transpositione, quæ postmodum in, ei, diphthongo con≈ trahātur. Siue magis ex Lucillij sententia, ad, i, productam indicandam, ea diphthongus scribi solita sit, Nam in, dei≈ co, & ameiceis, & periculeis. nulla synæresis. Sed & iuuen≈ ta, varie scribitur. in nonnullis enim codicibus, Iuuentus, In alijs quibusdam, Iuuentas, inuenitur, de quibus alibi di≈ ctum.

d ¶Iuuenili ardebat amore. In Romano codice, & in quibusdam alijs, iuuenali. legitur per, a, in pene vlti≈ ma, quod etiam in aliorum Auctorum veteribus exempla ribus obseruaui. Et agnitū a Grāmaticis, alibi demōstraui.

e ¶Et dextræ coniungere dextrā. In antiquis aliq̄t codicibus

⁂ legere

SERVIVS

Home. etiam diuinantem induxerit Xantum Achilis equũ. Equos autem achilis ĩducit Patroclum lugentes. Aethon nomẽ equi quo noĩe & aurorę equ⁹ vocatur. vel a splẽdore nã αἴθω ardeo dicitur vel a cursus celeritate q̃si αἰεὶ θεῖ .i. ppetuo currẽs idefessus. Cætera turn⁹ vi. h. κατὰ τοσιωπώμενον & alia ei sustulisse intelligamus nõ tantũ baltheũ: vt legimus supra. Phalãx. lingua macedonum legio. Qđ autem ait moesta arcadas intelligimus vnde infert Teucriq; tyrrheniq;: & hoc est quod ait supra Et toto lectos ex agmine mittit Mille viros. Versis archades ar. Lugentum more mucronem hastæ non cuspiden contra terram tenentes. Scuta etiam inuertentes propter numina illic depicta ne eorum simulachra cadaueris pollluerentur aspectu: vt nõnullis frustra placet. Nam lugentũ mos est prioris habitus immutatio. Alias hinc ad lachry. ad aliam sepulturam. Salue æternũ mihi maxime palla: Aeternumq; vale. Varro in libris logistoricis dicit ideo mortuis salue & vale dici: non quod valere aut salui esse possint. sed quod ab his recedimus eos nunq̃ visuri hinc ortum est etiam maledicti significationem interdum valde obtineat. vt Terentius Valeant qui inter nos dissidium volunt. hoc est ita a nobis discedant vt nunquam ad nostrum reuertantur aspectum. Ergo cum mortuo dicitur vale: non ethymologia consideranda est: sed consuetudo quod nullis vale dicimus: nisi a q̃bus recedamus.

SERVIVS.

¶Oratores: legati a perorando pro repu. noiati. Vrbe latina ꝑ latini.i.de lauro lauinio: Velatis ramis.o.non coronati: nec.n. lugentes decebat. sed instructi & ornati.i.in manib⁹ oliuæ ramos ferentes: sic Home. στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. Velati aũt ornati vt illo loco significat: Victori velatũ auro vittisq; iuuencũ cum vittis nõ velentur aut coronent̃ victimæ sed ornent̃. Veniãq; rogãtes bñficium. ferro: q̃ fusa modo interempta alias fugata: sed discernuntur epithetis vt si dicas ferro fusus est: vel moetu fusus. Redderet. Ostẽdit iam posse in troianorum esse potestate. Et æthe. c. vacuis. vñ & rætia casses dicimus. hoc autẽ bñ addidit q̃ victi pñt innouare certamen. Haud aspernanda: iusta nõ cõtemnenda. Sepulturę.n. bñficium generaliter debet̃ vniuersis. Insuper addit: accumulat verbis beneficiũ dicens pacẽ se etiã viuis velle pstare: Pacẽ aũt ideo defunctis: quia ait nullũ cum victis certamen & æthere cassis: & mortuorũ pax sepultura est: Vnde elegit verbum vtrisq; aptum. Quænã: quãta & qualis. nã mirantis est nec.n. dubitat cũ ipse dicat ĩdigna. Implicuit. inuoluit inuitos. Nec veni nec venissem tẽpus pro tempore Nec bellũ cũ gente gero: sed cũ turno per quod eorũ captat fauo rem Huic



Iamq; oratores aderant ex vrbe latina.
a Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes[a]
Corpora per campos ferro quæ fusa iacebant
Redderet: ac tumulo sineret succedere terræ:
b Nullum cum victis certamen: & æthere[b] cassis:
Parceret hospitibus quõdam sociisq; vocatis.
Quos bonus Aeneas haud aspernanda p̃cantes
Prosequitur venia & verbis: hæc insuper addit.
¶Quænam vos tanto fortuna indigna latini
Implicuit bello: qui nos fugiatis amicos?
c Pacem ne[c] exanimis: & martis sorte peremptis
d Oratis? equidem & viuis concedere vellem[d]
e Nec veni[e] ni fata locum: sedẽq; dedissent:
Nec bellum cum gente gero: rex nostra reliquit

ASCENSIVS.

¶Iamq; oratores aderant &c. Describit aduentum oratorum ab latino missorum petentium veniam corporum defunctorũ sepeliendi: quam eis lubens cõcessit æneas addens etiã viuos in gratiam recipere voluisse: quæ res oratoribus perplacuit vsq; adeo vt pollicitarent̃ ipsum regi suo latino recõciliaturos. De quib⁹ oĩbus habemus hoc solũ per Donatum Miseris: qui non in suo: sed in turni negocio perierãt. Pace se. sequestra pax est quæ sic interponitur vt nõ tollat sed differat bellum. Postq̃ ma. vel ꝓ mulieribus posuit: vel matres eorũ qui cæsi fuerant. Hæc ille. Ordo aũt est. Iamq;.i.& iam oratores.i caduceatores quos & vulg⁹ lambasiatores vocat aderant ex vrbe latina.i.regis latini. velati in signum pacifici aduẽtus: ramis oleę.i. arboris oliuę quę etiã tempore noe pacis indiciũ per colũbam attulit: & rogantes veniã.i. gratiam & concessionẽ petitionis cuiusdam.s. vt redderet corpora quæ iacebant fusa.i. ꝓstrata ferro.i.armis ferreis per campos: ac vt sup. sineret.i. permitteret sup. ea succedere tumulo terræ.i.humationi asserentes supp. nullum certamẽ sup. esse debere cũ victis.s.oino: quia iam defunctis: & cũ cassis.i. priuatis ęthere. id est aura vitali & vt sup. perceret hospitibus.s. latinis vocatis quondã

ASC.

Dona.

Ordo.

Hospicia:& Turni potius se credidit armis.
f Aequi⁹ huic Turno[f] fuerat se opponere morti:
Si bellum finire manu:si pellere teucros
g Apparat:his decuit mecum concurrere[g] tælis.
Vixet cui vitam deus:aut sua dextra dedisset.
Nunc ite:& miseris supponite ciuibus ignem:
h ¶Dixerat æneas:olli obstupuere[h] silentes:
Conuersiq; oculos inter se atq; ora tenebant.
Tum senior semperq; odiis:& crimine Drances
Infensus iuueni Turno:sic ore vicissim
Orsa refert.¶o fama ingens ingentior armis
Vir troiane:quibus cœlo te laudibus æquem?
i Iusticiæ ne prius mirer belli ne laborum[i]?
Nos vero hæc patriā grati referemus ad vrbem.
Et te si qua viam dederit fortuna latino
Iungemus regi:quærat sibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles:
Saxaq; subuectare humeris troiana iuuabit.
¶Dixerat:hæc vnoq; oēs eadē ore fremebant:
Bis senos pepigere dies:& pace sequestra
Per syluas teucri mixtiq; impune latini
k Errauere iugis ferro:sonat alta[k] bipenni
Fraxinus:euertunt actas ad sydera pinus
Robora:nec cuneis & olentem scindere cedrum:
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

☞ quondā.s.anteq̄ turnus fœ-
dus inter latinū & æneam distur
barat: Quos.s.oratores p̄cantes
haud aspernanda.i.licita & hone
sta æneas bonus: psequitur ve-
nia.i.cōfert eis veniā:& verbis.s.
amicis aut addit insuper verbis
hæc.O latini quę nā.i.qualis for
tuna indigna.i. aspernanda im-
plicuit.i.illaqueauit vos tāto bel
¶Poe. lo:vtpote qui fugiatis nos ami
cos.i.amicitiā nostrā. Oratis ne
pacē exanimis.i.defunctis & per
emptis sorte martis .id est quam
mars sibi vēdicat.hoc est bellica
Ponitur aūt secundo loco tribra
chus tis equi.aut pause grā tis lō
¶Drā. ge equiualet.Equidē.i.ego equi
dem vellem cōcedere.&.i.etiam
viuis.s.pacē:nec veni. scilicet in
italiam.i. nō venissem:ni.i. nisi
fata dedissent.s.mihi locū & sedē
scilicet firmā nec gero bellum.s.
volens & lubens cū gente.s.lati-
na:rex.s. latinus reliquit nostra
hospitia.i.iura hospitalitatis in-
ter nos cōtracta:& credidit se po
tius armis.i.virtuti bellice turni
equius.i.iustius & cōuenientius
¶Poe. fuerat turno scilicet violatori pa
cis:opponere.i.obijcere se morti
id est periculo mortis per bellū:
si apparat.i.prætendit finire bel
lum manu .i. ꝯcertatione dextrę
suæ:& si apparat pellere teucros
scilicet ab italia decuit sup.eū cō
currere hic.i.in hoc cāpo mecum
telis.Is sup.nostrum vixet:p vi-
xisset cui deus aut sua dextra de-
disset vitam:nunc quia res se ali
ter habent:ite & supponite mise
ris ciuibus.s.qui exoluerūt q̄ nō
rapuerunt ignē .s. quo cremētur
priusq̄ cineres in vrnam condā-
tur. Aeneas dixerat .i. finiuerat
sermonē suū:olli.i. & tunc oēs il
li.obstupuere silentes.i.cū silen-
tio:& cōuersi tenebāt iter se ocu
los atq; ora.q.d.tacite dicerēt ec-
ce qualē virum repellere conati
sumus. Tum.i. deinde drāces se-
nior.i.puectioris ætatis.s.q̄ cæ-
teri:aut senior.i.grādeuus.& in-
fensus.i.molestus & infest⁹ sem-
per turno iuueni.odijs & crimi-
ne.s.Turni qui pacē ruperat:aut
crimine.s.inuidię:aut crimine.i.
causa odiorꝫ legitima: refert vi-
cissim ore: quia prius indicijs &
gestibus retulerant omes:orsa.i.
exordia sermonis sui vicissim.i.
per vicissitudinē postq̄ elocut⁹
erat æneas sic.O vir troianę: in-
gens fama.i.per famā :& ingen-
tior.i.longe maior armis.i. effe-
ctu ipso quibus laudibus equē.i
equiparē & equalē censeā te cœ-
lo.i.cœlestib⁹ dijs.q.d. nescio. &
addit:mirer ne sup. in te prius.i.
principalius iustitię.s. laudem a
superiori : nā nouū esset si nihil
subaudias dicere mirer huius rei
&c.ne pro an:sup.prius mirer in
te laborꝫ belli sup. laudē vero .i.
pro certo nos grati referem⁹ hæc
id est humanitatis tuę indicia ad
vrbē patriā.s.Lauro lauiniū & si
qua.i. aliqua fortuna .i. fortuita
occasio dederit viā.i.modū & ra
tionem:nos iungemus.i. conci-
☞ liabimus

☞ rem Huic morti: δεικτικῶς
quasi ostēdit iacentes.Si bellum
finiri manu hoc est em interem-
ptione:pōt em in pace finiri.Vi
xet : pro vixisset: & est syncope.
Deus aut sua dextra dedisset:vi-
ctoriam vel vitā:quia duplici ra
tione cōstat victoria :aut virtu-
te aut voluntate fortunæ. Mise-
ris ci.quasi aliena culpa pereun-
tibus Obstupuere si.i.obstupefa
cti sunt.& silere cœperunt. Tunc
senior:cui ab ætate p̄stabatur au
ctoritas.O dijs & crimine dran-
ces.Infensus iure turno : aut per
suū crimen.i.inertiam: quā sem
per virtuti cōstat esse cōtrariam
aut turni crimine qui tot viris
mortis causa extiterat orsa refert
cœpta verba.O fama ingens in-
gentior armis:frustra ait Dona.
hoc nomē de his esse quæ nō re-
cipiunt cōparationem : nam qa
augmentū recipit etiā cōparatur
Alia illa sunt noīa in quibus est
dubitatio vtrum cōparentur: vt
est perfectus quia si velis cōpara
re incipit perfectus nō esse perfe-
ctus.Cœlo te laudibus æquem?
p his qui in cœlo sunt.i. dijs: vt
Cæruleus thybris cœlo gratissi-
mus amnis.Iustitię ne pri⁹ mirer Miror la
belli ne laborꝫ.Figura græca mi borum.
ror illi⁹ rei & regno illi⁹ vt θαυ- Regno.
μαζω ἐκείνου καὶ ἄρχω ἐκείνου
vnde Horatius ait & qua paupe
re daunus Agrestū regnauit po-
pulorꝫ: pro agrestibus populis.
Si qua viam.i.rationem. Dede-
rit.tor.l.& bene cum exceptione
pollicetur dicēs si voluntatē no
stram fortuna comitet̃. Fœdera.
t.vel cōiugijs vel amicitiarꝫ.Fa-
tales.m.q audiuerat nisi fata lo-
cum sedemq; dedissent. Saxa tro
iana:ambitiose ait quasi ait tro-
ianis fataliter debita . Pepigere
dies:pacti sunt ab eo qd' est paci
scor & pepigi & pactus sum facit
sicut ab eo qd' est parco & parsi
& peperci.Pace sequestra:media
& tēporali.nam sequester est me
dius inter duos altercantes apud
quem aliquid ad tp̄s seponitur.
Pacē ergo sequestrā inducias di
cit.i.pacem tēporalem: & mediā
inter bellū præteritū & futurum
Mixtiq; iam.l.apud maiores ma
gna erat cura fidei:adeo vt inter
Porsenā & Romanos factis indu
cijs:cum ludi circēses in vrbe ce-
lebrarētur:ingressi hostiū duces
curruli certamine cōtenderēt: &
victores coronarent̃.Ferro.b.ad
epitheton trāstulit nomē ppriū
nam bipēnis per se plenū est : &
securim significat vt crebrisq; bi
pēnibus instāt. Robo. mō gen⁹
est ligni nā est inter specialia no
minatum .Plaustris ge.sub pon
dere sonantibus.

PIERIVS.

a ¶Veniamq; rogantes.Ro.codex,precantes,legit: vt etiam in
ferius est.Quos bonus æneas nō aspernanda precantes prose
b quitur venia. b ¶Et æthere cassis.Mediceus codex, & ali-
quot alij,ære,legūt, de inferiori enim & spirabili hac aura lo-
c quitur. c ¶Pacem ne exanimis.Ro.codex,Mediceus, & an
tiquiores pleriq; alij legunt pacem me exanimis,quod mirifi
ce placet.Habet q̃ em emphasin pronomē illud,plusq; in reces-
d su præstat,q̄ fronte polliceat̃. d ¶Equidem & viuis cōce-
dere vellem.In antiquis aliquot cod.mallem,legit̃:quod ma
gis explet oratorꝫ vota,magisq; sibi eos cōciliat, vellē, tamē
e receptum. e ¶Nec veni nisi fata locum sedēq; dedissent.Fie
ri per modos solœcismū cōminianus ait,hoc loco citato.Nec
veni,pro nec venissem,indicatiuus pro cōiunctiuo. Indigna
tur vero Fab.Quintilianus huiusmodi elocutionum species
nunc solœcismi,nunc barbarismi nuncupatione appellitari
vbi ait,exēpla barbarismi quidam fere in iactationem erudi
tionis sumere ex poetis solent,& auctores, quos pręlegūt,cri-
f minantur. f ¶Aequius huic turno fuerat se opponere mor
ti.Antiqua oīa exēplaria,quotquot versare cōtigit,turnum,
accusatiuo casu legunt,vt ordo sit æquius fuerat turnum op-
ponere se huic morti.Nā & Seruius.Huic morti legit δεικτι
g κῶς,quasi iacentes ostendat. g ¶His decuit mecū concur
rere.In Ro.cod.& aliquot alijs ad euitandam cacophoniā,quę
in pede quarto fieret,cum con,scriptū est transpositis dictio-
h nibus,his mecum decuit cōcurrere telis. h ¶Olli obstupue
re silentes.In veteribus codi. pene oībus scriptum obseruaui,
i illi obstipuere. i ¶Iusticiæ ne prius mirer belli ne laborē.
Sane Seruius.Miror genitiuo iunctum,græca ait figura, θαυ
μαζω ἐκείνου, καὶ ἄρχω ἐκείνου,vt apud Hora.agrestū regna-
uit populorum.legit̃.In Ro.tamen cod.& aliquot alijs perueteribus posita hæc sunt in casu sepri
mo,iustitia ne prius mirer belli ne labore,in quo illud etiam obserues,iustitia,per t,in pene vl-
tima scribi,vt ex antiquis inscriptionibus, & nomismatis approbauimus:sed est & vbi,belli ne
laborem est,vbi iustitiam, & laborem, Accusatiuo casu legas. Neq; mirum lectionem hanc ita
nunc variare,quum variæ super ea fuerint olim etiam grammaticorum sententiæ. Nam Priscia
nus,vbi ait,coniunctionem dubitatiuam,vel interrogatiuam similes casus exigere, locum hūc
Virgilij citat,in quo scriptum secus asserit, neq; præceptioni huiusmodi poetā paruisse, qui scri-
pserit ablatiuo casu, iustitia ne prius mirer, mox genitiuum adiecerit, belli ne laborum, quippe
⁎ propter

liabimus & cõfœderabimus te regi latino. quærat Turn⁹ sibi fœdera gn & .i. quinetiã : hoc est insuper iuuabit.i. delectabit sup. nos: attollere moles muror: fata les.i. fataliter ꝓmissas & iuuabit subuectare.s. ad cõstructionẽ mu rorum. saxa troiana.i. ad troiæ nouæ cõstructionẽ: humeris.s. no stris: Dixerat hæc.s. drances & oẽs.s. reliq oratores fremebãt hæc eadẽ, vno ore.i. pari ꝯsensu. & ipsi pepigere.i. pacti sunt bis senos i.xij. dies: & Teucri & latini mixti impune.i. passim & sine puni tione aut malo: errauere.i. libere diuagati sunt: iugis.i. in summi tatibus sub vertice mõtiũ: per syluas: & hoc pace sequestra.i. in- terueniente

propter ancipitem dictionum constructionem, quod vtrũq; bene dicatur, miror iustitia, & iu stitiæ, inueniri tamen in codicibus etiam, iustitiæ, genitiuo casu, idq; aptius esse, non inficiatur, k quod & alibi confirmat græcæ constructionis exemplo posito, θαυμάζω τῶν πόνων. k ¶ Fer ro sonat alta bipenni fraxinus. In aliquot antiquis cod. acta, legitur: quod minime placet, qa sta tim sequitur, euertunt actas ad sidera pinus. Si quid vero immutandum fuerit ex lectione vulga ta, placeret, icta, quod in antiquissimo codice obseruaui.

terueniẽte pacis seqstrę q̃ inducias ad tps cõcedit: fraxinus.i. ar bor illa alta sonat ferro bipẽni.i. securi duas pinnas hñti: & sup. ipi euertũt pin⁹: actas.i. extẽsas ad sydera: nec cessãt scindere.i. fin dere cuneis: robora.i. ligna q̃rna & cedrũ olentẽ.s. ꝑcipue vt fero rem cadauerũ expellat: nec cessant vectare.s. ad pyram construen dam: ornos.i. tales arbores: plaustris gementibus.s. prę magnitu dine ponderis.

SERVIUS.

SER. ¶Quæ modo victorẽ la. pal. fe. bñ modo vno eñ eodẽq; die & fortiter fecit & periit vt hęc te pri ma dies bello dedit hæc eadẽ au fert. Arcades ad por. rue. eos di- cit qa intra ciuitatẽ sunt. De mo re vetusto: qa ante per noctẽ ca dauera perfunerabant cũ faculis Rapuere faces raptim & festinã- ter tulere. Discriminat: diuidit. Vñ discrimen capitis muliebris dr. Incendũt: implẽt vt clamore incendunt cœlũ troesq; latiniq; Vis vlla nec ætatis imbecillitas nec seueritas regia pheretro pal- lãte reposto posito pallãtisphere tro: nã ãtiptosis ẽ. Nõ hęc o palla dederas ꝓmissa parẽti. Cautius vt sæuo velles te credere marti. duplex expositio est: aut eñ hoc dicit. nõ eñ mihi talia promitte bas: vt credẽ te cautius dimicatu rum vt intelligamus pallantem ꝓficiscentẽ ꝓmisisse patri victo riam cedẽ hostiũ plurima spolia Qui eñ hoc cogitat cautelę obli uiscitur auiditate pugnandi aut certe nõ ꝓ nõne & nẽpe accipia- mus: vt in Teren. Nõ tu hũc rus hinc prodisse aiebas.i. nõne pro nẽpe: vt sit sensus. Nempe mihi hæc dederas ꝓmissa discedẽs: qa cautius fueras dimicatur⁹. In ar- mis: apud armatũ: cuius cõsiliũ cupiditas victorię plerũq; cõtur bat. vota ꝑcesq; meę supra Fors & vota facit. Fœlix morte tua ea Euã. re fœlix qua cæteri dolent: Viuẽ do vici mea fata: Diu viuẽdo vt in bucolicis: Olycida viui perue nimus: vici aũt mea fata: qa na turalem ordinẽ vita lõgiore su- peraui. Nãq; hic ordo naturalis est vt sint parentibus superstites filij. Fata aũt gñalia dixit referẽs se ad naturalẽ ordinẽ nõ ad fatũ ꝓprium. Nã fata superare nemo hoium põt: vñ multi sic distin- guunt. Cõtra ego viuẽdo vici vi tam .s. filij: Nã hoc est supstes re- starẽ vt genitor: vt mea fata per exclamationẽ dictũ sit. Sciendũ tamen etiã irrationabilia dolen tibus dari. Restarẽ: essem. Dedis- sem: reddidissem. Nec vos. arg. teu. exonerat eor pudorẽ ne vi- deantur causa orbitatis fuisse: di cens hoc sibi fataliter debitũ. Se neẽta. necte.i. deest ætatis: nam senecta ætas dicit Sal. Senecta iam ætate per se aũt plenũ est si senectus di camus. Ducentẽ in latiũ teu. cæ ci iuua. lucrũ quodam modo pu tat impendisse pro amicor fœli citate filiũ qui morti fuerat acer bo funere fataliter debit⁹ & est a qualitate



Et iam phama volans tanti ꝑnuncia luctus
a Euandrum euandriq; domos & mœnia replet:a
Quæ modo victorem latio pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere: & de more vetusto
Funereas rapuere faces: lucet via longo
Ordine flãmarum: & late discriminat agros.
Contra turba phrygũ veniẽs plangentia iungit
b Agmina: quæ postq̃ matres succedere tectob
Viderũt: mœstã incendũt clamoribus vrbem:
At non Euandrum potis est vis vlla tenere:
Sed venit in medios: pheretro pallante reposto
c Procubuitcsup: atq; hæret lachrymãsq; gemẽsq;
d Et via vix tandem vocid laxata dolore est.
¶Non hæc o palla dederas promissa parenti:
Cautius vt sæuo velles te credere Marti.
Haud ignarus erã quantũ noua gloria in armis:
Et prædulce decus primo certamine possit.
Primitiæ iuuenis miseræ: belliq; propinqui
Dura rudimenta: & nulli exaudita deorum
Vota ꝑcesq; meæ: tu quoq; o sanctissima cõiunx
Fœlix morte tua: neq; in hũc seruata dolorem.
Contra ego viuendo vici mea fata: superstes.
Restarem vt genitor: troum socia arma secutũ
Obruerent rutuli telis: animam ipse dedissem
Atq; hæc pompa domũ me nõ pallanta referret.
e Nec vos arguerimeteucri: nec fœdera: nec quas
f Iunximus hospitio dextras: sors istaf senectæ
Debita erat nostræ: q; si immatura manebat:
Mors natum: cæsis volscorum milibus ante
g Ducentem in latiũ teucros cecidisse iuuabitg

ASCENSIVS.

¶Et iam phama &c. Prosequit lamentationem: & vt in argumẽ ASC. to dictũ est affect⁹ paternos Euã dri in pallãta filiũ vnigenitum. Vñ cum nihil receptum sit Do- nati. Ordo est. Et phama (scribit Ordo. etiã fama nam & a græco & a la- tino deduci põt: sed obseruatum fere est vt quotiẽs poetice ꝓ per sona ponit filia videlicet terræ per ph scribatur) volãs: qa in re- bus aduersis vñ in quarto. Pha- ma malũ quo nõ aliud velocius vllum Mobilitate viget viresq; acquirit eundo existens ꝑnuntia tanti luctus. quantus .s. esse solet in nece vnigeniti regis. replet iã euandrum & domus & mœnia euandri supp. luctu aut sermone de morte pallantis: phama dicit sup. ea q̃ ferebat.i. afferebat: mo- do.i. paulo ante: pallanta victo- rem sup. esse: latio.i. in agro lati- no quia multos priusq; occum- beret strauit: eaq; res ad Euãdrũ subito perlata est. Arcades ruere id est ruebant aut potius cœpe- runt ruere. id ẽ effusim currere ad portas: & rapuere more vetusto. i. ex antiquo instituto: faces fu- nereas.i. funeribus aptas via lu- cet lõgo ordine flãmar: & discri minat.i. diuidit discrimina po- nens: agros late.i. in latũ. Turba phrygũ.i. troianor: ab ænea cũ funere missor: veniens cõtra.i. ex aduerso: iungit agmina plan gentia quæ.s. agmina plãgentia postq; matres.s. arcadũ: viderũt succedere tecto.i. ad tectũ regum ipsi incendũt vrbẽ mœstam cla- moribus.i. vlulatibus. At.i. sed vlla vis nõ est potis.i. nõ põt te- nere euandrum: sed venit in me- dios.s. pompã ducentiũ: & ꝓcu- buit super pallãta: & hoc feretro id est capulo quo ferebatur repo sto.i. reposito: aut feretro sup. cũ pallante reposito ꝓcubuit sup.i desuper: atq; heret sup. in eo: & la chrymans & gemẽs & via. id est meatus & arteria: est vix.i. cum difficultate laxata tandẽ.i. post multã moram: dolore.i. propter dolorẽ nimiũ constructa voci.i. sermoni. & sup. dixit. O palla tu nõ dederas parenti.s. mihi hęc.i. huiusmodi promissa: sed sup. vt velles credere cautius.i. pruden tius sæuo marti.i. bello te. Ego haud ignarus eram .i. bene scie- bam: quantũ noua gloria: & prę dulce dec⁹ primo certamine pos sit in armis.i. apud armatum cu ius (inquit Seruius) consiliũ cu- piditas victorię plerumq; cõtur bat.

Quin ego non alio digner te funere Palla
Quã pius Aeneas:& q̃ magni phryges:& q̃
h Tyrrheniq; duces: tyrrhenũq;[h] exercitus omnis
i Magna trophæa[i] ferũt quos dat tua dextera leto.
Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis
k Esset par ætas & idem si robur[k] ab annis
Turne: sed infelix teucros quid demoror armis?
Vadite: & hæc memores regi mandata referte.
Quod vitam moror inuisam pallante perempto:
l Dextera causa tua est: Turnum natoq;[l] patriq;
Quam debere vides: meritis vacat hic tibi solus
Fortunæq; locus: non vitæ gaudia quæro:
Nec fas: sed nato manes perferre sub imos.

bat. Primitiæ.i. auspicia aut
principia iuuenis.s. cuiuscumq;:
aut tua o palla: sunt supple mise
re.i. infœlicia: & rudimẽta.i. eru-
ditiones belli propiqui.i. ad bel
lum propinquum a iuuene rite
gerendum sunt sup. dura.i. diffi-
cilia eruditori & nulli.i. non vlli
& vota & preces meę non sunt ex
audita vlli deorum & tu o con-
iũx.s. mater pallantis: sãctissima
i. cuius vita integerrima hac ca-
ruit molestia: fœlix supple es tua
morte.i. quod mortua es neq; ser
uata in hunc dol orem. Ego con
tra.i. econtrario vici mea fata.id
ẽ temp⁹ vitę fatale. viuendo.s. vl
tra illud qđ ꝓfuerit: nõ vltra id
qđ fata instituerunt vt ego sup-
stes.i. superueniens gnato: resta-
rẽ.i. reliquus essem genitor.i. cũ
sim genitor: quem vt prius natũ
ita prius decessisse decuit: & quẽ
sup. securũ arma socia troũ.i. tro
ianorũ rutuli obruerent.i. obru
ere debebant: telis scilicet suis ip
se.i. ego dedissem.i. dare debuis-
sem: animam.i. vitam: atq; hæc
pompa referret.i. referre deberet
domum me nõ pallãta nec o teu
cri ego arguerim.i. reprehensos
velim vos nec fœdera.s. vestra
aut vobiscũ icta. nec dextras q̃s
iunximus auspicio.i. nec fidem
iure hospitalitatis mutuo datam
& acceptam. Ista sors.i. hę infortu
nium & misera conditio debita
erat nostrę senectę.s. ętati: hoc est
fataliter nobis pręscripta: quod
si mors immatura.i. precox & an̄
debitos annos veniens manebat
id est certe expectabat natum.i.
filium iuuabit.i. delectabit me-
ipsum ducẽtem teucros in latiũ:
cecidisse.i. oppetisse & hoc mili-
bus volscorum cęsis.i. occisis ab
eo: ante.i. priusq; caderet quin.i.
quinetiã o palla ego non digner
id est dignum censeam aut faciã
te alio funere.i. pompa funebri
q; sup. dignat̃ pius Aeneas: & q;
dignantur phryges magni.i. ma
gnifici aut in magnum imperiũ
vocati: & q; duces tyrrheni & q;
omnis exercitus tyrrhenum pro
tyrrhenorum: sup. dignant̃. Nã
ferunt scilicet tecum: magna tro
phea.i. spolia ab hostibus supe-
ratis aut in fugã versis detracta:
eorum scilicet quos tua dextera
dat ꝓ dedit læto.i. morti: tu quo
q;.i. etiam tu o turne stares nunc
immanis truncus.i. detruncato
capite aut aliȷs mẽbris in armis
scilicet tuis sicut in mezentiȷ tropheo visum est: si supp. par ætas
esset scilicet mihi & fuisset filio: & si idem robur esset ab annis.
id est si pallas non fuisset iunior quam vt tecum contenderet: &
si ego non essem senior. Sed quid. id est ad quid ego infœlix de-
moror. id est detineo teucros armis. id est ab armis. id est cur eos
non remitto. vt turnum cedant vadite o teucri & vos memores
referte regi scilicet vestro æneæ hæc mandata: tua dextera est
causa quod ego moror. id est sustineo vitam inuisam. id est mo-
lestam & odiosam mihi: pallante perempto. id est dicite regi
vestro. Euander dicit quod non amplius vellet viuere: nisi
dextera
dextera rua esset in causa: quam scilicet dextram: tu vides
debere & nato & patri turnum. id est necem turni. hic solus lo-
cus vacat. id est reliquus est tibi: & fortune: meritis. id est
merendi de euandro. id est dicite quod solummodo vnus est
bene de me merendi locus reliquus scilicet vt turnum occidat.
ego non quæro gaudia vitæ. id est voluptatem in viuendo
amplius: nec fas supple est me gaudia vitæ quærere pererempto
filio: sed quæro supple. id est desydero perferre scilicet nuncium
de nece turni: ad imos manes. id est ad inferos vbi sunt ma-
nes pallantis.

qualitate beneficij solatium
Non alio digner te funere palla.
Latenter hic æneæ ostenditur
pietas quæ in amici funus tanta
contulit vt pater amplius pręsta
re non posset. Tu quoq; nũc sta-
res immanis.t. in ar. Sicut isti du
ces de quibus hæc sunt trophea:
nam supra ait. Indutosq; iubet
truncos hostilibus armis ipsos
ferre duces. Esset par ętas: vł mea
vel filiȷ. Nam ad vtrumq; potest
referri. Teucros quid demoror
ar. Ab armis & hoc videtur dice-
re dimittendi sũt troiani: vt mor
te turni satisfiat doloribus meis
quod etiam hic posteriora signi
ficant. meritis vacat hic tibi so-
lus fortunæq; locus nihil est ali-
ud quod possit vel virtus tua vel
fortuna prestare (Nam his re-
bus victoria contingit) nisi vt
occiso turno & vindices filium
& patrem consoleris orbatum.
Sed nato.m.p. sub imos: ac si di
ceret hanc solam esse causam quę
eum cogat ad vitæ patientiam:
vt filio Turni nuncietur in-
teritus.

PIERIVS

a ¶Euandriq; domos & mœnia complet. Impressores pleriq;
librariȷ complet. vt sonorius esset, posuere. Antiqua tamen
omnia exemplaria, replet, legunt, vti etiam in vulgatis pri⁹
b codicibus habebatur. b ¶Quæ postq; matres succedere
tecto viderunt. In cod. aliquot antiquis, succedere muris, le-
gitur, In Mediceo & plerisq; aliȷs tectis numero multitidinis.
c ¶Procubuit super atq; hæret lachrymansq;, gemensq; pro-
cubuit, præterito tempore, non sine quorundam codicum
veterum testimonio scribi video. Roman⁹ tamen, procumbit, presenti tempore legit, quod pri⁹
in vulgatis etiam habebatur, placet vero, procumbit, quia subsequitur, atq; hæret. eodem tempo
d re, remq; ipsam actu esse, magis mouet. d ¶Et via vix tandem voci laxata. In Romano codice
e vocis, quod non ita placet. e ¶Nec vos arguerim teucri. In codicibus aliquot antiquis. argue
f rem, græcanica figiura legitur, nec tñ displicet. arguirim. f ¶Sors illa senectę debita erat no
g stræ. antiqua omnia exemplaria. ista legunt, vt olim etiam imprimi solitum. g ¶Cecidisse
iuuabit. In Ro. codice, iuuaret, eadem figura, qua arguerem superius dictum notabamus, qui p-
h pe pro iuuare poterit. h ¶Tyrrheniq; duces tyrrhenumq; exercitus omnis, quum ita legerẽt
vulgati omnes codices. quæ particula duplicata, putabam hunc quoq; versum ex iȷs esse, qui cõ-
munes scansionis regulas transgrediuntur. Poetis interdum lasciuire volentibus. Postea vero
quam veteres omnes codices, quos præ manibus habui, consentire in vnam eandemq; lectionẽ
animaduerti. Iam nonnullorum superstitione repudiata, legendum asseruerim, tyrrheniq; duces
i tyrrhenum exercitus omnis, absq; ea particula, q; uis ea desiderari videatur. i ¶Magna tro-
phea ferunt. In antiquis aliquot, trophæa, & in Romano, & aliquot aliȷs, ferant, quod luculenti⁹
k videtur. k ¶Esset par ætas & idem sit robur ab annis. Legendum. Et idem si robur, ex anti-
quiorum omnium codicum lectione. Quibus addam robor, vtraq; syllaba per o, scribi solitum
in antiquis aliquot codicibus. Neq; desunt veterum grammaticorum obseruationes, robor, in
eorum ordinem redigentium, quæ or, finiũt, vt marmor, æquor, & ita semper apud Sosipatrem
Carisium obseruaui, in codice litteris Lõgobardicis scripto. De hoc vero Quintilianus ait, ebur,
& robur, ita dicta, ac scripta, in summis auctoribus in o, litteram secundæ syllabæ transferunt
quidam, quia sit roboris, & eboris. Addit & alios fuisse, in quibus Antonius gnifo memoratur,
qui non solum robur ebur, murmur, verum etiam ex his robura, ebura, marmura, & scriberent,
& enuntiarent, quum tamen ipse litterarum citet affinitatem, ob quam ita robur roboris dica-
l mus, veluti etiam limes limitis. l ¶Turnum natoq;, patriq;, quam debere vides. Alias ex Vi
ctorino, gnato, legendum ostendimus g, littera pręposita, quod vocabulum fortunatianus tam
poeticum existimat, vt minime oratori adcommodatum putet. Huic vero scriptioni Carisium
subscripsisse loco hoc præcipue teste manifestum, ait enim ille, vbi de figuris. Prothesis est, quũ
primæ parti dictionis, aut littera adiȷcitur, aut syllaba, littera, vt turnũ, gnatoq;, patriq;, syllaba,
vt tetulit, toties apud catullum, cuius hoc loco versum, concitum retuli gradum. Carisius ex poe
mate de vere, quod desideramus, citat, vt illis etiam sit responsum, qui ferre gradum latine dici
negant.

SERVIVS.

SER. ¶Extulerat lu. Asinius Pollio
dicit vbiq; Vergi. in diei descr
ptione sermonẽ aliquem pone-
re aptum pꝛ̃sentibus reb⁹: vt hoc
loco: oc
ca

¶ Poe. Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem: referẽs opera atq; labores.

ASCENSIVS.

ASC. ¶Aurora inter. &c. Extulerat lu.
&c. Recitat quõ ꝑ inducias & pa
cem sequæstrã mãdata sint sepul
ture interfectoꝝ vtrinq; corpora
de qua



Iam pater æneas iam curuo in littore Tarcon
Conſtituere pyras: huc corpora quiſq; ſuorum
Morte tulere patrũ: ſubiectiſq; ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlũ.
Ter circum accẽſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos: ter mœſtum funeris ignem
Luſtrauere in equis: vlulatuſq; ore dedere.
Spargitur & tellus lachrymis: ſpargũtur & arma.
It cœlo clamorq; virum clangorq; tubarum
Hinc alii ſpolia occiſis direpta latinis.
Coniiciunt igni galeas enſeſq; decoros.
Frænaq; ferueteſq; rotas: pars munera nota.
Ipſorum clypeos: & non fœlicia tela
Multa boum circa mactantur corpora morti.
Setigeroſq; ſues: raptaſq; ex oĩbus agris
In flãmam iugulant pecudes: tum littore toto
Ardẽtes ſpectãt ſocios ſemuſtaq; ſeruãt
Buſta neq; auelli poſſunt: nox humida donec
a Inuertit cœlũ ſtellis ardentibus aptum.a
Nec minus & miſeri diuerſa in parte latini
Innumeras ſtruxere piras: & corpa partim
Multa virum terræ infodiũt: auectaq; partim
Finitimos tollũt in agros vrbiq; remittũt.
b Cætera cõfuſæq; ingentẽ cædis b aceruum
Nec numero nec honore cremãt: tũc vndiq; vaſti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram.
Mœrentes altum cinerem: & confuſa ruebant
Oſſa foſſis: tepidoq; onerabant aggere terræ.

PIERIVS.

a ¶Stellis ardentibus aptum. Sunt codices aliquot antiqui, in quibus adſpiratum eſt huic vocabulo, haptum, nempe quia παρα το απτω dictum crediderint, atq; haptum ita incẽſum, aut inflammatum ſignificaret, vel ſi απο του απτομαι, quod coniungere, compaginare, & coaptare ſignificat, nihilominus adſpirationem admittere. Sed enim eam latini non vſq; quaq; recepere, vt omnibus iis adſpirent, quibus græci ſolẽt.
b ¶Ingentem cædis aceruum. In Romano codice legere eſt, ingentem ſtragis aceruom. In aliis, cædis.

☞ de qua re nihil extat Donati
ordo aũt eſt. Aurora extulerat in
terea .ſ. dũ hæc apud euandrũ fie
rent: mortalib⁹ miſeris. qa lucis
egẽtibus & cõſeruationis & ſuæ
virtuti ſi derelinquant pereũti-
bus lucẽ almã .i. altricẽ & cõſer-
uatricẽ vtrũq; vitę. referẽs opa .i.
exercitia atq; labores. pr̃ eneas &
tarcon .ſ. hetruſcorum rex cõſtitue-
re in littore curuo pyras .i. ſtrues
lignorum vt incedant in formam
ignis aſcẽdentis extructas: quiſ-
q; .i. quilibet tulere huc .i. ad has
pyras corpa ſuorum .ſ. amicorum no-
ſtrorũ neceſſariorum aut familiarum
more patrũ .i. ex vetere patrũ in-
ſtitutione & traditione & hoc igni
bus atris .i. funebribus aut fumo
ſis futuris ſubiectis .ſ. ſub pyras
cœlũ cõdit altum .i. alte & pfun
de in tenebras: caligine .ſ. fumi:
aut qa nõ niſi noctu incendebã-
tur pyre & ſup. teucri & hetruſci
atq; arcades cicti armis .ſ. gladiis
fulgẽtibus: decurrere .i. decurre-
runt ter circũ rogos .i. cõgeries li
gnorum: accẽſos: qa tunc rogi ſunt
cũ incenſi & luſtrauere .i. circuiie
runt more luſtrãtium in eqs ter
ignẽ funeris mœſtũ .i. mœſtitiã
afferentẽ. & dedere ore vlulat⁹ .i.
eiulatus lamẽtabiles & tell⁹ ſpar
gitur .i. cõſpargit lachrymis & ar
ma ſup. eorum ſpargũt lachrymis
Clamor virũ p virorum & clãgor
tubarum: it .i. diffundit cœlo .i. ad
cœlũ hinc .i. deinde alii cõiiciunt
igni .i. in ignẽ ſpolia direpta lati
nis occiſis arma dicit videlicet
galeas & enſes decoros & frena &
rotas .ſ. curruũ feruẽtes .i. feruide
actas pars .i. partim: aut alii ſup.
coniiciunt in ignẽ: munera nota
ipſorum .i. arma ipis occiſis nota &
chara qa viui illis oblectati erãt
videlicet clypeos .i. arma defen-
ſiua & tela nõ fœlicia .i. qbus in
fœliciter vſi erãt cũ nõ pſtraue-
rint ſed pſtrati ſint: Multa corpa
boũ mactant morti .i. deę moriẽ
tium circa .ſ. corpora vrenda aut
per circuitũ: & iugulant in flam
mam .ſ. piiciẽdos ſues ſetigeros.
id eſt apros: & pecudes raptas ex
oĩbus agris tũ .i. deinde: ipſi ſpe-
ctant .i. pſpectant toto litore .i. p
totũ littus: ſocios ardẽtes: & ſer-
uãt buſta ſemuſta .i. ad dimidiũ
exuſta (Buſtũ aũt dicit quaſi bñ
vſtum: & eſt vbi vſtorum cineres
quaſi in vrnã q ab vrẽdo quoq;
dicit cõdunt) neq; poſſunt auel-
li donec nox humida ĩuertit cœ-
lum apertũ .i. cõiunctũ ſtellis ar-
dentib⁹ .i. donec nox ĩgruit. Nec a
minus .i. & nihilominus miſeri
latini ſtruxere in diuerſa parte
innumeras pyras: & infodiunt
multa corpora virum .i. virorũ
partim terræ .i. in terram ſuper
quam iacebant & tollũt partim
corpora auecta in agros finiti- b
mos & remittunt ſup. partim: vr
bi .id eſt ad vrbem ſup. eorum qui
illic oriundi erant: nã cremãt cæ
tera ſcilicet corpora: & ingentem aceruum cædis .i. ſtragis cæſo-
rum confuſe .i. commixte: quia ignobilium & plebeiorum: nec
numero .i. & ſine numero .id eſt non numerando eorum corpora
☞ nec honore .i.

⁂ loco: quia funerũ & ſepultu
rarum res agitur dicit extulerat: nã
& efferre eſt ad ſepulturam ferre
item in quarto: quia eſt nauiga-
turus Aeneas & relicturus Dido
nem dicit. Thitoni crocreũ lin-
quens aurora cubile quod licet
ſuperfluũ ſit in multis tamen lo
cis inuenit. Miſeris .m. qui ſunt
ſubiecti tot caſibus Home. δειλοισι βροτοις .i. miſeris mortali
bus non timidis. Opera atq; la. Opus. Opera.
hoc opus & hæc opera tunc dici
mus qñ negociũ ipſum qd geri
tur ſignificamus: ſi aũt fœ. gene.
dixerim⁹ operas ipſas perſonas.
quæ aliqd faciunt ſignificamus
ſicut cuſtodia dicit quę cuſtodit
vt cernis cuſtodia qualis: nã vt
hi qui cuſtodiunt cuſtodia dicã
tur: vſurpatũ eſt: vnde male eſt
in vſu: cuſtodiæ audiunt. Cõſti Pyra.
tuere. P. Pyra eſt lignorum cõge Rogus.
ries. rogus cũ ardere cœperit di- Buſtum.
citur: buſtum vero iam exuſtum Sepeliendi diuerſitas.
vocatur. quẽ ordinẽ ſeruat poe-
ta dicens. Cõſtituere pyras. Item
ſubiectiſq; ignibus atris. Ter cir
cum accẽſos decurrere rogos. Itẽ
ſemuſtaſq; ſeruant. More tulere
pa. quia apud varias gẽtes diuer
ſa fuerunt genera ſepulturæ: in-
de eſt q alii obruuntur: alii exu-
runtur alii proprias remittuntur
ad patrias: alii per diem. vt nunc
iſti: alii per noctẽ vt ſupra Pallas
& perite has varietates Verg. po
ſuit: nãq; Heraclytus qui omnia
vult ex igne cõſtare dicit debere
in ignẽ corpora reſolui Thales
vero qui cõfirmat oĩa ex humo
re procreari dicit obruenda cor-
pora vt poſſint humore reſolui
ignib⁹ atris at qui ignes atri nõ
ſunt ſed epithetõ traxit de nego-
cio vt atris diceret: hoc eſt fune-
bribus: vt paulopoſt Mœſtum
funeris ignem .i. funebrem nam
mœſtus eſſe non põt ignis. Con
ditur inte .i. fumi obſcuritate cõ
pletur. Cuncti fulgẽtibus ar. fru
ſtra hoc epitheton notant critici
quaſi circum eũtes rogos alia ar
ma habere debuerunt Cincti: in
ſtructi. Decurrere. id eſt pro circa
rogos currere. Bene autem ait de
currere non decucurrere. Nã ver
ba quæ in præterito perfecto pri
mam ſyllabã geminant: vt cur-
ro cucurri: & tondeo totondi: cũ
compoſita fuerint geminare nõ
poſſunt: nam neq; decucurri. ne-
q; detotondi dicimus: exceptis
tantum duobus do & ſto. Clan-
gorq; tuba. ante enim mortui
ad tubam deducebantur: vnde
Perſius. Hic tuba candelæ: tan-
demq; beatulus alto Compoſi-
tus lecto. Hinc alii ſpolia occiſis
direpta latinis ſecundum ſuę gẽ
tis ritum: alii hoſtilia arma: alii
peremptorum cremabant. Fer-
uenteſq; rotas nimio ſcilicet cur
ſu: Alibi volat vi feruidus
axis: Horatius metaq; ferui-
dis euitata rotis. Non fœli-
cia tela quibus defendere nequiuerunt. Mactantur corpo-
ra morti .aut in morte: aut in morti ipſi deæ. Statius.
In ſcopulis mors ſæua ſedet. Lucanus. Ipſam voca-
⁂ tam. Quem

tam Quem petat e nobis mortē tibi coge fateri. Circa autē iō quia Homerus dicit in morte: Patrocli circa corpus extincti tam homines quam pecora imolabantur: & vno igne cremabāt: vn̄ ē in sexto Ossaq; lecta cado texit corinne⁹ aheno. Raptas rapti abdu ctas: nam post inducias rapere nō poterant: aut certe raptas ante: belli. s. tempore. Stellis ap. cōiūctum. Nec min⁹ ēt Inumeras: hoc loco multis reb⁹ ostendit imēsam cedem factā esse rutulorꝝ. Fini timos. t. ina. a. q. n. e. longinquo venerāt referri nō poterāt. Vrbi ꝗ. r. deeit vnicui ꝗ: & meminit antiquæ cōsuetudis nā an̄ etiā ho mies i ciuitate sepeliebāt: ꝗ postea: Duellio cōsule senat⁹ prohi buit: & legauit ne quis in vrbe sepeliretur: vnde imperatores & virgines vestæ quia legibus non tenerentur in ciuitate habent sepulchra deniq; etiam nocentes virgines vestæ licet viuæ ta-men

nec honore. i. & sine honore. i. sine odorib⁹ & insignib⁹. Agri vasti collucent rūc certatim. i. cum certamine vtriusq; partis: i- gnibus cerebris. Tertia lux. s. solis dimouerat cœlo vmbrā. s. ter- re gilidam. i. noctem humidam & frigidam cum supple ipsi mæ- rentes ruebant. i. diruebant altū cinerē & ossa cōfusa focis. i. vstri nis & onerabāt sup. ea aggere terrę tepido: qa ipsa erant tepida.

men intra vrbē in cāpo scelerato obruebantur Nec ho. quia nec numero: nam aliud verbum pendet ex altero. Confusa rue. Ora so. Aut quia dixit simul multos crematos: aut si ad honora- torum cadauera referas: vt supra diximus: confusa propter ani- malia simul concremata. Ruebant: de cineribus eruebant. Tepi- doq; onerabant aggere terræ: hyppalage hoc est ōssa tepida.

SERVIVS.

SER. ¶ Prædiuitis more greco epitheton incongruum hoc loco posuit. Et longe pars maxima lu. Valde hoc eit melius: quam ꝗ legatur & longi: Hic matres: quia scit hæc nomina ad aliqd ptinere non addidit deflebant: filios aut maritos, aut fratres. Iubent volunt exposcunt. Ingrauat: maiorem inuidiam concitat. Testatur testificat̄ etiā legatorum fidē qui cum eo fuerūt. Obūbrat: sub audi Turnū: tuetur defendit: & ē translatio ab arboribus, hoc autem dicit amor Reginę ad fauorem popularem plurimum proderat Turno. Meritis sustentat phama tro. quia multos occiderat: vt etiam ipse dicturus est. Ecce super: insuper ad cumulationem malorum. Mœsti: hoc sermone nihil eos egisse significat Magna diome. ab vr. legitur & magni. Nil dona neq; aurum. ordinem legationis exequitur dicens perfecta inaniter esse oia q̄ possent efficaces legati perficere auro p̄ce pmissione. Pacē Troiano ab rege petendū. sicut etiā supra
Petēdū. dixim⁹ cū per gerūdij modū aliqd dicimus p actm̄ elocutionem formem⁹ necesse est. Lucre. Aeternas qm̄ pœnas in morte timendū. Itē Sal. castra sine vulne
Introitū. re introitū: nā castra actūs plura lis est: q multis errorē facit: vt videatur esse ntūs. qa neutra triptota sunt: & filiis est ntūs actō. Rex ipse la. Qui aut consolari debuit aut defendēde reipu. aliud inire consiliū. Fatalē æneā manifesto numine ferri: mō pniciosum oibus æneā. Manifesto numi. i. manifesto deorꝝ indicio ad Italiam venisse, numinū ira testat̄: quam cognoscim⁹ tātorꝝ cæde sociorꝝ. Alta inter limina cogit: q̄rit̄ cur ad priuatam domū cōuocetur senatus: qui nō nisi ad publica & augurato cōdita loca conuenire consueuit: sed scimus domū latini augurato cōditā & eandem tam templum fuisse ꝗ curiā nā- ꝗ in superioribus legimus tectū augustum. i. augurio cōditū: inde paulo post. Hinc sceptra accipere & prios attollere fasces. Regibus omen erat: hoc illis curia templum. Merito ergo ad domū regis quasi ad publicum locum conuocatur senatus: nam ait in vij. Tali intus templo diuum patriasq; latinus sede sedens idcirco etiam i palatij atrio: quod augurato conditum est apud maiores



Iamvero in tectis prædiuitis vrbe latini
a Præcipuus fragor: & lōge[a] pars maxima luctus.
Hic matres miseræq; nurus: hic chara sororum
Pectora mœrentū: puerię parentibus orbi
Dirū execrant̄ bellū Turniq; himenæos:
Ipsum armis: ipsumq; iubent decernere ferro:
Qui regnū Italiæ: & primos sibi poscat honores
b Ingrauat hæc[b] sæuus Drances: solumq; vocari
c Testatur: solū posci in certamina[c] Turnū.
Multa simul cōtra variis snīa dictis
Pro Turno: & magnū Reginæ nomē obumbrat.
Multa virū meritis sustētat phama trophæis.
d Hos inter motus medio flagrāte[d] tumultu:
e Ecce super mœsti magna[e] Diomedis ab vrbe
Legati responsa ferūt: nihil omnibus actum
Tantorū impensis operū: nil donaq; aurum:
Nec magnas valuisse preces: alia arma latinis
f Quærenda: aut pacē Troiano ab rege petendū.[f]
Deficit ingenti luctu Rex ipse latinus.
g Fatalem Aeneam[g] manifesto numine ferri
Admonet ira deum: tumuliq; ante ora recentes.
Ergo consilium magnum: primosq; suorum
h Imperio accitos alta intra limina[h] cogit:
Olli conuenere: fluuntq; ad regia plenis
i Tecta viis: sedet in mediis Rex maximus[i] æuo:
Et primus scæptris haud læta fronte latinus
Atq; hic legatos ætola ex vrbe remissos
Quæ referant fari iubet: & responsa reposcit
Ordine cuncta suo: tum facta silentia linguis:
Et Venulus dicto parens ita farier insit.

ASCENSIVS.

¶ Iamvero in tectis &c. Descri- ASC.
bit in statum domus latini in q̄ variç de bello habitç sunt sentētiç: aliis Turnum accusantibus: aliis propter amatam Reginam protegentibus: docetq; aduentū legatorum quos ad Diomedem qui turpitudinem cōiugis suç fugiens in Apuliā pfugerat latinus diffidens iā armis & auspitiis Turni legauerat: docetq; ad responsa per eos recitanda varie concursum. Circa quam rem sunt vba Donati. Ecce: sup mœ- Dona.
sti. Ecce inopinatū pronunciat malum hæc dictio & graue satis ac vehemens. Neq; aurū. qđ quidem etiam qui nullo odio commoti sunt: in præliū excitat & ad iniurias vt probauit in Pygmalione & i Polimnestore Alta ad limina interiorē partem domus intelligit & nō curiā quā descripserat i qua de rebus letis agebatur. Olli cōuenere: ostēdit quam cupide propter magnitudinē periculi oēs cōcurrerent. Hæc ille.
¶ Ordo est. Iā vero. i. iam ad ve- Ordo.
rum aut p̄cipue ingens fragor. i. cōcrepitus obstrepentiū & murmurantiū: erat sup. in tectis appositorie: vrbe latini p̄diuitis. i. habentis latā familiā vn̄ ingens oriebatur fragor: nō est ergo impertinēs vt Seruius vult epitheton: qa alterū pēdet ex altero iō em̄ ingēs erat fragor: & lōge maxima pars luctus erat in tectis & vrbe latini: qa prædiuitis. i. p̄ter cæteros diuitis & latā familiā & multos ciues habētis: Nā mr̄es q̄ liberos lugebant & misere nurus q̄ maritos ac spōsos lugebāt & chara pectora sororꝝ merētū. i. merētiū ppter necē fratrū & pueri orbi parētibus: execrant̄. i. cū execratione detestātur hic bellū dirū. i. cū deorꝝ ira acceptum: & hymeneos. i. auspicia nuptialia: Turni & iubent. i. volūt & exposcunt aut cēsent: ipsum Turnū. s. decernere sup. debere armis & ipsum decernere ferro: ipsum inquam qui poscat sibi regnū Italiæ & primos. id est regales honores Drances scilicet hostis ipsius Turni & ideo sæuus ingrauat. id est in malum Turni augmentat & grauiora hoc est maioris momenti facit hæc: & testat̄. id est affirmat ex legatione solū Turnum scilicet vocari. id est p uocari ab ænea in singulare certamen: & solum Turnum posci scilicet ab Aenea in certamina: Simul. i.

☞ Simul .i. pariforma: multa sn̄ia varijs dictis pro Turno contra .s. Dranceē facit & magnū nomen .i. magna auctoritas: amatę scilicet reginę obūbrat .i. q̄si vmbra sua ꝓtegit Turnū: & multa phama sustetat .i. cōtra aduersarios & deprimētes stantē ꝓtegit virū .s. Turnū: tropheis: meritis .i. claris facinoribus per quæ trophea figere meruerat: Ecce .q.d. de repente & ꝑter spē: legati mœsti: ferunt .i. afferunt a magna vrbe Diomedis quam .s. in Apulia cōstruxerat: super .i. insuper: hoc est medio tumultu flagrāte .i. ardente inter hos motus .s. in vrbe cōcitatos: ferunt aūt responsa .s. nihil actū sup. esse: oībus impensis tantoꝝ operꝝ .i. tam sumptuose legationis. dona nihil valuisse nec aurū valuisse: nec magnas ꝑces valuisse .s. apud Diomedē cōtra Aeneā: & alia arma q̄renda sup. esse latinis: aut (vt Serui⁹ legit) petendū supp. esse .i. petere oportere: pacem ab rege Troiano: quia nō dicit arma quærendum sed quærēda: credo cōsimiliter per gerundiuū nomē dicat: pacē petēdam vt sit: & ferunt pacem petendā sup. esse a rege Troiano .s. Aenea. Ipse Rex latinus: deficit .s. viribus & quasi exanimus decidit: ingenti luctu .i. præ dolore: ira deum .i. deoꝝ: hoc est pugna infœlix q̄ dijs iratis videtur cōmissa: admonet Aeneā fatalem .i. fatis cōcessum: ferri .i. duci ad regnū italiæ: manifesto numine .i. nutu deoꝝ id manifeste indicāte: & tumuli .s. occisoꝝ recentes ante ora sup. id admonēt. Ergo quia .s. ita persuasum habet cogit magnū cōciliū .i. cōuocatorum cœtū. & primos suoꝝ .i. primores & ꝓceres: accitos .i. aduocatos: imperio .i. mādato regio. intra alta limina .s. regię dom⁹ Olli .i. oēs illi qui vocati erāt cōuenere .i. cōparuerūt: & fluunt .i. cōfluunt: hoc est celeriter accurrūt vijs plenis .i. opplēdo vias ad tecta regia. rex .s. latinus: maxim⁹ æuo .i. annosissimus & primus sceptris .i. intra sceptra tenentes: aut sedet primus in medijs: vt .s. oēs audire posset: sup. cū sceptris .i. insigni regio: fronte haud lęta ❧ id est mœsta & tristi. Atq; iubet hic .i. hoc loco & tēpore .i. cū sic sederet legatos remissos .s. a Diomede: ex vrbe Aetola .i. quam Aetoli hoc est ex Aetolia profecti cōstruxerant in Apulia. fari q̄ referant .i. reportēt a Diomede & reposcit .i. exigit respōsa .s. Diomedis cuncta suo ordine .i. vt cuncta recitentur suo ordine: tū .i. deinde silentia facta sunt linguis: & venulus .s. princeps legationis parens .i. obediens: dicto .i. mandato regio: infit .i. incipit: fari ita .i. ad insequentē modum.

PIERIVS.

a ¶ Et longe pars maxima luctus. In Ro. codice, longí, habet̄, quippe luctus, quam lectionem improbat Seruius, quē bona inde librarioꝝ pars secuta est. b ¶ Ingrauat & sæuus drances. Ex codi. antiquis, ingrauat hæc, oīno legendum, & si placeat, sæuos, ex Romano. c ¶ Solum posci in certamina turnum. Quāuis posci in certamina. Vetera aliquot habeāt exēplaria, minime tamen displicet, quod in antiquissimis aliq̄t legitur, in certamine. Aeneā quippe iam paratum in campo opperiri, vt turnus in duellum icto fœdere descendat. Nā qđ alibi, solumq;, duci, quippe Aeneæ vocari turnum legit̄, nequaq̄ placet. d ¶ Hos inter motus medio flagrāte tumultu. Vetera oīa, quæ versamus exemplaria: medio inflagrante, legunt, vti prius imprimi cœptum fuerat. e ¶ Ecce super mœsti magni diomedis ab vrbe legati responsa ferunt. Et magni, & magna, legi Seruius attestatur, idq; impressores in diuersum, egit magni vero Diomedis, legitur in Oblō. cod. sed in Romano & aliquot alijs vetustate ipsa venerabilibus cod. magna, habetur, & meo quidem iudicio magnificentius videtur legatos, venisse ab vrbe magna, quod ipsius etiam diomedis amplitudinem ostēdit, & eius opes. Magnus vero esse posset diomedes rebus gestis, & præclaro noīe, exiguis tamē opibus. Sed si dominus magnæ vrbis sit, dubio procul etiam potentem esse confitendū. f ¶ Aut pacem troiano ab rege petendum. Librarij porro oēs chalcographi Seruij grāmatici auctoritatē secuti, petendū, figura gerundij scribendū curauere, vt pœnas in morte timendū, apud lucretiū, & castra introitum, apud Sal. Cæterū codex Ro. ant. & alter peruetus in vaticana bibliotheca repositus, & pleriq; alij minime cōtemnēdi, legūt, pacē troiano a rege petendā, figura participij. Sed vtrū ex his magis placeat, nō laboro. g ¶ Fatalē æneā manifesto numine ferri, admonet ira deū. Seruius, fatalē, loco, hoc, oīb⁹ perniciosum significare dicit. Sed cur nō obsecro poti⁹ exponamus, fatis certo aduectū. Argumētoq; esse, nos dū æneę resistimus, grauē deoꝝ iram cōcitasse. Tot mortaliū strages immissas, pugnariq; a nobis infœliciter manifestū, qa cōtra deorum impia arma sumpserimus, mihi em̄ religio est, ęneā tā inhonesto epitheto notatū asseuerare. h ¶ Alta intra limina cogi. Intra limina, passim legit̄, idq; & Seruio, & alijs negotiū facessit. Cæterum in ant. cod. Ro. intra mœnia, legit̄, vt adlusio sit ad veterū mores, q vicatim habitabāt. Nō tn̄ displicet, limina, neq; ea q̄ sup hoc Seruius cōminiscit̄. i ¶ Sedet in medijs rex maximus æuo & primus sceptris haud læta fronte latinus. In antiqs oībus exēpla. legere est, & maxumus æuo & primus sceptris, & ita recte in antiquioribus erat editionibus priorum impressorum.

ASC. ¶Accidit hæc fessis &c. Docet quomodo Amata cũ videret vrbem in periculo: laqueo vitã finiuit vñ clamor miserabilis subortus est quẽ Turnus accipiẽs eo ꝑperauit dehortãte Iuturna sub forma metisci aurigę: quã tamẽ Turnus agnouit sed audita morte amate eidem nõ obediuit: Vñ quia disperijt Donatus. Ordo. ¶Ordo est hęc fortuna.s. aduersa quia suspendium amatę reginę accidit etiam latinis fessis: quæ cõcussit funditus totam vrbẽ luctu regina.s.amata vt.i.postq̃ prospicit hostem venientem tectis.i. ad tecta & muros incẽdi: & ignes volare ad tecta.s. vrbis & acies rutulas.i.rutulorũ nusq̃ supp.esse aut apparere aut stare cõtra .i. ex aduerso: & nulla agmina turni sup. cõtra stare: ipsa infœlix credidit iuuenem.s.turnum & ideo quia iuuenem contra maturum virũ cõtendere ausum: extinctum in certamine. & ipsa turbata mentẽ scilicet habens mentẽ turbatã subito dolore clamat se causam & crimen & caput malorũ.i.incommodorum regni: & ipsa demens effata.i.elocuta multa per dolorem mœstum.i. ex mœstitia ortum discindit manu .s. sua amictus purpureos .i. vestes regales moritura.i. quia certa erat mori & nectit ab alta trabe nodũ.i.laqueum in nodum cõtractum: lęti.i. mortis informis .i inhoneste: quia qui laqueo sibi vitã ademerant insepulti abijciebantur propter fœditatẽ mortis. Quam cladem.i. calamitatem postq̃ latine.s.matrone.misere accepere. id est intellexerũt sup. laniate genas fũrore feruntur. Nam sequitur. Lauinia filia .s. eius laniata prima.i.ĩter primas: aut añ alias crines.i.capillos flauos & genas roseas sup.furit circũ tum.i.deinde cętera turba.s.latinarum furit circum.s.cadauer extĩcte. Aedes resonãt late aut edes late resonãt plãgoribus & fama infœlix vulgatur hic.i. ex his latis edib⁹ hoc est ex regia per vrbem totam. Demittunt.s. omnes mentes.i. aĩos hoc est desperant: latinus attonitus.i.perplexus quasi tonitru ꝑculsus: fatis.i. morte cõiugis: & ruina verbis quam.s. imminere videbat: it veste scissa.i.dissecta: turpans.i.fœdans: caniciem perfusam.i. perfundẽdo eam puluere immũdo & incusat se multa.i. multum qui.i. vtpote qui nõ acceperit ante.i. priusq̃ cogeretur: aut ea mala prouenissent & asciuerit.i.aduocarit vltro.i. nondũ coactus æneam dardaniũ .i. troianum: generũ.i. vt dicunt in generum vel vt sit sibi gener. Turnus bellator sequitur interea in extremo: ęquore.i.extrema parte campi: paucos.s. hostes palantes id est oberrãtes sine ductore existens iam segnior atq; iam min⁹ atq; minus lætus successu.s.inualido æquorum: quia.s. videbat equos q̃q; segnes effectos & aĩos

Occidit infœlix ne nostrum dedecus Vfens
Aspiceret: Teucri potiuntur corpore & armis:
Excindi ne domos (id rebus defuit vnum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo: & turnū fugientē hæc terra videbit?
Vsq; adeo ne mori miserū est? vos o mihi manes
Este boni: quoniam superis auersa voluntas:
Sancta ad vos anima: atq; istius inscia culpæ
Descendā: magnorū haud vnq̄ indignus auorū.

demisisse Aura attulit illi .s. turno clamorem cōmixtū terroribus cæcis .i. incertis vnde procederent & sonus vrbis confusę & murmur illetabile .id est nullo modo lætificans impulit .i. percussit & sollicitauit illi auras arrectas .i. quas impulsas arrigebat vt melius caperet Et ait sic. Hei mihi quid .i. ad quid turbantur mœnia tanto luctu? ve pro vel quis tantus clamor: ruit ab vrbe diuersa .i. diuersa parte vrbis? ait inquam sic atq; ipse amens .i. sine mente & consilio substitit .i. manet stans habenis adductis .i. ad se tractis. Atq; soror .s. iuturna (vt .i. secundum quod ipsa conuersa in faciem .i. effigiem & formam metisci aurigę regebat currus & equos & lora .s. equorum) occurrit huic talibus dictis. Turne sequamur .i. persequamur trojugenas: hac .i. per hāc viam: qua victoria pandit .i. aperit & monstrat nobis prima .i. primū viā. Sunt alij qui possunt defendere tecta .s. vrbis manu .s. sua Aeneas ingruit .i. irruit Italis .i. in Italos & miscet prælia mittamus igit̄ & .i. etiam nos Teucris .i. in Teucros: manu .s. nostra funera sæua id est magna & crudelia. Tu recedes .s. sic faciēdo: nec numero nec honore pugnę inferior .s. Aenea id est tot & cū tanto honore occideris vt Aeneas. Turnus ad hæc sup. respondit. O soror ego agnoui: & .i. etiam dudum: cum .i. q̄n tu turbasti prima .i. pręcipua: fœdera per artem .i. astutiam & subtilitatem tuam inducens augurium lætū & faciem mentita camertis cohortata es ad prælium ineundum: & cū dedisti te in hęc bella & tu dea .i. q̄uis dea fallis nūc nequicq̄ .i. in nullo: sed quis voluit te demissam olympo .i. cœlo: ferre tātos labores? an supp. ideo venisti aut demissa es vt videres lætum .i. exitium crudele: fratris miseri .i. miseratione digni? Quia vero malū omen admonuit conscientia vitare: affirmat dicens dico crudele lętum: nam quid ago aut quæ fortuna spondet iam salutem .q. d. nulla quia ipse .i. ego vidi muranum quo alter nō fuerat mihi charior: muranum inquit ingentem atq; victū ingenti vulnere oppetere ante meos oculos vocantem me voce .i. propria vocatione seu appellatione. Vfens vir: ille infœlix occidit .i. interijt: ne aspiceret nostrum dedecus: Teucri potiuntur corpore & armis .s. eius. Perpetiar ne domos excindi .i. vrbem capi & dirui? Nam id vnum defuit rebus .s. nobis miseris quominus perissent funditus: nec refellam .i. redarguam & refutabo. dextra. id est viriliter agēdo dicta .id est conuitia Drancis scilicet hostis mei capitalis .q. d. id maxime conari debeo: Dabo sup. ne ego terga & hæc terra scilicet quam defendere & mihi vendicare molior videbit Turnum fugientem .q. d. nō id cōmisero: ne pro an: an mori est vsq; adeo. id est intātum miserum: vt .f. malum inhoneste fugere q̄ fortiter mori .q. d. nequaq̄ & ideo: O vos manes .i. dij inferi: este mihi boni .i. ꝓpicij & fauorabiles: q̄m voluntas est superis. auersa .s. a me id est nō amplius fauent mihi. Ego descendā ad vos existens aīa sancta atq; inscia .i. nescia & insons. istius .s. tam turpis culpę .i. futuri inuentus vnq̄ .i. in vllo tempore magę existēs haud indignus .s. auorum vel magnorꝫ auorum pro magnorum auorꝫ sup. genere aut noie vel magnis auis: nisi poeta scripserit haud vllo vbi legit̄ haud vnq̄.

erat viuit vt superat ne & vescitur aura. Ne nostrum dedecus Vfens aspiceret: ac si diceret fortasse viueret nisi ideo voluisset occūbere: ne nos victos videret. Teucri potiunt̄ corpe & ar. i. etiā sepultura caret: nā vt in homero legimus de virorꝫ fortiū cadauceribus: erat inter hostes grāde certamen. Dextra nec Drācis dicta refellā .i. virtute: nam ꝓ rei officio ipsam rem posuit pro virtute dextrā. Vsq; adeo ne mori miserum est: tacitę q̄stioni occurrit Superis aduersa voluntas: qa vt supra diximus donec viuim⁹ curę sumus superis dijs. post mortē ad inferos pertinem⁹: qb⁹ se mō commendat. Istius in. c. vel fugę quia fuga grande crimē est apud virū forte vel rupti fœderis: vel lęsę religiōis a qua re se dicit esse alienū propter futura supplicia. Indignus auo. græca figura est. Nos em̄ indignus illa re dicim⁹ contra gręci ἀναξιοσστεφανου id est coronę indignus. Indign⁹. auorū.

PIERIVS.

a ¶Regina vt testis venientem prospicit hostem. In Oblongo codice & in aliquot alijs, conspicit, habetur, quod magis moueret, propter periculi vicinitatem, sed em̄ prospicit. Seruius admittit, & vetera pleraq; exemplaria cōsentiunt. b ¶Incendi muros. Codices oīno aliqui veteres, incendi, legunt. Antiquitus em̄ contextis arboribus, lutoq;, aut calce illitis, infartisq; mœnia cōstrui solebant, quorꝫ plurimus in gallijs vsus fuit teste cæsare. Sed em̄ Oblongus, Mediceus, atq; alij peruetereres codices, incessi, legendum ostendunt. Quod Seruius admittit, dum exponit, inuadi. Roman⁹ ambiguus est vni⁹ mutatione litterę, in eo em̄ incensi, legitur. Sed cum alias primā ex duabus ſſ, in n, vertere consuerit, vt multa superius declarant citata loca, incessi, crediderim esse debuisse. Quū præsertim Arusianus in elocutionū exēplis loci huius Virgiliani testimonio ostendat eleganter dici, incessitur, illa res. Quare incessi muros, longe libētius legerim. c ¶Pugnæ iuuenē in certamine credit extinctum. Romanus codex, a certamine, legit: sed melius est, in. d Quædā vetera alia exēplaria, iuuenē certamine, legūt, absq; a, & absq; in. d ¶Multaq; per mœstum demens effata furorē. In Oblōgo cod. dolorē est, qđ nō æque placet, neq; quidē, qđ effata, vel adfata, in nōnullis habetur. e ¶Flauos lauinia crines. Miror cū Seruius asserat, floreos, antiquam esse lectionē, eā a posterioribus nō admissam. Synizesis em̄ nō est, adeo poetis insolita, vt hoc loco eā reformidare debeam⁹. f ¶Resonant late plāgoribus ædes. In Oblō. cod. clangoribus, legit̄: qđ nō placet. Id em̄ tubarꝫ est. In Med. aūt clamoribus: sed plāgoribus, oīno melius. g ¶Multaq; se incusat. In Ro. cod. desiderant̄ hi duo versus. Multaq; se incusat, qui nō acceperit an̄. Dardaniū æneā, generūq; asciuerit vrbi. Nempe, qa in vndecimo ijdē habent̄. Sed em̄ nō inconGruum videt̄ versus eosdē, eadē superueniēte rerū turbatione hoc etiā libro repetitos esse, quū ꝑsertim eā secū reprehensionē apportet, q̄ græci illius dicterij testimonio grauissima videri poterat h δὶς ἐξαμαρτεῖν ταυτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ. h ¶Currusq; & equos. In Ant. cod. currū, singulari i numero. i ¶Qui tecta manu defendere possunt. In ant. plerisq; codicibus, possint.

SERVIVS.

SER. ¶Implorans noīe Tur. ex multis rebus indicat perturbationē q̄ festinans venit q̄ p hostes vulneratus q̄ Turnum noīe appellat: nam contumelia est noīe superiorem vocare sic in Geor. Mater cyrene mater cū præmisisset te crudelem noīe dicit: sicut contra Aeolus ad Iunonē ait: Tuus o Regina quid optes Explorare labor. Turne in te suprema sal⁹ miserere tuorꝫ. Oīa quæ supra Iuturna dixerat oratio ista dissoluit. Fulminat. æ. a. exaggeratio est sic paulopoit. Horrendumq; intonat armis. Minat̄ deiecturū arces. quia dixerat æqua solo fumantia culmina ponam. Mussat modo dubitat: ꝑterea Regina qa occurrebat. Amatā pro eius partibus niti. Soli pro. p. cōtra illud ¶Poe. sunt alij



¶Vix ea fatus erat: medios volat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages aduersa sagitta
Saucius ora: ruitq; implorās nomine Turnum

ASCENSIVS.

¶Vix ea fat⁹ erat. Docet quomodo nunciata morte Amatæ reginæ Turnus e curru desiliens ad muros ruit Aeneam si posset inde auersurus quod etiam effecit. vnde cum desit Donatus. ASC. ¶Ordo est Turnus vix erat fatus ea q̄ præmissa sunt & ecce .q. d. pręter spem & appellationē: sages vir ille vectus .i. qui vehebatur equo volat per medios hostes saucius ora aduersa .i. habens ora aduersa saucia & vulnerata sagitta scilicet immissa: & ruit implorans. id est imploratu vocans & expectans Turnum nomine .s. ei us expresso. O Turne suprema .i. vltima salus est supp. in te miserere tuorꝫ: quia Aeneas fulminat .i. in morem fulminis prosternit & sæuit armis: & minatur supp. se deiecturum Ordo.

Sag. deiecturū summas arces Italum pro Italorū & daturum sup. eas excidio.i.ad excidiū & exterminium: & faces volant iam ad tecta. Latini ferūt in te ora & oculos. & ipse rex latinus mussat.i. hæsitat summisse loquēdo quos vocet generos an Teucros an rutulos & ad quæ fœdera flectat.i. inclinet sese.an ad ea quæ cū Aenea ferire ꝓmisit an ad tua. Præterea ipsa regina.s. Amata: fidissima tui.i.rei aut personę tuę occidit sua manu: quia sese suspendit: & ipsa exterrita fugit lucē.s. vitalem malens occūbere q̄ hostem tam terribilem videre. Soli Mesapus & atinas acer sustentāt aciem pro portis stantes.i. ante portas pro defensione earū Phalanges stāt circū hos dēse vtrimq;.i.ab vtraq; parte & seges ferrea
Poe. id est pubes armata horret mucronibus strictus.i.euaginatis.& tu versas.i.agitas currum in gramine deserto.s.ab hostibus Turnus cōfusus varia imagine rerū obstupuit: & stetit obtutu tacito id est cogitabundus vno obtuitu oculos tenens nec quicq̄ dicens. Ingens pudor ęstuat.i.efferuet in imo corde & insania sup. agitata luctu mixto.i.cōmixto: & amor agitatus furijs & virtus cōscia.i. cuius ipse cōscius erat sup. ęstuāt in imo corde vt primū.i.vbi primum vel cum primū vmbræ.i. tenebrę cæcitatis hoc est perturbationes excæcātes discussę sunt
Tur. & lux.s. rationis est reddita mēti ipse turbidus.i. adhuc corpe turbatus & cōmot⁹ torsit acies oculorum ardentes ad mœnia: & respexit ad magnā vrbē rotis scilicet inter quas sedebat. Aūt ꝓ sed ecce vortex.i.ingens cumul⁹ flāmarum & fumi. volutus flāmis.
Poe. id est per flammas inter tabulata scilicet turris quæ quidam solaria vocant vndabat.i. vndatim ascendebat ad cœlum & tenebat id est occupabat turrim: turrim dicit sup. eam quam ipse.s.turn⁹ eduxerat trabibus compactis & sup. cui subdiderat rotas vt trāsferri possit: & instruxerat altos pontes.i.scalas quibus in ipsam descenderetur. & dixit o soror iamiam inquit fata superāt.i. vincunt me & violenter trahunt in mortem absiste.i. desine morari sequamur quo deus & quo dura fortuna vocat. Stat.i.placet & decretum est mihi conferre Aeneę i.cū Aenea manum: & stat pati morte quicquid est acerbū. neq; & non: & o germana.i. soror tu nō videbis amplius me indecorem.i. expertem decoris & ho-
Tur. noris: sed oro sine me furere ante id est prius q̄ moriar hunc furorem scilicet quo concepi cū Aenea congredi. Dixit inq̄ Turn⁹ & dedit ocyus.i.celeriter aruis.i. in arua saltum e curru: & ruit per
Poe. tela & per hostes: & deserit sororem scilicet Iuturnam mœstam: ac rūpit cursu rapido agmina.s. hostiū media: ac veluti cū saxū auulsum vēto ruit p̄ceps de vertice montis seu cū imber turbidus. Pluit.s. ipm saxum seu cū vetustas

¶Turne in te suprema salus miserere tuorū.
Fulminat Aeneas armis: summasq; minatur
Deiecturum arces italum: excidioq; daturum:
Iamq; faces ad tecta volant: in te ora latini:
In te oculos referunt. mussat rex ipse latinus:
a Quos gn̄os vocet: aut q̄ sese ad fœdera flectat. a
Præterea Regina tui fidissima dextra
Occidit ipsa sua: lucemq; exterrita fugit:
b Soli pro portis mesapus & acer Atinas b
Sustentant aciem: circum hos vtrimq; phalāges
Stant densæ: strictisq; seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine versas:
¶Obstupuit varia confusus imagine rerum
Turnus: & obtutu tacito stetit: æstuat ingens
Imo in corde pudor: mixto insania luctu:
Et furiis agitatus amor: & conscia virtus.
Vt primū discussæ vmbræ: & lux reddita mēti est:
Ardentes oculorum acies ad mœnia torsit
Turbidus: eq; rotis magnā respexit ad vrbem.
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad cœlum vndabat vortex: turrimq; tenebat:
Turrim cōpactis trabibus: quā eduxerat ipse
c Subdideratq; rotas: pōtesq; instruxerat c altos.
¶Iam iam fata soror superant: absiste morari.
Quo deus & quo dura vocat fortuna sequamur.
d Stat cōferre manū Aeneæ: stat quicq̄d acerbū d est
Morte pati: neq; me indecorē germana videbis
Amplius: hūc oro sine me furere ante furorem
¶Dixit: & e curru saltum dedit ocyus aruis:
Perq; hostes per tela ruit: mœstamq; sororem
Deserit: ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti montis saxum de vertice præceps
Cum ruit auulsum vento: seu turbidus imber
Proluit. aut amnis soluit sublapsa vetustas:
e Fertur in abruptū magno mons improbus actu e
Exultatq; solo: syluas armenta virosq;
Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus.
Sic vrbis ruit ad muros: vbi plurima fuso
f Sanguine terra madet: stridūtq; f hastilibus auræ:
Significatq; manu: & magno simul incipit ore
¶Parcite iam Rutuli: & vos tela inhibete latini:
Quæcūq; est fortuna mea est. me verius vnum
Pro vobis fœdus luere & decernere ferro.
¶Discessere omnes medii: spaciumq; dedere.

sunt alij qui tecta manu defendere possunt varia con. ima. r. multiplici nuncio. Et obtutu va. taci. ite. vultu & obtutus est ꝓprie vultus: quē græci dicunt πρόσωπον propter illud tu currum deserto in gramine ver. Insania: qa in hostes ferebat̄. Mixto.l. ꝓpter Amatæ cognitā mortem. Discussæ vmbrę: postq̄ mētis caligo discessit: quod sequentia indicāt: & lux mēti addita est Turbidus plenus perturbatiōis Quam eduxerat ipse qd ei maiorem cedebat in dolorē. subdiderantq; rotas quo posset trahi ad ea loca quibus hostis instabat. Quicquid acerbū est morte pati aut q̄cq̄d morte acerbū est morte placet pati hoc est iferna supplicia: vel q̄ pōt superbus hostis inferre: sicut de Hectore legimus. Aut certe positiuus est ꝓ cōparatiuo. placet pati si quid etiā morte acerbius inuenit̄. Furere an̄ furorem. Figura antiqua: vt seruitutem seruit dolet dolorē: & est sensus sine me furere ante bellicum furorē.s. priusq̄ ad eum veniam vt pugnā mente concipiā: & instructus furore in bella prorumpam. Saxū de vertice p̄ceps Cum ruit. Cōparatio ipsa futurum ostendit euentū Simul notandum q̄ sicut supra in prælio: ita & nunc in cōparatione p̄fert̄ Aeneas: nā Turnum parti cōparat montis: montibus ęquat Aeneam Auulsum vento: proprie. Nam & Turnus inuitus attrahitur ad bellum. Mons improbus: pars montis & ἐμφατικῶς dictum est sic supra ait. Haud partem exiguā montis. Magno actu magno impulsu. Vbi plurima fuso sanguine terra madet: hypallage est pro vbi plurimo sanguine terra madet. Striduntq; hastilibus auræ. Sic Homerus. Tela inhibete: cohibete: & est translatio a nautis. Me verius vnum. Pro vobis fœdus luere veri⁹ iusti⁹ & sensus hic est. Iusti⁹ est me vnum pro omnibus rupti fœderis pœnas exoluere.

PIERIVS.

a ¶Quæ sese ad fœdera flectat. In Oblōgo cod. mittat, legit̄: ꝓ demittat, verū nō æque placet.
b ¶Acer atinas. In aliq̄t, asilas: sed & supius, acer atinas, habet̄.
c ¶Pōtesq; extruxerat altos. In ant. aliq̄t cod. instrauerat, legit̄: qd magis ꝓpriū est. Med. tn̄, instruxerat, habet. d ¶Stat q̄cq̄d acerbū est, morte pati, l acerbū q̄dem Serui⁹ agnoscere videt̄: sed in his ant. exēpl. nūc, acerbi, nūc acerbi est, legitur. e ¶Magno mons improb⁹ actu. In aliq̄t antiqs cod. actu, habet̄: & agnoscit̄ a Seruio. Sed in Oblon. in Med. & in Porcio, ictu, legit̄: qd non displiceat. f ¶Stridentq;, hastilibus aurę. In ant. aliq̄t cod. stridūt, legit̄: vt in georgicis. Stridere apes vtero, vtrūq; em̄ dicim⁹.

¶ sublapsa.i.quę clam allapsa est annis.s.tacitis soluit.s.saxum
fertur.s.saxū magno actu.i.impetu.in abruptū.i.in pcipitiū pri⁹
exesum:existens mons improbus.i.instar montis improbi quia
nulli parcit qa exultat solo:inuoluens secū & syluas & armēta,&
vires.i.quicqd offendit:sic Turnus ruit ad muros vrbis p agmi
na disiecta:sup.per eā partē vbi terra madet plurima.i. plurimū
sanguine fuso.& vbi auræ stridunt:hastilibus.[illegible]missis.& signifi
cant manu.s.indicium sistendi:& incipit simul magno.i. ma
gni loquo ore.O rutuli parcite iā & vos latini inhibete.i.cōtine
te thecis suis tela quęcūq; fortuna est.s.reliqua:ea sup.mea est:ve
rius.i.iustius & ęqus est me vnū.i.solū luere.i.persoluere aut pur
gare p vobis fœdus.i.violationē fœderis & discernere p vobis
ferro.i.armis.s.cū Aenea Oēs medij.i. qui prius erant in medio
discessere & dedere spacium.s.Turno vt cum Aenea dimicet.

SERVIVS.

SER. ¶Quantus athon:hęc est vera le
ctio.Nam si athos legeris os bre
uis est & versus non stat. Athon
aūt dici actūs indicat. Nam hūc
Athona facit sicut Apollo apol
lona.Quod aūt Herodotus hūc
Athon & hūc Apollon dicit at=
ticæ declinationis est.Athon au
tem mons est thracię adiacēs cir
ca lennon insulā.Niuali vertice
se attollēs. Pater appœninus ad
auras mons est Italię de hoc Lu=
ca.Nullo quoq; vertice tell⁹ Al
tius ituit,ppiorq; accessit olym=
po.Troes & oēs : græce declina=
uit vnde breuis est es sicut supra
troes agunt. Armaq; deposuere
humeris:vel spectaturi vel defes
si.Inter se coijsse viros & cernere
ferro vera & antiqua est hæc le=
ctio.Nam Enniū secutus est:qui
ait.Olli cernebant magnis de re
bus agentes:& item ferro nō au=
ro vitam cernamus vterq;:poste
ritas cœpit legere & decernere se
cundum quam lectionem syna=
lipha op⁹ est excluso os vt sit in=
ter se coijsse vir.& decernere fer=
ro. Fors & virtus miscentur in
vnum.Casus in Turno:virt⁹ in
Aenea. Nam in bello etiā casus
plurimum valet: Cicero in Mi=
loniana: Adde casus adde incer=
tos exitus martemq; cōmunem.
Ac veluti ingentē syla ve tabur
no:syla mōs & sylua est lucanię:
taburnus mons campaniæ. Sal.
De fugitiuis in sylua syla fuerūt
vnde pessime quidam syluā le=
gunt quia proprium appellati=
uo exequari nō potest:vnde pro
prium bene iunxit. Pauidi cesse
Magistri re magistri: pprie magistri sunt
Pastores militum: pastores pecorꝝ sed re=
ciprocæ sunt inter se istę transla
tiones.Nam ductor militum pa
stor vocatur vt diximus supra &
magistros pecorum dicimus Ci
ce. Quem magistrū pecoris esse
dicebāt.Mussantq; iuueni dubi=
tant sic supra musat rex ipse lati.
Iuppiter ipē duas ęquato exami
ne lances:aut poetice dictū est &
ratione caret:nā :Iuppiter igno=
rare non poterat : aut certe illud
quęrit quis sibi de Turno & Ae
nea mortis afferat causam:nā di
cunt phisici mortem minime ad
eum pertinere: nam bona tantū
præstat nec ad eum quę sunt ma
la pertinēt: vnde Cicero in offi.
ait sed quia nocere deos non pu
tant his exceptis hoies homini=
bus obesse plurimum arbitrant
Tamen sciendum locum hunc
a Vergilio ita fuisse translatum:
vt in home.lectus est Examine:
examen proprie est filum quo
trutina regitur. Damnet labor:
liberet vt Damnabis tu quoq;
votis, Vergat pondere lætum:
bene



At pater æneas audito nomine turni
Deserit:& muros:& summas deserit arces:
Præcipitatq; moras oēs:opera omnia rumpit
Lætitia exultans:horrendūq; intonat armis:
a Quātus athon[a]:aut q̄tus eryx:aut ipse coruscis
Cum fremit ilicibus:quantus gaudetq; niuali
Vertice se attollens pater appēninus ad auras:
Iam vero & Rutuli certatim:& troes & omnes
Conuertere oculos rutuli:quiq; alta tenebant
Mœnia:quiq; imos pulsabant ariete muros.
Armaq; deposuere humeris:stupet ipse latinus:
Ingentis genitos diuersis partibus orbis
b Inter se coiisse viros & cernere[b] ferro.
Atq; illi vt vacuo patuerunt æquore campi:
c Procursu rapido coniectis[c] eminus hastis
Inuadunt Martem:clypeis atq; ære sonoro.
Dat gemitū tellus:tum crebros ensibus ictus
Congeminant;fors & virtus miscent in vnum.
d Ac veluti ingenti syla[d] summove taburno
Cum duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt.pauidi cessere magistri.
Stat pecus omne metu mutū.mussantq; iuuence
e Quis pecori[e] imperitet:quē tota armēta sequāt:
Illi inter sese multa vi vulnera miscent:
Cornuaq; obnixi infigunt:& sanguine largo
f Colla armosq; lauāt[f]:gemitu nemus oē remugit.
g Haud[g] aliter tros æneas:& Daunius heros
h Concurrūt clypeis ingēs fragor æthera cōplet.[h]
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet:& fata imponit diuersa duorum:
Quē damnet labor & quo vergat pondere lætū.

PIERIVS.

a ¶Quantus athos,aut quantus eryx.In antiquis athon, legit:
scilicet ex Seruij præcepto,quem nonnulli damnāt, nesciētes
apud gręcos etiam αθωμ το ορος συμ [illegible] λεγεσθαι, quis &
αθως

ASCENSIVS.

ASC. ¶At pater Aeneas. Recitat con=
gressum Turni & Aeneę in quo
Turnus gladio effracto in fugā
versus est:sed non effugit penit⁹
vt sequentia docebunt.Cum ve
Ordo. ro Donatus desit.¶Ordo est. At
id est sed Aeneas pater.i. vir pa=
terna veneratione propter pieta
tem & maiestatem dignus & si=
mul deserit muros:& deserit sum
mas arces quas scilicet expugna=
bat: deserit dicit audito noie tur=
ni.id est cum oēs clamarent : ec=
cum Turnum turn⁹ adest pater:
& pręcipitant oēs moras & rum
pit.i. interrumpit & prætermit=
tit omnia opera.i.omnis conat⁹
incœptos exultans.i. tripudians
lætitia.i.præ lætitia : & intonat
armis.i.armatus & in ipis armis
horrendum .i.horrende & horri
biliter existens scilicet tantus.id
est tantū eminens:quantus athō
mons ille macedonię thracię im
minens ad mare egeum tantę al=
titudinis vt vmbras suas in lem
num vsq; portendat:aut quant⁹
eryx mons ille siciliæ aut quan=
tus ipse appēninus pater.i.prin=
ceps montium:quia in principe
terra videlicet italia:sup.est cum
fremit.i.fremitum facit ilicibus
coruscis.i.coruscantibus & gau=
det vertice niuali .i. niuibus te=
cto attollens.i.erigēs se ad auras.
id est ad altum aerem hoc est tan
tum eminebat Aeneas inter cęte
ros bellatores quantum montes
in suis locis inter vicinos colles.
Vero pro sed:aut iam vero.i. ad
verum & pro vero hoc est præci
pue iam & rutuli & omnes troes
conuerterē.i. simul verterunt in
suum quiq; ducem oculos certa
tim.i. cum certamine & emula=
tione:cōuertere dico oculos oēs
rutuli quiq; .i. & qui tenebant.i.
defendebant alta mœnia videli=
cet latini quiq;.id est & qui vide
licet troes & ethrusci. pulsabant
muros imos.i.euertere e funda=
mentis conabantur muros arie=
te.id est tali instrumento & ma=
china bellica in morē arietis frō
te ferienti.& deposuere arma hu
meris:vt qui ius & officium bel
landi ad duces suos referrent.Ip=
se latinus scilicet rex & cuius ma
xime intererat: stupet viros ingē
tis.id est sine exemplo magnos
quasi extra consuetum genus ho
minum genitos diuersis partib⁹
orbis quia Turnū in europa &
Aeneam in asia coijsse inter se &
cernere. id est decernere ferro. id
est armis. Atq; illi.s. viri Turn⁹
& æneas:vt. id est postq; campi
id est loci capaces patuere: ęquo
re.id est equo spacio vacuo scili
cet hoibus inuadunt.i. auspican
tur & incunt martem.i.pugnam
virilem:

virilem:procursu.i.cursu lōge incœpto rapido .i. festino & hoc hastis coniectis eminus.i.de longe manibus inuadunt dico clypeis atq; ęre sonoro.i.cū sonoritate clypei atq; cæteroꝝ armorum Tellus dat gemitum .s. ex sonitu armorum & procursu pedum tum.i.deinde postq; cōgressi sunt ipsi cōgeminant ensibus crebros ictus fors.i.alea & dubi⁹ exitus belli.& virtus.s.militaris miscentur in vnum .i. quicquid fortuna aut virt⁹ poterat impartitum est pugne. Ac veluti cum duo tauri incurrūt.id est incursu ineunt inimica prælia frontib⁹ conuersis.i.cōtra se inuicē versis sup. in sila monte illo lucaniæ: ve pro vel:in Taburno monte illo campaniæ summo .i. altissimo:aut in altissima eius parte vbi planiciem habet tunc sup.magistri.s.pecoris pauidi cessere & omne pecus.s.reliquum.i.totum armentū: stat mutum.i.tacitum & stupefactum mœtu.i. præ horrore tanti certaminis:& iuuēce mussant.i.dubitāt tacite immurmurantes:quis.i.vter illoꝝ imperitet.i.ꝑdomineť pecori:& quē i.vtrum illoꝝ tota armēta sequanť illi.s.tauri cōcertātes: miscēt inter sese vulnera.i.mixtim inferūt vulnera multa vi & ipsi obnixi.i.obnitētes: infigunt cornua & lauant colla & armos .i. humeros largo sanguine & oē nemus:remugit.i.reboat aut resonat gemitu.s.ipsoꝝ:haud.i.nō alr hoc est consilr: Aeneas tros.i.Troianus a Troe ortus & heros Daunius.i.Dauni filius Turnus concurrūt clypeis & fragor ingens cōplet ęthera. Iuppiter ipse.s. fatorum cōditor sustentat duas lances.s.libre aut trutinę:examinę.i.hasta aut virga seu lingua qua de pondere discerniť: ęquato id est in ęquali distantia tento.i. diu facit ambiguā vter victur⁹ sit:& imponit.s.trutinę ęqua'i.diuersa fata amboꝝ.quia alter victurus alter vincendus erat:sustinet dico lances.i. dubium facit: quem.i.vtrū eoꝝ labor.i.cōnixus & studiū damnet.i. liberet secundum Seruiū.Sed illud dānabis tu quoq; votis significat obnoxium facies:vñ dici posset: quē labor.i. penuria mortalitatis & periculū bellādi damnet.s.ad mortē & quo pōdere.i.qua vi & violētia lætū.i.mors:vergat.i.ad exitum tendat & premat laborantem.

b ... dicatur. b ¶Inter se coiisse viros, & decernere ferro. Seruius quidem, cernere, contendit ex ennio legendum. Et seneca li.vii. epistola prima in eadem est opinione, dum dicit. Ne te longe differam, quædam simplicia in vsu non erant, sicuti, cernere ferro inter se dicebant. Idem virg. hoc probabit tibi. Inter se coiisse viros & cernere ferro, qd nunc decernere dicimus. Verum contra hos stat codicum pene omnium veterum auctoritas, in quibus legitur: & decernere. In quodam tamen perueteri deest, & ita legitur: coiisse viros, decernere ferro. c ¶Coniectis eminus hastis. In Romano cod. conlectis, est sed inemendate, melius enim coniectis. d ¶Ac veluti ingenti syla Peruetus codex, silo, legit. Romanus silua, quam lectionem Seruius improbat, reliqua exemplaria recte, syla qui brutiorum mons, hodieq; nomen retinet. e ¶Quis pecori imperitet. Ro. codex cum altero perueteri, nemori, legunt. Vt imperat aruis. In aliquot aliis, quis nemori imperet: & quē tota armenta sequanť. In Med. quis pecori imperet & quē, quæ lectio etiā est in Porcio cod. In vitaliano quoq;, & in delphio, & ipsum habetur altera tamen dictione corrupta. f ¶Colla armosq; lauant. In antiquis aliquot exēpl. lauunt, a lauo, is. g ¶Haud aliter tros æneas. Antiqui codices quotquot habui, non aliter legunt. h ¶Ingens fra. æth. complet. In Oblongo, pulsat, habetur: in aliis, complet.

benevergat nam morientes inferos petunt.

SERVIVS.

SER. ¶Trepidiq; latini: aut qui læti esse debuerunt: sed nimia Aeneę ostenditur virtus. Nāq; naturale est vt sociis timori sit inferioris audacia: vñ nunc latini sunt territi ex eo ꝙ superiorem ferire ausus est turn⁹. Vt capulū ignotum dextramq; aspexit inermē. locus hic totus ad gloriā Aeneæ pertinet. Namq; id agit vt nō videatur turnus armorum vilitate superatus: vñ ei redditur gladi⁹ quo etiam cum diuinis armis ab ænea possit extingui Patrio mucrone relicto: quo fuerat añ vsus pater Daunus. Sane patrio modo paterno significat: nam Dauni fuerat gladius: vnde est illud. Ensem quem Dauno ignipotēs deus ipse parēti fecerat Alias patrium a patria est deriuatiuum. Mortalis mucro: mortali manu factus. Vndiq; em̄ densa Teucri inclusere corona strata gēma est nam postq; Turnū videre fugere Troiani clausere loca per quæ euadere poterat. Cursumq; recusant: retardant.s.genua: quæ impediebat vulnus illatum sagitta sane perite facit vt gladio nō vtatur Aeneas: sed hasta eminus superare cōtendat quia impediente vulnere nec sequi poterat: nec in ictum consurgere: vñ est. Hic gladio fidens. Hic acer & arduus hasta. Inclusum flumine comparatio apollonii puniceæ septum formidine pennæ. Luc. Claudit odorate metuentis aera pennæ. Venator canis pro venaticus In

Vmbria sidiis pen.s. Viuidus vmber: acerrimus thusc⁹: nam vmbria pars est thuscię. Iam iamq; te. ita vt videtur intuentibus & hi duo versus de verbo ad verbū sunt trāslati de apollonio. Increpat om̄es obiurgat incusat vt æstatem increpitās seram. Efflagitat ensem cum clamore deposcit. Terretq; trementes: quis enim saucius nō timeret

Emicat hic (impune putans) & corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem:
Et ferit: exclamant troes: trepidiq; latini.
Arrectæ amborum acies. at perfidus ensis
a Frangitur: in medioq; ardentem deserit ictu[a]
Ni fuga subsidio subeat: fugit ocior euro:
Vt capulum ignotū dextrāq; aspexit inermem:
b Phama est ꝑcipitē cū primū[b] in prælia iunctos
Conscendebat equos: patrio mucrone relicto:
Dum trepidant ferrū aurigæ rapuisse metisci
Idq; diu dum terga dabant pallantia teucri
Suffecit postq̄ arma dei ad vulcania ventum
Mortalis mucro: glacies seu futilis ictu
c Dissiluit: fulua resplendent fragmina[c] harena:
Ergo amēs diuersa fuga petit æquora turnus:
Et nunc huc deinde huc incertos implicat orbes.
Vndiq; enim densa teucri inclusere corona.
Atq; hinc vasta palus hinc ardua mœnia cingūt
d Nec minus Aeneas (q̄q̄ tardante[d] sagitta
Interdū genua impediunt cursumq; recusant)
Insequitur trepidiq; pedē pede feruidus vrget
e Inclusum veluti si quando in[e] flumine nactus
f Ceruum: aut puniceæ septū formidine pennæ[f]
Venator: cursu canis & latratibus instat
Ille autem insidiis & ripa territus alta:
Mille fugit refugitq; vias: ac viuidus vmber
g Hæret hians: iamiāq; tenet[g]: similisq; tenenti
Increpuit malis: morsuq; elusus inani est.
Tum vero exoritur clamor: ripæq; lacusq;

ASCENSIVS.

¶Emicat hic &c. Docet quomodo Turnus quem vbiq; audacē induxit capta oportunitate quæ impune sperauit Aeneā posse ferire totis viribus in ipsum cōsurrexit validissimū ictum daturus quo nisi Aenaes diuinis armis munitus fuisset si ille paternum gladiū habuisset: potuit totū interfecuisse: sed quia casu aut ꝑcipitatione gladiū mortali manu fabricatum in diuina arma totis viribus cōtuderat fregit ipm atq; stupefactus se in fugam dedit quem quanta maxima pōt celeritate cōsequitur Aeneas. Vnde ASC.

Ordo. ¶Ordo est (nihil enim habeť donati) turnus emicat.i. eminenter agit sese hic.i.hoc loco & tēpore hoc est rebus sese hoc modo habentibus: putans impune.i.sine periculo & punitione posse ferire: cum Aeneam sese percussibilem exhibere videret: & cōsurgit toto corpore in ensem sublatū.i. sursum latum alte.& ferit.i. percutit Aeneā troes exclamāt vt.s. sibi caueat deinceps æneas: & latini trepidi.s.præ anxietate verētes haud impune fore ꝙ sic ęneā feriret: etiam supple exclamant: acies amboꝝ sunt arrectę.i.attentiores effectę: cum ambę sperarēt & timerent: at.i.sed ensis perfid⁹ id est fidem dño violans frangitur & deserit.s. Turnū ardentē.i. ardenter percutientē: in ictu medio.i.priusq; totas vires ictui adhibuisset: quia qui cū timore ꝑcutit retrahit manū qui vero audacter & affectate adhibet vires donec penetret deserit dico.i.destituit: ni.i.nisi fuga.i. profugiū subeat.i. succedat: subsidio.i. ad subsidium. fugit igitur ocyor.i. velocior euro vēto rapidissimo vt.i.postq; aspexit capulū .i. manubrium gladii ignotum.i.incognitum & alterius gladii q; sui & dextram inermem.i. sine gladio

h Responsant circa:& cœlū tonat omne tumultu h

Ille simul fugiens rutulos simul increpat oēs

Noie quēq; vocans:notumq; efflagitat ensem.

Aeneas contra mortem præsensq; minatur

Exitium si quisq; adeat:terretq; trementes:

Excisurum vrbem minitans:& saucius instat

Quinq; orbes explent cursu totidēq; retexunt

Huc illuc:nec eñ leuia aut ludrica petuntur

Præmia:sed Turni de vita & sanguine certant.

¶ cum effractus esset solusq; capulus remāsisset in manu. Fama est Turnum pcipitem cum.i.qñ conscendebat primū equos iunctos in prælia.i.ad currum iā prælijs incundi rapuisse ferrum.i. gladium ferreum metisci aurige & hoc patrio.i.paterno gladio quē vulcanus Dauno fecerat relicto dum.i.interea dū sui.s.trepidant id est festinanter vrgent. Et id.s. ferrum suffecit.i.satis fuit diu dū id est q̄diu aut donec. Teucri dabant terga pallantia.i.oberrātia in variam fugam sed sup.postq; ventū est ad arma vulcania dei. id est a deo vulcano fabricata ipse mucro mortalis.i.mortali manu fabricatus dissiluit.i.in diuersa saluit aut saliuit ictu.s. dato: ceu.i.quemadmodum glacies futilis.i.quæ cito funditur & rumpitur cū adhuc tenuis sit:& fragmina scilicet ensis aut glaciei aut potius vtriusq; respondent in harena fulua. Ergo quia.s. dextram inermem habebat ipse Turnus amens.i.sine mente:petit fuga.i. per fugam: diuersa æquora.i.diuersa loca æquoris.i.campi plani & implicat.i. implicando facit incertos orbes.i.gyros & excursus nunc huc deinde huc. Nā non potuit euadere neq; excurrere: enim pro quia: Teucri inclusere sup.eum vndiq;.i.ex omni parte corona.i.cœtu circumcingente densa.i.dense stante atq; palus vasta.i.valde ampla cingit supp. hinc.i.ex vna parte & mœnia ardua cingunt hinc.i.ex alia parte. Nec minus.i.& æque acriter Aeneas.insequitur.s.Turnum & ipse feruidus.i.feruenter instans vrget pede.s.suo pedē scilicet Turni trepidi.i.trepidanter aufugientis. Insequitur dicit q̄q; genua impediunt & recusant interdum cursum & hoc sagitta.i.vulnere suscepto per sagittam tardante.i.immorante & grauante. Vnde sequitur q; non erat ad plenum sanatus: dat autem exemplum dicēs. Insequitur sup. veluti.i.quemadmodū:si venator nactus. id est adeptus & qui acquisiuit quādo.i.aliqñ ceruum inclusum scilicet canibus aut retib⁹ in flumine.i. cum esset in flumine aut septum.i.circundatum :formidine pennæ puniceæ.i. aquilarū insectantium quibus pennæ punicei sunt coloris aut formidine pēnæ puniceæ ad terrorem perticis aut chordis affixæ canis.s. venaticus instat.s.cursu & latratibus:aūt pro sed ille.s.ceruus sic circundatus territus insidijs & ripa alta quam veretur superare nō posse quin deprehendatur a canibus fugit & refugit mille vias ac canis vmber.i.tuscus(apud quem plurimæ sunt feræ pingues vt innuit Persius dicēs defensis pinguibus vmbris)viuidus.i.acer & agilis. heret. id est continuo persequitur & perseuerat hians. id est inhians inhiando incumbens & tenet. Iam iamq;.i. proximus est vt teneat & semper tenturum se sperat: & ipse similis tenenti increpuit.i. crepitum dedit malis.i. maxillis quibus mordere sperabat iam elapsum:vnde sequit̃ & delusus est morsu inani.i.nihil inter dentes offendenti. Tum vero.i.sed tunc maxime exoritur clamor.s.cum Turnum Aeneas tenere videretur & ripe & lacus responsant.i.frequenter respondent & sonitum referunt circa.i.per circuitum:& omne.i. totum cœlum.i. totus aer tonat tumultu. Ille simul fugiens increpat.i.obiurgat ob inertiā & imprudentiam quia gladium nō afferrent etiam non admoniti oēs rutulos vocans quemq;.s.in quo spem haberet noie.s.suo quia q̄ multis timidis aut inuidis imperat nemini imperasse videtur si seorsum neminem noiat & efflagitat ensem notum.s. paternum quo in plījs sæpe vsus erat. Aeneas contra.i.econuerso minatur mortem & exitium p̄sens:si quisq; adeat.i.accedat Turnum & terret.s.oēs tremētes minitās sup.se excisurū vrbē:& ip̄e sauci⁹.i.q̄uis sauci⁹.i.vulnerat⁹ sagitta immissa tñ:instat.i.instāter perseq̄tur turnū:ipsi ergo alter fugiendo & alter persequendo explent cursu.i.percurrunt quinq; orbes.i.gyros:& retexunt.i.replicāt totidem.s.currentes huc illuc nec eñ.i.nam nō leuia aut ludicra p̄mia petuntur:sed certant de vita & sanguine turni non aūt Aeneæ:quia tantisper dum turnus inermis erat non potuisset necē inferre.

¶ timeret instantem cum eum integer fugeret. Ludicra pe.vilia digna ludo.

PIERIVS.

a ¶ In medioq; ardentem deserit ictu. Ro. codex cum aliquot alijs veteribus legunt. Ardentē deserit ictum:sed ictu, vt in Medi. & in Porcio est, magis placet. b ¶ Cum prima in prælia iunctos, conscendebat equos. In codicibus aliquot, non tamen ijs antiquioribus, cum primū, legitur:sed magis placet, prima in p̄lia, hoc est initio belli, pugnæue. c ¶ Fulua resplendent fragmina arena. In aliquot antiquis codicibus vnitatis numero legitur fulua resplendet fragmē harena. Sed magis amplū, & maioris admirationis est, resplendēt fragmina, qđ in plures dissiluisse partis ensem ostēdit. Illud vero inemēdate legit̃ in quibusdā cod. glacies cui, quū dubio procul, ceu, legendum sit. d ¶ Quanq; tardante sagitta interdū genua impediunt. Ro. codex, Medi. & pleraq; alia exem. tardata, legunt, q̄ppe genua. e ¶ Si qñ in flumine nactus. Ro. codex, & aliquot alij si quando flumine, legunt, absq;, in. Quod tamen appositum & sententiæ, & numero consulit. f ¶ Formidine pennæ. In antiquis, pinnæ, de quo satis alibi. g ¶ Iam iāq; tenet. In Romano, codice, tenens, legere est:sed inemendate. h ¶ Et cœlum tonat omne tumultu. In Mediceo codice, & aliquot alijs ant. legere est:& cœlum intonat omne fragore, in Porcio, tumultu, habetur: atq; intonat, verbum.

SERVIVS.

SER. Nomia arbor.

¶ Sacer oleaster: fere omnia latina arborum nomina generis sūt fœminini exceptis paucis vt hic oleaster:hoc siler. Vergilius moler siler: item hoc buxum: licet & hæc buxus dicatur: Nam superfluam quidam volunt facere discretionem: vt Hæc buxus de arbore dicamus: Buxum vero de ligno compositū: Legimus eñ in Vergilio de tibijs Buxusq; vocat berecinthia matris Ideæ: itē cum de arboribus loqueret̃ ait: Et torno rasile buxum. Venerabile lignum: antiquam arborē voluit exprimere. Vbi figere dona solebant proprie: vt Aut sacra ad fastigia fixi. Nullo discrimine:sine intuitu religionis. Fixam lenta radice tenebat plenū est:quam radix fixam tenebat. Ferrum terra tene:pro tellus elementū pro dea posuit. Nō cassa in vota:non ad inania vota pro spicit auxilium. Luctans morat⁹ luctatus & moratus erat integrū quod



Forte sacer fauno foliis oleaster amaris

Hic steterat nautis olim venerabile lignum:

Seruati ex vndis vbi figere dona solebant:

a Laurenti diuo & notas a suspendere vestes.

Sed stirpem teucri nullo discrimine sacrum

Sustulerant:puro vt possent cōcurrere campo.

ASCENSIVS.

¶ Forte sacer. Vt varietate delectet inducit varios euentus narratq; Aeneam hastam suam stipiti ac trunco oleastri infixā recipere non potuisse: donec Turno allato gladio per luturnam indignata Venus ipsam dissoluit ac nato accommodauit: quo facto ipsi ambo iam telis instructi ad acriorem pugnam se se accingūt vnde nihil quidem est donati. ASC.

¶ Ordo autē est Oleaster.i. oleaster siluestris imitator oleæ sacer.i.sacratus fauno scilicet deo siluestri amaris folijs.i. habens frondes amaras: steterat forte.i.a casu hic id est hoc loco: non quia a casu stetit: sed quia præter opinionē & a casu ad illam arborem æneas hastam fixerāt q̄ erat sacra Fauno steterat ergo hic existēs olim scilicet priusq; teucri sustulerant lignum venerabile nautis.i.antiqua veneratione & religione cultum a nautis:vbi.i.ad quam ipse nautæ seruati ex vndis: solebant figere Ordo

Hic hasta Aeneæ stabat: huc impetus illam
b Detulerat fixam & lenta radice[b] tenebat.
Incubuit voluitq́ manu conuellere ferrum
Dardanides: teloq́ sequi quē prendere cursu
Non poterat: tum vero amēs formidine Turnus
¶ Faune p̄cor miserere inquit: tuq́ optima ferrū
Terra tene: colui vestros si semper honores
Quos contra Aeneadæ bello fecere prophanos
¶ Dixit: opemq́ dei nō cassa in vota vocauit
c Namq́ diu luctans lentoq́ in stirpe moratus[c]
Viribus haud vllis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas: dum nititur acer: & instat.
Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci
Procurrit: fratriq́ ensem dea Daunia reddit.
Quod venus audaci Nymphæ indignata licere
Accessit: telumq́ alta ab radice reuellit.
Olli sublimes armis animisq́ refectis:
Hic gladio fidens: hic acer & arduus hasta.
Insistunt contra certamina Martis anheli.

bant figere dona .s. votiria diuo laurētu .s. fauno & suspende re vestes notas. in quibus scilicet seruati erant sed Teucri sustulerant. i. amouerant nullo discrimine. i. sine discretione religionis nescientes arborem sacram esse stirpem. i. radicem arboris: sacrum. s. Fauno vt possint concurrere cāpo puro. i. plano & sine impedimēto & arborū asperitate hasta Aeneę stabat hic. i. ad huius arboris radicē. impetus detulerat illā fixā huc. i. ad hanc radicem: & tenebat radice lenta. i. tarda ad remittēdū qđ tenebat hoc est tenaci: Dardanides. i. Dardani nepos licet multo interuallo Aeneas incubuit. i. innixus est & voluit cōuellere ferrum. i. hastam ferratā aut ferrū hastę: manu. s. sua & voluit seq telo. i. iaculo quod a lōge mitti posset: sup. eum quem nō poterat prendere cursu. s. Turnū. verum pro sed: Turnus amens formidine: inqt tum. i. tunc: aut tum vero id est tunc præcipue: o Faune ego precor: miserere scilicet mei: & tu o terra optima tene ferrū. s. hastę: si ego colui semper vestros honores q̄s. s. honores æneade. i. socij adhęrentes Aeneę: fecere ꝓphanos. i. procul a phano. i. templo: hoc est reprobandos & dijs indignos bello. i. ꝑ facinus bellicū. Dixit. s. Turnus & vocauit opē. i. auxilium dei in vota nō cassa. i. non cassanda sed ratificanda. Nāq́ ęneas luctans. i. luctat⁹ diu & moratus. i. immorat⁹ in stirpe lento. haud. i. non valuit discludere id est aperire vllis viribus

¶ Tur.

¶ Poe.

quod vitauit propter ὁμοιοτελεύτου. Rursus in aurige faciē mutata metisci κατασιωπώμενον intelligimus Iuturnam: in numen reuersam postq́ curr⁹ reliquit. Audaci nymphæ indignata licere: vt supra diximus vbicūq́ induxit nitentē aliquē sine affectu audacē dixit. Armis aisq́ refecti: refecti sicut armis: ita & ais. Namq́ armoꝝ inopia animi ante vtriusq́ torpebant. Certamina martis anheli: alij certamine legunt vt sit sensus: adsistunt contra se Martis anheli certamine.

Audax.

PIERIVS.

a ¶ Vbi figere dona solebant. laurentij diuo, & notas suspēdede vestes. Oblongus codex, Mediceus, & plęriq́ alij cod. antiqui votas. legūt, ait em̄ seruati ex vndis, qđ tēpestatē p̄cessisse significat. Hunc vero morē tangit ēt Horatius. Suspendisse potēti vestimenta maris deo. b ¶ Lenta i radice tenebat. Mediceus codex, & vetera q̄dam exemplaria, lenta radice. legunt, absq́. in, quod alij viderint. c ¶ Lētoq́ in stirpe moratus. Qui superius stirpē inuisam, fœmi. gener. dixerat nunc masculino dicit. ait noni⁹ quo genere etiam Ennius, & Pacuuius in hoc nomine vsi sunt. Nam Ennius a stirpe supremo & ad stirpem exquirendum pacuuius dixit. Donatus tamen vti superi⁹ dictum, Virgilium ait passim in hoc nomine fœminino genere vsum. Agnoscit vero sosipater stirpem inuisam fœmin. gener. pro Sobole, pro materia stirpem recisum adiecto Virgiliano carmine. Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum sustulerant, q̄uis pacuuius. Qui stirpem occidit meum, dixerit de Sobole, Pomp. Festus in ijs quæ ex verrio flacco deflorauit, antiquæ fuisse cōsuetudinis ait. Recto fronte dicere, ut cato in dissertatione cōsulatus, vt cum ait Ennius. A stirpe supremo, & Iliadia nepos, & lupus fœta. Etiam in commentarijs sacrorum pontificalium frequenter est. Hic Ouis, & hæc agn⁹, ac porcus, q̄ nō vt vitia, sed vt antiquā consuetudinē testātia debem⁹ habere.

mors⁹ arboris. i. recipere hastam quā mordicus tenebat terra dū s. Aeneas acer nititur & istat: dea daunia. i. Iuturna. Dauni regis filia procurrit mutata rursus in faciem. i. facturam & effigiē: metisci aurigę. & reddit fratri ensem: qđ. i. quā rem Ven⁹ idignata id est egre ferens: licere id est ꝙ liceret & permitteret: Nymphæ audaci scilicet Iuturne (vt fratris similis dicatur vel ob factū vł quia Ioui concumbere ausa est: nam audaces virgines stupratas dicunt) accessit & reuellit tellum id est hastam Aneæ ab alta. i. profunda radice: olli id est & tunc illi scilicet Turnus & Aeneas refecti id est instaurati armis & animis: hic scilicet Turnus fidens gladio: hic scilicet æneas acer & arduus id est elatus & superbus hasta: insistunt anheli id est anhelantes contra certamina Martis: aut insistunt contra id est contra stant certamine Martis anheli: id est tali certamine quale Mars anhelans id est maxime annitens edere solet:

Iunonem interea Rex omnipotentis Olympi.
a Alloquitur: fulua pugnas de nube tuentem.[a]
¶ Quæ iam finis erit cōiunx? quid deniq́ restat?
Indigetem Aeneam scis ipsa & scire fateris:
Deberi cœlo: fatisq́ ad sydera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubib⁹ heres?
Mortalin decuit violari vulnere diuum
Aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret)
Ereptum reddi Turno: & vim crescere victis?
Desine iam tādem: præcibusq́ inflectere nostris.
Nec te tantus edat tacitam dolor: & mihi curæ.
Sæpe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Vētum ad supræmum est: terris agitare vel vndis
Troianos potuisti: infandum accendere bellum
Deformare domum: & luctu miscere hymenæos
Vlterius tentare veto: ¶ sic iuppiter orsus.

ASC.

ASCENSIVS.

¶ Iunonem intea. Recitat modo alloquium Iouis & Iunonis decertantiū cōditione disceptātiū: in quo promissa iouis in prio ad Venerem facta complentur. Nā aspera Iuno cōsilia in melius referet: cōtēta hoc solo ꝙ latini pristinū nomē & patrium sermonē retineant: qđ quia tpibus poetę fuit: ne Aeneas nō censeat verus victor dicit deorū voluntate effectū vt victis neq́ nomen neq́ sermonē mutaret: licet ab eo sit deductū gen⁹ latinū. i. qđ poetæ tēpestate latinū erat: nā cōfirmā do priscū nomen quasi de nouo instituit: sicut visum est in prohemio illic: genus vnde latinū. Albaniq́ patres atq́ alte mœnia romę. ¶ Ordo autē est Rex olympi omnipotentis id est in quo est ipse omnipotens. s. Iuppiter (nisi forte melius legamus omnipatētis: dicitur enim ꝙ sit totus splēdidus) alloquitur interea Iunonem tuentem id est inspicientem pugnas scilicet Turni & Aeneæ. de nube fulua id est de nym

bo in

¶ Iup piter.

Ordo.

SERVIVS

SER.

Cui venus ascanij sub imagine mittit amorem.

Secundi.

Cogitur æneas bellorum exponere causas
Graiorumque dolos: & equum fraudemque sinonis
Excisamque vrbem: priamique miserrima fata:
Vtque patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit: claramque amiserit ipe creusam.

Tertij.

Post casum troię fabricata classe superstites:
Vela dat æneas: vrbemque in littore thraces:
Mox aliam pulsus creteis condidit oris.
Cędit & hinc: helenumque videt: præceptaque sumit,
Aetnæum cyclopa fugit sepelitque parētem.

Quarti.

Ardet amore graui dido: soror anna suadet
Nubere iunguntur nymbo cogente sub antro.
Incusat præcibus patrem contemptus hiarbas.
Nauigat æneas iussu iouis: illa dolore
Impatiens: & amore necem sibi protinus infert.

Quinti.

In siculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam tumuloque patris persoluit honorem.
Tum cogit naues incendere troadas iris.
Troes ibi linquunt socios. venus anxia placat
Neptūnum: somnus palynurum mergit in vndas.

Sexti.

Sacratam phœbo cumarum fertur in vrbem
Rex phrygius: vatisque petit responsa sibyllæ
Misenum sepellit. post hęc adit infera regna
Cōgressusque patri discit genus omne suorū
Quoque modo casus valeat superare futuros.

Septimi.

Tandem deueniunt laurentia troes in arua.
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte satam iuno furiam vocat illa latinos
Inter & æneadas bellum serit & ciet arma.
Protinus auxilijs terra instruit itala turmas.

Octaui.

Vidit vt æneas summa vi bella parari:
Arcadas euandrumque senem sibi fœdere iungit.
Dardanioque duci sociatur hetruria tota
Arma petit genitrix: dat mulciber: in clypeoque
Rex pingit latias & fortia fata nepotum.

Noni.

Ad turnū propere iunoni mittitur Iris:
Infestatque animos: aciem mouet ille: phrygasque
Obsidet: inde igni euersa est ænia classis.
Euryalus: nisusque ruunt nece: prælia noctis.
Vi turnus potitur castris: impellitur inde.

Decimi.

Placat & vxorem dictis & iurgia natæ
Iuppiter auxilijs instructus troius heros:
Aduenit: occurrunt populi: atque in littore pugnāt
Occidit a Turno Pallas: victorque superbus
Aeneæ eripitur: mezentius interit acer.

Vndecimi.

Occisis proprium pars vtraque reddit honorem
Supplicibus calydone satus negat arma latinis,
Cū turno alterno iurgat certamine drāces,
Aeneas equitem præmittit & obuia virgo
Excipit: extincta rutuli dant terga camilla.

Duodecimi.

Troianis rutulisque placet cōiungere fœdus.
Id rutuli rumpunt: nato venus alma medeť
Dictamo: rutulique ruunt periuria victi.
Cogitur æneæ dauni concurrere proles.
Pallantæa necē misero dant cingula turno.

Epitaphia Vergilij q̄ fecerūt diuersi: quorū nomina præponenť hoc ordine.

Palladius.

Conditus hic ego sum: cuius modo rustica musa
Per syluas: per rus venit ad arma virum.

Asclepiades.

Tityron ac segetes cecini Maro: & arma virumque
Mantua me genuit: parthenope sepellit.

Eusebius.

Vergilius iacet hic: qui pascua versibus edit:
Et ruris cultus & phrygis arma viri.

Pompelianus.

Qui pecudes: qui rura canit: qui prælia vates:
In calabris moriens hac requiescit humo.

Maximianus.

Carminibus pecudes, & rus & bella canēdo:
Nomen inextinctum Vergilius meruit.

Vitalis.

Mantua mi patria est: nomē Maro: carmina syluæ
Ruraque cum bellis: parthenope tumulus.

Basilius.

Qui syluas: & agros: qui prælia versibus ornat.
Mole sub hac situs est ecce poeta Maro.

Asmodianus.

Pastores: vates ego sum: cui rura: ducesque
Carmina sunt: hic me pressit acerba quies.

Vouianus.

A syluis ad agros: ab agris ad prælia venit.
Musa Maronis adest nobilis ingenio.

Eugenius.

Bucolica expressi: & ruris pcepta colendi
Mox cecini pugnas: mortuus hic habito.

Iulianus.

Hic data vergilio requies: qui carmine dulci
Et pana & segetes: & fera bella canit.

Hilasius.

Pastores cecini: docui qui cultus in agris
Prælia descripsi: contegor hoc tumulo.

Aliud de pictura eius.

Subduxit morti viuax pictura Maronem:
Et quem parca tulit: reddit imago virum.

Aliud.

Lucis damna nihil tanto nocuere poetæ:
Quem præsentat honos carminis: & plutei.

Vergilius: aut alius eius nomine.

Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope: cecini pascua. rura. duces.
Pastor arator eques: paui colui superaui:
Capras rus hostes: fronde ligone manu.

Quidam de ipsius Daphnide.


Tristia fata tui dum fles in Daphnide flacci.
Docte Maro: fratrem dijs immortalibus æquas.

FINIS.



Mapphei Veggii Laudēsis poetæ clarissimi Liber tertiusdecimus Additus. duodecim Aeneidos Libris Cuius est hoc argumentum

Vrnus vt extremo vitam sub marte ꝓfudit
Subdunt se rutuli æneæ troiana sequentes
Agmia dehīc supis meriti reddūť honores
Congaudet gnato ac sociis memor ante malorum
Actorum pater Aeneas: Turni inde latinus
Morte dolet patriæ miseranda incendia Daunus
Euerse & chari deflet pia funera gnati.
Connubium instaurat gnate lætosq; hymeneos.
Rex socer Aeneæ genero gens vtraq; pacto
Fœdere pacis ouat. tum nomine coniugis vrbem
Instruit & tandem placida sub pace regentem
Transtulit Aeneam venus astra in summa beatum.



ASC.

Vrnus vt extremo &c. quemadmodum diximus ante explanationem eneidos: non erat instituti ipsius autoris vltra mortem turni quicq; de ænea dicere: quippe i qua summa ei⁹ laus cōstituta erat & vltra q̄ nihil de eo gloriosū dici potuit: nisi q; in superioribus libris præsibitum erat: videlicet in cœlū a venere transferendum: vñ in primo. Sublimemq; feres ad sydera cœli Magnanimum ęneā Item deū indigetem appellandum vñ in. x. Indigetem æneā scis ipsa & scire fateris: Deberi cœlo fatisq; ad sydera tolli. Rutulos autem victor se æneę subdidisse Lauiniam æneæ nupsisse: dijs sacrificatū esse ob victoriam per se manifestaria sūt vñ frustra qdā quadrigis rotā quītā addidit. Nā si Homerum imitari voluit: debuit vt ille in hectore tracto opus clausit: in turno deuicto etiam finē facere. Verūtñ qa decimustertius a Mapheo Veggio adiectus est: nolui ipm demere: sed paucis qa facili & multū a Maronianis caloribus frigente vena cōposit⁹ est pcurrere: nō ordinē sed vocabulorū quorūdā elucidatione ꝓsequēs Extremo marte extrema pugna. Profudit vitā. i. animā vitalē: sed alludit ad sāguinē i q̄ vitæ ac aię vitalis sedes ē Mēor añ malorꝝ sic ī prio O socij neq; ei imēores sum⁹ añ malorū: frustra aūt addiť Actorū. cōgaudere aūt. i. gratulari gnato. i. filio suo ascanio seu Iulo dť qa scit illi regnum deberi vñ in quarto dixerat Aeneas ipse quē regno hespie fādo Turni morte. i. de morte nā dicim⁹ doleo mortē poetice & oratorie mors mihi dolet. Eius aūt dolor videť iportun⁹. Ouat. i. more ouantium gaudet. vrbem. s. Lauinium noie cōiugis. s. Lauinie.





Vrnus vt extremo deuictus Marte profudit
Effugiētē animā: medioq; sub agmine victor
Magnanimus stetit æneas mauortius heros
Obstupuere omnes gemitumq; dedere latini:
Et durum ex alto reuomentes corde dolorem:
Concussis cecidere animis: ceu frontibus ingens
Sylua dolet lapsis boreali impulsa tumultu.
Tum tela infigunt terræ: & mucronibus hærent:
Scutaq; deponunt humeris: & prælia damnant:
Insanumq; horrent optati martis amorem.
Nec frænum nunc colla pati captiua recusāt:
Et veniam orare: & requiem finemq; malorum.
Sicut acerba duo quando in certamina tauri
Concurrunt largo miscentes sanguine pugnam
Cuiq; suum pecus inclinat: sin cesserit vni
Palma duci: mox quæ victo pecora ante fauebant
Nunc sese imperio subduntvictoris: & vltro
Quamq̄ animū dolor altus habet: parere fatentur.
Non aliter rutuli licet ingens meror adhausit
Pectora pulsa metu cæsi ducis: inclyta malunt
Arma sequi: & phrygium æneā: fœdus ꝓ precari
Pacis: & æternam rebus belloq; quietem.
Tunc Turnū superassistens placido ore profatur
Aeñ. Aeneas q̄ que tanta animo dementia creuit:
Vt teucros superū monitis summiq; tonantis
Imperio huc vectos patereris Daunia proles
Italia: & pactis nequicq̄ expellere tectis?

Disce



Vrnus vt extremo. Effugiētem animam vnde in fine duodecimi. Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras Magnanimus stetit: quia victor cum victi fugam querant. Reuomentes quasi ex indignatione expuentes: Ceu frondibus ingens silua &c. Comparatio non satis apta: quia rei incensibili attribuit vt syluę dolorem. Veruntamen id Maro quoq; nōnunquam facit. Item min⁹ apta est compositio. Silua ingens dolet lapsis frondibus impulsa boreali tumultu. Nam aptius diceret dolet frondibus lapsis boreali impulsu. Nec frenum nec colla: melius nūc colla: vt sit nec colla eorum captiua recusant nunc pati frenum: sed id minus generose de italica gēte dicit: sicut in alijs multis circa deorum dormitat. Et veniam orare id est orabant aut non recusāt. Sicut acerba duo comparatio Vergiliana. Non aliter rutuli si non aliter rutuli queras quomodo dictum sit & durum ex alto reuomentes corde dolorem: nam non reuomimus nisi ex fastidio & contemptu vnde non congruit quod inclyta malūt arma sequi: & tamē dolorem vomant. Preterea contra decorum est quod ceso duce libenter alienum iugum ferant licet id forte latinis cōueniat. Nō aliter Applicat comparationem taurorum ad rutulos: sed ea Vergilius aptius ad ductores ipsos prius retulit. Belloq; quietem: Id rem vero similem facit quia nulla salus bello pacem te possim⁹ omnes: dixerat Drances. veruntamen quia verborum plus quā virtutis a Vergilio habuisse prędicatur. Dicerem fato cessisse potius quam bello: quia dictum est prius. Gens aspera bello debellanda tibi est latio: Tunc turnum superassistens Verba fere Vergiliana sunt: sed non tam congrue: vt ab illo posita Patereris melius diceret coneris sed plus est patereris. Nam si ne pati quidem debuit multo minus id facere licuit. Pati autem nō debuit quia debuit Iouis monitis perficiendis operam præstare daunia proles vituperatio a genere. nam daunus mortalis illi pater fuit licet diua Venilia mater. Disce Iouem reuereri. sic in sexto discite iustitiam moniti & non temnere diuos. Iussa facessere: hic facere alibi factum ire. vt georgicorum quarto Nec mora continuo matris pręcepta facessit. Sed importune videtur mortuum ad virtutem adhortari & vt pietatem colat: quoniam non est in morte q memor sit dei: in inferno autē quis cōfitebitur illi: Sed q; in mortuum dicit: ad viuentium pertinet exhortationē Memoresq; malorū. Sic in primo Aenei. Vergi. At sperate deos memores fandi atq; nefandi. Heu nobile corpus Turne. Bene in viro forti & pio temperamētum ponit iustitię & miserationis: vt gaudeat deorū contemptorem victū esse: doleatq; vinci commeruisse Scilicet vt vitium damnans hominem commendet At nō tibi erit lauinia paruo scilicet pręcio Et sunt verba quæ Turnus & eius socij in cōtumeliam teucrorum protulerāt. Nec dextra tamen &c. Sic & camilla prius dixit vnde & verba & sententię ex Vergilio sumūť fere. sed quæ pallantis. Pietatis erat Turno arma relinquere sed talionis insignia demere: vt qui alios spoliauerat spoliaretur igentia balthei collisio est nam non potest versus hypermeter esse cū non sequar vocalis. Vt solatia cæso haud leuia hoste ferat vnde ipse in vndecimo Vadite & hæc memores regi mandata referte. Quod vitam moror inuisam pallante perempto dextera causa tua est turnum natoq; patriq;. Quam debere vides &c. Melioribus vti &c. Discite bellorum auspicijs hoc est melius auspicemini: Nam euenta rerum incerta dici nō possunt licet ī xij. dictū sit. Disce puer virtutē ex me veriūq; laborē fortunā ex alijs

☞ Nam illic

☞ Nam illic aliud verbum Seruius subaudiendum docet. Potest etiam accipi auspicium pro principio sicut auspicare pro inchoari. nam quia romani nullam rem arduam non prius facto auspicio: id est auium inspectione inchoabant: ideo accipim⁹ auspicium pro principio vt dixi. Et quia capto auspicio res secundū ipsum facte prospere plerumq; succedebant. ideo auspicato venire est opportune & bona aue: hoc est prospere venire. Ignauosq; vocans ignaui sunt inutiles ad laborem qui nihil recte nauāt. id est quasi nauibus quibus commode & cito multa transuehuntur operantur: tracta est enim metaphora a nauibus sed vt sit melior sonus adiecta est simplici g littera non enim nauus sed gnauus dicitur vnde & greci n gn vocant. & q̄uis inhumata rogis sic in principio vndecimi dictum est. Aeneas q̄q; & socijs dare tempus humandis precipitant cure turbataq; funere mens est. Vota deum primo victor soluebat eoo. &c. Maius opus quia pietas in superos maior est q̄ in defunctos Honores meritos id est sacrificia pro victoria obtenta aut vota persoluit κατατοσιωπωμενομ vt intelligatur se votis astrinxisse si victor euaserit. tum pingues patrio iugulant ex more: bene iugulant dixit non iugulat: quia seruile est officium quod socijs attribuit sicut Maro obuertūt pelago proras &c. Ex more patrio aut quia subijciunt cultros vt se quasi interimentes sponte mori & offerri videantur. Erant autem iuuenci quia boues intacti. vt nunc grege de intacto septem mactare iuuencos Prestiterit Immittuntq; sues. scilicet i templa: sūt autem sues sacrificijs apti secundum Donatum eximij: sicut boues intacti: & oues lecte. vnde Maro mactant lectas de more bidētes vnde hic dicit niueasq; bidentes quia dij superis & fœlicibus vnde Maro. Nigram hyemi pecudem zephiris fœlicib⁹ albam. Et cesim. id est per incisionem. In frustra id est particulas & bolos Vina & pro. id est dona lyci quia dona lyei. id est bacchi sunt vina vnde est. Munera letitiamq; dei vbi tamen & die legitur. Et in secundo Georgicorum huc pater o lenee: tuis hic omnia plena Muneribus &c. Thura ignes adolent. id est incendunt cremant magnumq; tonantem fatorū authorem Iouem & generis caput: vnde & mi genus ab ioue summo. Et venerem quia æneę matrē & te saturnia Iuno iam placidam & meliorem. Id audacter dictū quia nondum nouit populus quæ Iuppiter cum Iunone egisse a poeta dictus est verum vt dicit seruius in secundo bello punico legitur placata. Mauortem id est martem ipsum scilicet principem bellorum cum cetera turba deorum alij tumq; extera turba deorum melius cętera legitur. quia post magnos deos cęteros inuocabant Erumnis factura modum. i. finem: vt in consimili Maro & in quarto. Nam quis erit modus. Crastina sublimem &c. Id est quod in. xij. pollicetur sic. Nūc te mea dextera bello Defensū dabit & magna inter præmia ducet. ea autem p̄mia vult esse rutulorum mœnia. i. quę Rutuli sibi vendicarant iure matrimonij Bene autem vterq; fingit Ascanium in mœnia ductum quia Aeneas occubuisse legitur cum latino nondum peracto bello. Duplicesq; furores armorum. i. bellorꝝ herynnes. Nam armatis maior est furor: Vnde Euāder Haud ignarus ęram q̄tum noua gloria in armis. Et prædulce decus primo certamine possit vbi Seruius in armis: apud armatum cuius consilium cupiditas victorię plerumq; conturbat. Et ideo dicit hic duplices furores aut certe propter duo bella troianum scilicet & italicum nam per arma bella intelligamus. Per totq; hyemes. i. tēpestates pluuiosas & ventosas: per quicquid acerbum Maronianū est. Per quicquid iniquū. Propter fœdera rupta quæ iniquitas nō in troianis sed in aduersarijs fuit Infaustum quia & boni occidunt interdum & occidit & peleus iustissimus vnus. Qui fuit in teucris & seruantissimus equi Dijs aliter visum. Præterea infausta erat pugna illa: Pallas quia interemptus erat & crudelis; quia immaniter multi trucidati sunt: vt nisus & Euryalus & ceteri. Optatam latia cū gente quietem iungemus. Id secundum Maronē quod & liuius sentit q dubitat vter Ascanius successerit: an is qui ex creusa: an qui ex lauinia ꝓcreatus sit Bello acri defensa quia Turnus eā proripere nisus erat. Italo cū sanguine mixtam Troianā transferre scilicet dabit. Vnum oro. Id Ioue inspirante voluisse putari pōt: quoniam id Iuno receperat ante finem duodecimi Aeneidos. Et vosmet: sic Maro in primo. & vosmet rebus seruare secūdis. At bello &c. Sic in duodecimo ad Ascanium. Disce puer virtutem ex me verosq; labores. partam. i. acquisitam labore haud paruo. i. magno per liptotem figuram. Cristata ales. i. gallina cui in vertice crista est minor tamen q̄ gallo gallinaceo. perculso. i. attonito ex subito malo: venit autem a percellor: nec dicitur percusso quia nō nisi rostro percuti posset. Ea autē comparatione vtitur & saluator in euangelio: Quotiens volui cōgregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: & renuisti? Crocitans vocabulum versum a sono gallinę pullos conuocātis. Gaudet superesse periclo. id est extare. Dulcius autem videtur euasisse periculum q̄ nō habuisse vnde in primo dictum est mœstumq;

☞ timorē

Disce Iouem reuereri: & iussa facessere diuum:
Magnū etiā capit ira iouē: memoresq; malorū
Sollicitat vindicta deos: en vltima tanti
Meta furoris adest: quo contra iura fidemq;
Iliacam rupto turbasti fœdere gentem.
Ecce suprema dies alii exempla sub euum
Venturum missura: Iouem ne temnere frustra
Fas sit & indignos bellorum accendere motus:
Nunc armis lætare tuis: heu nobile corpus
Turne iaces: at non tibi erit Lauinia paruo.
Nec dextra tamen Aeneæ cecidisse pudebit.
Nūc rutuli hinc auferte ducē vestrū: arma virūq;
Largior atq; omnē deflende mortis honorem:
Sed que pallantis fuerant ingentia Balthei
Pondera transmittam Euandro: vt solatia cæso
Haud leuia hoste ferat: turnoq; exultet adempto.
Vos memores tamen ausonii melioribus vti
Discite bellorum auspiciis: ego sydera iuro
Nunq̄ acies: nunq̄ arma libens in prælia moui:
Sed vestris actus furiis defendere toto
Optaui: & licuit troianas robore partes.
¶ Nec fatus plura Aeneas se lætus ad altos ¶ Poe.
Vertebat muros & troia tecta petebat:
Vna ipsum teucrorum omnis conuersa iuuentus
Exultās sequitur: volucresq; per aura pedum vi
Quadrupedes citat: incusans acri ore latinos:
Ignauosq; vocans: strepit altis plausibus æther.
Et q̄uis inhumata rogis dare corpora surgat
Ingens cura animo sociosq; imponere flammis:
Maius opus tamen Aeneas sub pectore voluens
Primū aris meritos superū mandabat honores:
Tū pingues patrio iugulāt ex more iuuencos.
Immituntq; sues: niueasq; in templa bidentes
Purpuream effuso pulsantes sanguine terram:
Viscera diripiunt: & cesim in frusta trucidant
Denudātq; gregē: & flammis verubusq; remittunt
Tum vina effundunt pateris: & dona lyei
Accumulant: plenis venerantur lancibus aras.
Thura ignes adolent: onerata altaria fumant.
Tū plausus per tecta mouent: magnūq; tonantem
Extollunt: veneremq; & te saturnia Iuno
Iam placidam: & meliorē ingenti laude fatentur
Mauortemq; ipsum: tum cætera turba deorum
In mediū effertur summis cum vocibus altos
Perlata ad cœlos: ante omnis gratior vnus
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas:
Et puerum pauca ore dabat cōplexus Iulum.
¶ Nate in quo spes vna patris per tanta laborum ¶ Aen.
Quem variis actus fatis discrimina duxi
Ecce inuenta quies: ecce illa extrema malorum
Erumnis factura modum acceptissima semper
Atq; optata dies: quam dura in bella vocatus
Sæpe tibi diis auspicibus meminisse futuram
Iam memini: nunc te cū primū aurora rubebit
Crastina sublimem rutulorū ad mœnia mittā.
¶ Dehinc sese ad gentē iliacam voluebat: & alto ¶ Poe.
Pectore verba trahēs blando est sic ore locutus.
¶ O socii per dura ac densa pericula vecti ¶ Aen.
Per tantos bellorum æstus duplicesq; furores
Armorū: per totq; hyemes: p qcqd acerbum:
Horrendum:

Horrendū:graue:triste:ingens:per qcqd iniquum
Infaustum:& crudele foret:conuertite mentem
In melius:iam finis adest:hic meta malorum
Stabit:& optatam latia cum gente quietem
Iungemus:dabit:inde mihi Lauinia coniunx
Bello acri defensa Italo cum sanguine mixtam
Troianam transferre æterna in sæcula gentem.
Vnum oro socii ausonios communiter æquo
Ferte animo & vosmet socero obseruate Latino.
Scæptrū idem sublime geret:sententia mentem
Hæc habet:at bello vos:& præstantibus armis.
Discite me:& pietate sequi:quæ gloria nobis
Cesserit in prōptu est:sed cœlū & sydera testor
Qui vos tantorum eripui de clade malorum
Idem ego sub maiora potēs vos premia ducam.
Poe. ¶ Talibus orabat:variosq́ in pectore casus.
Præteritos voluens:partamq́ labore quietem
Haud paruo:nimium ardenti exundabat amore
In Teucros:grauibus tandem euasisse periclis
Exultans:velut exiguis cum ex æthere gyrans
Incubuit pullis:& magno turbine miluus
Insiliens auido ore furit:stragemq́ minatur:
Tum cristata ales perculso pectore mater
Consurgit misero gnatorum exterrita casu:
Rostrum acuit:totisq́ petit:conatibus hostem:
Et multa expulsum vi tandem cedere cogit:
Dehinc perturbatos crocitans exquirit:& omnes
Attonitos cogit pro charis anxia gnatis.
Et tanto ereptos gaudet superesse periclo.
Non secus Anchisa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis:antiquum corde timorem
Flagrantisq́ agitans curas:& gaudia longis
Tandem partam malis.& que perferre molestum
Ante fuit meminisse iuuat:verum altior idem
Ingenti:& clara Aeneas supereminet omnes
Virtute excellens:& pro tot numina donis
Exorat:summisq́ Iouem cū laudibus effert



Interea rutuli:magnum & miserabile funus
Exanimūq́ ducem tulerant sub tecta frequētes
Correpti mœrore animos:largūq́ pluentes
Hymbrem oculis:& iam lato clamore latinum
Defessum:& varios agitantem pectore casus
Complerant:qui postq̄ altas crebescere questus
Et Turnū ingenti confossum vulnere vidit:
Haud tenuit lachrymas:dehinc mœstū lenit agmē
Corripuit manibus verbisq́ silentia ponens
Ceu spumantis apri qn̄ per viscera dentes
Fulmineos canis excepit præstantior omni
Ex numero:tunc infausto præterita casu

Cætera

¶ timorem mittite:forsan & hæc olim meminisse iuuabit Anchisa genitus scilicet Aeneas sic & Vergilius declinauit: qui & in vocatiuo dicit libro æneidos tertio. Coniugio Anchisa veneris dignate superbo cum a nominatiuo prime declinationis in es vsitatiores sint vocatiuus & ablatiuus in e. vt o Priamide & cetera: Quo circa sunt qui velint ablatiuum & vocatiuum in a formari non ab es.sed ab antiquo nominatiuo in a: Nam antiqui declinabant hic Anchisa & hic Atrida: vnde est vocatiuus Atrida vltima breui apud Horatium in sermonibus. Atrida vetas cur. Flagrantisq́ agitans curas bene dixit flagrantis id est ardentes quia cura secundum Seruium dicitur eo q̄ cor vrat.est autem accusatiuus.nam ordo est agitans:id est depellens corde scilicet suorum dolorem antiquū.id est inueteratum & curas flagrantis:& iuuat meminisse gaudia parta tandem.id est post longam expectationem:longis malis id est laboribus & erumnis. vt assuetumq́ malo ligurem. Meminisse iuuat ex illo est vt dixi forsitan & hæc olim meminisse iuuabit. Attamen ne laude sua fraudem speciose dictum est Quæ perferre molestū ante fuit meminisse iuuat &c. Verum altior:dicere potuisset altissimus: sed non dicit altior omnium sed altior supereminet omnes: quod idem est ac si dicat altior omnibꝰ supereminet omnes id est eminet super omnes &c. Interea post victoris triumphum describit viti luctum Tulerant sub tecta non ergo extulerant:sed intulerant. Quia effertur qui intus est ad sepulchrum aut bustum infertur qui foris: Largumq́ pluentes hymbrem id est more pluuię demittentes lachrymas guttatim cadentes. Liuius autem dicit pluisse lapidibus. Sed hic transsumptiue acceptum accusatiuo iūxit. Ceu spumantis &c. ¶ Ordo est Ceu id est quēadmodum quando canis præstantior cęteris omnibus.(Nam cum genitiuo comparatiuus duorum est)excepit per viscera dentes fulmineos:id est in morem fulminis inuadentes apri.id est suis syluestris spumantis scilicet ferocitate & agitatione:tunc cetera turba latrantum scilicet canum.perterrita casu scilicet canis laceri: infausto id est infoelici.fugit atq́ pauitat circunstans ore querulo id est querenti & lamentanti simili magistrū scilicet venatore & infremit:id est valde & intrinsecus fremit magno vlulatu ac ipsa turba canum commota.id est admonita manu domini.scilicet venatoris iubentis:id est præcipientis silentium:silet ore:& pręmit gemitum & coercet sese haud id est non aliter:hoc est eodem modo:rutuli quierunt voce suppressa &c. Quantos .id est o q̄ magnos motus & supple q̄ alternas vices:id est vicissitudines:negocia humana miscent: quasi dicat maximos & maxime alternas:quo id est quali turbine.id est turbatione & vertigine seu vicissitudine:vita hominum fertur: quasi dicat admirabili. O Damnosa superbia sceptri fragilis id est regni non diu duraturi:vnde in Georgicis perituraq́ regna aut quod nemo nō fragilis possidet:o furor o cupido dominandi innata. scilicet pectoribus nostris nimium:quo tu cęca vehis mortales: quasi dicat in maxima sępe mala vt de Turno patuit quo id est ad quem statum aut quam conditionem:o gloria tu quesita.id est parta & aquisita tantis periclis pro periculis.transfers.scilicet a tranquillitate sua:animos inflatos.scilicet spiritu superbię & ambitionis Quot insidias geris tecum: quasi dicat plurimas. omni enim admiratione interrogat. Ante oculos(si cernis)habes. Continuat sermonem nam ordo est:o gloria:si cernis melius diceret si cernas:quia cęcam dixit:heu tu habes ante oculos dulce venenum quod cum dulcedine inficit & interficit animos & honos mundi est supple letalis id est mortifer.heu dolentis interiectio munera regni sunt supple tristia:quæ:id est vtpote quæ cōstent haud paruo(quia ad generū cereris Sine cede & sanguine pauci Descēdunt reges:& sicca morte. Tyranni vt dicit Iuuenalis)id est magno: quia vita multis constent.& Heu grandia pondera rerum supple sunt tristia quæ:id est vtpote quæ nunq̄ queant promittere pacem placidam:id est sine intrinseca lite & agitatione: qa diuitię cum anxietate possidentur:nec requiem placidam. Sic in quarto Vergilius. Nec placidam membris dat cura quietem. heu decus regale:fortis accerbe & misere heu casus regum suppositos magno timori & negatos paci Moralis exclamatio vt ex aliqua saltem parte moribus prosit. O Turne: quid iuuat .i. prodest te supple mouisse id est concitasse ausoniam id est italiam saltem ꝑ parte:ingenti tumultu. & turbasse Aeneadas: id est Aeneæ socios coactos id est cogens eos in dura bella quia paucis & externis cum multis indigenis bellandum erat: quasi dicat nihil iuuat.& quid iuuat te violasse:pignora sacræ quietis : id est sanctę pacis fœdera: quæ tanta impatientia venit tibi animo:vt gereres martem id est bellum cum gente deum:id est deorum progenie & cum gente vecta huc.id est ad nos iussu tonantis: quasi dicat maxima(Ego vero potius legerem imprudentia q̄ impatientia peccant tamen etiam per impatientiam amorum) & vt Ordo.

☞ tu instans vltro: id est non lacessitus velles pellere: scilicet gẽtem deorum nostris tectis: Nateq; abrumpere fœdus tangit hystorias a vergilio descriptas obseruans videlicet ab illo inuenta perinde ac si economia ac dispositio eius operis huius decimi ter tij libri exegerit subsecutionem: cum tamen vt prius diximus in concesso sit Maronem in turno ceso sicut Homerum legerat in Hectore tracto finem operi constituisse. Quotiens tentaui reuocare? quasi dicat sæpe bis autem legitur in Vergilio vt in .xj .& iterum in .xij. Inde ego quanta tuli: vnde in duodecimo. Vincla omnia rupi: Promissam eripui genero arma impia sumpsi. Ex illo qui me casus quæ bella sequantur. Turne vides &c. Semirutis: semidirutis & deiectis: & agri magni albentes. aut agri albentes magnis ossibus. i. magnorum virorum: vnde in eodem .xij. cãpiq; ingentes ossibus albent: vnde conformiter legendum erit magni vt multitudinem occisorum significet Fluuijq; humana cede. i. sanguine rubentes: sic in .xij. Recalẽt nostro tyberina fluenta sanguine adhuc per tanta pericula cœpi hoc quoq; protestatus est turnus ipse in duodecimo ænei. dicens. Quam pro me curam geris hanc præcor optime pro me Deponas lætumq; sinas pro laude pacisci. Et ipse Latinus paulo ante dicta verba. O præstans animi iuuenis: quantum ipse feroci virtute exuperas: tanto me impensius equum est Consulere: atq; omnis metuentem expendere casus &c. Quo nam illa decens it: pro abiuit Ah quãtas &c. videtur deutius lamentari casum Turni quam par erat quippe qui tantopere gratulaturus sic æneæ ob victoriam: sed vt dicã potuit aliud vultu præ se ferre: aliud corde tegere quod tamen in egro viro non cõueniret. Circumfluet ardea: id est ciuitas ardeatina hoc est populus eius. Nam ipsa vrbs iam cõflagrauerat & i auem versa erat: quod licet Latinum lateret tamen vrbi non conuenit circunfluere. Sed non degeneri. Idem vt cætera fere ex Marone sumptum: vt de Pallante visum est. Aspiciet fossum pudibundo vulnere: id est de quo pudendum esset vt de vulnere suscepto in tergũ & aspiciet: vt. id est qualiter exceperis quia in pect⁹ aduersum Ensem Aeneæ troiani quasi dicat magni. Sublimem ingenti &c. Oĩa sũt ex Marone deprompta & præcipue ex .xj. vbi ad Euandrum missus est pallas vt nunc ad Daunũ Turnus. Multa super Teucrum. sic in vndecimo Multaq; præterea Laurẽtis p̃mia pugne aggerat. Non est tamen eadem idoneitas in negocio nam æneas victor; quem penes erant corpora & spolia hostium ĩteremptorum potuit funus pallanti ex sententia instruere. Latino vero cum quodammodo victus sit non competit ex Teucrorum corporibus pompam funebrem instruere. Nam id esset victoribus insultare. Post currus: id est postmodum equi sudantes cæde. id est sanguine &c. aut sic. ferentes scilicet rutuli enses & tela sequuntur post currus sudantes cæde phrygia &c. Metiscus qui dictus est auriga turni fuisse sicut acetes pallantis de quo in .xj. Ducitur infœlix euo confectus acetes Et ducit equũ: sic in .xj. post bellator equus positis insignibus æthon. It lachrymans Hinc alij versa arma gerunt sic in .xj. Tum mesta phalanx teucriq; sequuntur. Tyrrheniq; duces & versis Arcades armis. Gressumq; in tecta latinus Sic de ænea in .xj. Nec plura effat⁹ ad altos Tendebat muros: gressumq; in castra ferebat. Mugitib⁹ p̃ eiulatibus dixit. Nam mugitus proprie taurorum sunt eiulatus mulierum Inscius ad tantos &c. id est nescius supple se superesse ad tantos dolores. Superesse autem id est superstitem esse & restare. Nam vt A. Gellius docet significat etiam superfluum id est supra id quod satis sit esse. Et est pathos ab eo quod accidit præter opinionem & quod minime verebamur. Vrbem ingens flamma &c. hanc Ouidius fingit in ardeam auem mutatam Tectis rutis: id est dirutis & dissolutis per incendium. Fauille altiuole. id est scintillæ: bene autem alludit ad fabulam nam ardea auis videtur ab arduitate dicta: eo q̃ ardua volat: quam naturam videtur ex eo sumpsisse: q̃ ex scintillis, & fauillis ardeę incensę facta sit. proprium enim est scintillarum ac fauillarum ardua petere. & ad globum ignis tendere pulchre autem alludũt poete in figmentis suis ad res gestas. Nam cum vrbs ea ardea dicta fuerit ab arduitate & post exustionem solum remanserit; nomen quod idem aui inditum est pulchre finxerũt vrbem in auẽ mutatam: hoc est vrbis nomen in auis nomine perdurasse. Est autem hyperbole quod dicit. Et astra fauille implebant: nam nõ tantum ascendere possunt. Siue quidem sic dijs placitum. Moris est Vergiliani quoties causa non apparet sic loqui vt in principio tertij æneidos. Postq̃ res alie priamiq; euertere gentem Immeritam visum superis. Deorum enim iudicia sunt semp̃ iusta: sed sæpe ignoratur cur iusta sint. Signum vt fata darent Alludit ad illud quod de euandro dicitur in .x. Agnouit longe gemitum præsaga mali mens Pectora cedentes: id est contundentes. At veluti cum nigra cohors. sic Ennius quod & Maro sumpsit. It nigrũ campis agmen Bona autem est comparatio: nam si cauernula

☞ formicarum

Cætera turba fugit latrantũ: atq; ore magistrum
Circunstans querulo pauitat: magnoq; vlulatu
Infremit: ac cõmota manu dominiq; iubentis
Ore silet: gemitumq; præmit: sese. p̃ coercet.
Haud aliter rutuli suppressa voce quierunt.
Tunc sic illachrimans rex alto corde Latinus
Verba dabat? quantos humana negocia motus Latin⁹
Alternasq; vices miscent? quo turbine fertur
Vita hominũ? o fragilis dãnosa superbia septri?
O furor: o nimiũ dominandi innata cupido
Mortales quo cæca vehis? quo gloria tantis
Inflatos transfers animos quæsita periclis?
Quot tecũ insidias: quot mortes: quanta malorum
Magnorum tormenta geris: quot tela: quot enses:
Ante oculos (si cernis) habes? heu dulce venenum
Et mundi lætalis honos: heu tristia regni
Munera: quæ aut paruo constent: & grandia rerum
Pondera: quæ nunq̃ placidam promittere pacem
Nec requiem conferre queant: heu sortis acerbæ
Et misere regale decus magnoq; timori
Suppositos regum casus paciq; negatos:
Quid Turne ingenti ausoniam mouisse tumultu:
Et dura æneadas turbasse in bella coactos?
Quid iuuat & violasse sacre promissa quietis
Pignora? quæ tibi tanta animo impatientia venit?
Vt martem cum gente deum: iussuq; tonantis
Huc vecta gereres & nostris pellere tectis
Vltro instans velles natæq; abrumpere fœdus
Pollicitæ genero Aeneæ. & me bella negante
Dura mouere manu: quæ tanta insania mentem
Implicuit? quoties te in sæui Martis euntem
Agmina: sublimemq; in equo & radiantibus armis
Tentaui reuocare: & iter suspendere cœptum
Corripui: & pauitans cedentem in limine frustra:
Inde ego quanta tuli testantur mœnia tectis
Semirutis magniq; albentes ossibus agri:
Et latium toto vacuatum robore: & ingens
Exitium fluuijq; humana cede rubentes:
Et longi trepidiq; metus: duriq; labores
Quos toties senior per tanta pericula cœpi.
At nunc turne iaces: vbi nã generosa iuuentæ
Gloria: & excellens animus? quo splendidus alte
Frontis honos? quonã illa decens it frõtis imago?
Ah quantas Dauno lachrymas acresq; dolores
Turne dabis: quãto circumfluet Ardua fletu?
Sed non degeneri & pudibundo vulnere fossum
Aspiciet: saltem hoc miseræ solamen habebit
Mortis: vt Aeneæ troiani exceperis ensem.
¶ Hæc fatus lachrymisq; genas impleuit obortis. ¶ Poe.
Tum sese ad turbã voluens miserabile corpus
Attolli & charam mœsti genitoris ad vrbem
Deferri: atq; pios fieri mandabat honores.
Mox circunfusi rutuli lato agmine cæsum
Sublimem ingenti iuuenem posuere pheretro:
Multa super Teucrum raptorum insignia secum
Et galeas: & equos: ensesq; & tela ferentes
Post currus phrygia sudantes cæde sequuntur.
It lachrymans: & ducit equum docta arte metiscus
Rotantem: & fletu madidum qui vexerat ante

Victorem

Victorem Turnum:atq; hostili strage furentem.
Hinc alii versa arma gerunt:tum cætera pubes
Flens sequitur:largisq; humectat pectora guttis.
Et iam fessi ibant per muta silentia noctis
Cedentis sese:gressumq; in tecta Latinus
Flexerat ingenti turbatus funere mentem
Vna omnes lachrymas:matres:puerique:senesq;
Fundebant:mœstam implentes mugitibus vrbem.
Inscius at tantos Daunus superesse dolores
Et gnatum exeremo consumptum marte superbam
Effudisse animam:largisq; ad mœnia duci
Cum lachrymis:alios gemitus curasq; fouebat.
Nāq; ex diuersa caderent dum parte Latini.
Et calido turnus fedaret sanguine terram:
Vrbem ingens flamma:& muros inuaserat altos
Fumabatq; rutis miseri patris ardea tectis
Et tota in cinerem vergebat:& astra fauillæ
Altiuole implebant:nec spes plus vlla salutis
Siue quidem sic diis placitum est: seu prescia turni
Signum vt fata darent horrendo morte perempti.
Extemplo concussi animos turbataq; ciues
Pectora cedentes miserandæ sortis iniquum
Deflebant casum:longo ꝑ ex ordine matres
Atq; auidos toris fugiebant viribus ignes
Ac veluti cum nigra cohors posuere sub alta
Arbore & infissa radice cubilia longo
Formice instantes operi:si dura securis
Incumbat versosq; infringat culmine paruas
Sæua casas:mox certatim sese agmine sparso
Corripiunt mœstæq; fuga:trepideq; feruntur:
Et veluti ignitum testudo euersa calorem
Cum sensit luctata diu pedibusq; renitens
Caudam agitansq; caput magna vi cedere tentat
Aestuat:& multa insidians conamina miscet.
Haud aliter miseri per tanta pericula ciues
Iactabant sese:& turbata mente ferebant.
Ante omnes senio confectus ad æthera voces
Fundebat querulas Daunus superosq; vocabat.
Tum vero e mediis visa est consurgere flammis
Percussisq; ales volitare per aera pennis
Indicium nomenq; vrbis versæ Ardea seruans
Et cui sublimes stabant in mœnibus arces
Mutata effusis nunc circumlabitur alis
Attoniti nouitate omnes:monitisq; deorum
Haud paruis confusi humeros atq; ora tenebant
At Daunus patriæ ardenti concussus amore
Euersæ:duros gemitus sub corde premebat.
Hæc inter magno volitans prænuncia motu
Fama ruit:latisq; animos clamoribus implet
Aduentare nouum multo cum milite funus
Et Turnum exanimem:& lætali vulnere victum:
Mox turbati omnes nigras duxere frequentes.
Incensas ex more faces ardentibus agri
Collucent flammis:dehinc se venientibus addunt.
Quos postq̄ toto videre ex agmine matres
Percussis vocem palmis ad sydera tollunt:
At Daunus chari vt patuerunt funera nati
Substitit:& demum ingenti correpta dolore
Ora mouens medium sese furibundus in agmen
Proripuit:Turnumq; super prostratus & hærens
Quum

formicarum eruatur omnes sarcinulas quas queq; potest co eligunt:vnde eam sumpsit & maro in quarto ad profectionem aut fugam troianorum dicens.Migrantes cernas totaq; ex vrbe ruentes.Ac veluti ingentem formice farris aceruum.Cum populant hyemis memores tectoq; reponunt.It nigrum campis agmē &c. Vterq; autem videtur habuisse respectum negocij:nam troiani sarcinulas suas colligebant in fatalem terram reponendas: & ideo comparantur a Marone formicis colligentibus: ciues autem Ardeatini ex incendio quæ poterant receperant ad incertas sedes transferenda:& ideo bene comparantur formicis post euersum nidum partas opes recipientibus. Ab Ennio tamen nigrum agmen de elephantis dictum volunt.& ab alio poeta de mauris quod inconueniens non est. Nam licet verba & dicta aliorum ad suum institutum conuertere. Et veluti ponit secūdam comparationem sumptam a testudine animali quidem imbelli sed pertinaciter parieti domus incense adhærenti & non nisi cum summa indignatione derelinquenti quomodo & ciues ex incendio res suas tantisper dum possunt recipiunt: nec deserunt:nisi vi summa repulsi ingruente:scilicet igne. Potest autem prior comparatio referri ad strennue migrātes. posterior ad tarde descendentes.Calorem ignitum.id est ab igne procedentem luctata diu id est renitens contra flammę calorem: caudam agitansq; caput.illudq; non suo loco positum est nisi sit renitēs pedibus caudam:& agitans caput tentat cedere scilicet flammis magna vi scilicet pro modulo corporis. Tum vero e medijs: fictionem sequitur ouidianā secundum quam ardea incensa in sui nominis auem transformata est. Attoniti nouitate. Attonitus dicitur quasi a tonitru perculsus:& ideo omni vehementi perturbationi subito obruenti attribuitur:recte autem attonitos dicit:ꝓpter similitudinē exustionis vrbis cū tonitru: tonitru em̄ fit extinctione ignis in nube qualem crepitum dant sæpe incendia vrbis. Qui vero attonitus est horrore quodam concutitur propter inopinatam aeris commotionem & fulminis præuisi licet post orti apparitionē:q̄d vt Plynius sentit neminē ferit nisi prius exanimatum.Eo autem modo stupefacti erant ciues ardeatini & ex vrbis incensione & ex ardeæ(vt fingitur) apparitione Monitisq; deorum id est monstris quibus admonebantur rem quamuis magnam potendi:humeros atq; ora tenebant humeros a vehendis fascibus & sarcinulis : ora ab oratione : nihil enim dicebant stupefacti.At daunus &c.non oportune ponitur particula at:quæ aduersatiua est:& rebus contrarijs.congruit vt in fine tertij æneı. Fatoq; hic fine quieuit:At regina graui iam dudum saucia cura. Vulnus alit venis.vbi post quietem Aeneæ ponit commotionem Didonis:hic vero rutulorum stupefactionem nihil loquentium:inducit gemitus compressionem id est simile silentium.vnde non recte dicitur at:sed rectius dixisset.& Viri autem fortis est corde dolorem premere:vnde in primo de Aenea. Spem vultu simulat:premit altum corde dolorem.Quos postq̄ toto &c. Similem ploratum & vlulatum inducit in funere Turni.Percussus vocem. ¶Ordo est. Tollunt vocem ad sydera(male autem legeretur ad æthera quia ad corripi deberet)palmis percussis scilicet inter se vnde dicere potuisset concussis Quum primum fari potuit:sic & Maro.Male autem legeretur q̄primum. Nam licet q̄ acceptum pro valde ne iungatur superlatiuo tamen sensus malus esset.Nam non vult dicere ꝙ q̄primum.id est valde cito:sed ꝙ quū primum aut vt primum aut vbi primum potuit fari sic edidit ore aut pleonasmos est aut ore edidit.quia potuit dolorem suum etiam alijs indicare Quod id est ad quid præstans animi. Sic Latinus ad eundem in duodecimo. O præstans animi iuuenis:q̄tum ipse feroci virtute exuperas &c.Hic clare virtutis honos & gloria sceptri.Sic Euāder in duodecimo. Non hæc o Palla dederas promissa parenti Cautius vt sæuo velles te credere marti.Et æneas de eodem : hi nostri reditus expectatiq; triumphi:hæc mea magna fides? Per hæc autem κα]ατος ιωπομενου innuitur Turnus patri dixisse. ꝙ regnum & imperium cum Lauinia obtineret:vnde dicit hæc illa quies promissa &c.Heu miserum scilicet me:q̄ id est quantum quasi dicat maxime precipites casus agunt secla id est tempora labentia quia tempora labuntur more fluentis aquę. Quo pulchrior:alter non fuit &c.vnde Maro petit ante alios pulcherrimus omnes. Turn⁹ auis atauisq; potens:& alibi,cū de pulchro loqueretur dicit. Excepto Laurentis corpore Turni . honor sydereus:id est splendor & relucentia ac nitor ceruicis alte.quia ipse altus erat. Tali rediture paratu:id est apparatu pompa: scilicet funebri:legitur & tali n ꝓ tali ne.Bellis auidis id est quæ auide & feruenter geruntur.heu mortem inuisam sic Maro. Heu stirpē inuisam:sed noue secunde persone verbū subiunxit:vnde sunt qui legendum putent.heu mortem inuisam quæ tenes sceptra communia toti genti quia dominatur mortalibus omnibus & seruans æterna fœdera.quia omnes qui oriuntur aliquando mo

Ordo.

Quū primū fari potuit sic edidit ore.
Dau. ☞ Nate patris dolor:& fessæ miseranda senectæ
Rapta quies:quo me tantis iactare periclis
Duxisti:& sæuis tandem deuicte sub armis:
Quo tua me prestans animi constantia vexit?
Hic clare virtutis honos:& gloria scæptri?
Hoc magni decus imperii?talesne triumphos
Nate refers?hæc illa quies promissa parenti
Afflicto:toties?hæc meta optata laborum?
Heu miserum q̄ præcipites labentia casus
Sæcla agitant:quanto voluuntur fata tumultu?
Qui iam sublimes referebas clarus honores:
Et magnus toto in latio:quē troes in armis
Horrendum:& trepidi toties sensere furentem
Nūc mi Turne iaces miserandum & flebile corpus.
Iam mutū est sine voce caput:quo pulchrior alter
Non fuit in tota ausonia nec gratior vllus
Eloquio:nec quis positis ingentior armis.
Nate vbi forma nitens?niueaq; in frōte serenus
Ille decor:dulcisq; oculorum aspectus:& altæ
Sidereus ceruicis honos?his gloria martis
Contingit auspiciis:tali rediture paratu
Discedens voluisti auidis te credere bellis.
Heu mortē inuisam quæ sola vltricibus armis
Elatos frenas aīmos communia toti
Genti scæptra tenens æternaq; fœdera seruans:
Quæ magnos puosq; teris:quæ fortibus æquas
Imbelles:populisq; duces:seniumq; iuuētæ.
Heu mortem obsuram quæ causa indigna coegit
Eripere:atq; meum crudeli vulnere natum
Afficere:o fœlix tam grato cædis Amata
Successu lætare tuo quæ tanta dolorum
Fugisti monumenta grauisq; immania casus

Pondera



Qualis:vbi incubuit validus Iouis vnguibus ales
Et paruum effuso diuulsit sanguine fœtum
Cerua videns miseri turbatur funere nati.
Postera lux latum splendore impleuerat orbem.
Tunc pater infractos fatali marte Latinus
Defecisse videns italos:totamq; potenti
Cedere fortunam æneæ belliq; tumultum
Ingentisq; animo curas & fœdera voluens
Connubii promissa suæ nateq; hymeneos:
Præstantes vocat electos ex agmine toto
Mille viros:qui Dardanium comittētur ad vrbem
Spectatum virtute ducem:iūgitq; togatos
Multa oratores memorans:& euntibus vltro
Imperat vt(quando auspiciis:monitisq; deorum
Troianam miscere italo cum sanguine gentem
Expediat)placido intersint animoq; reuisant:

Aeneadasq;

☞ rituri sunt:tu frenas.i.reprimis.armis vltricibus.s. superbiæ & posuit vltricibus in neutro genere sicut Maro victricia dicens res agamennonias victriciaq; arma secutus animos elatos.i. superbos quæ res propria fuit Turno sicut in finem duodecimi memorauimus:manserat animosus & elatis animis vsq; ad mortem dicens vtere sorte tua. Elatus autem venit ab effero extuli elatum Est autem metaphora sumpta ab equis animosis & superbis qui freno coercendi sunt quotiens ferociunt. Sola autem mors id potest vnde a Iuuenale dictum. Nulli grauis est percussus achilles. Quæ magnos paruosq; teris:quæ fortibus æquas imbelles quia omnia mors tollit. populisq; duces quos poete vt egregios significent separare solent. heu mortem obscuram: at qui claro vulnere peremptum dixit. Verum obscuram dicit mortem. id est detestabilem vt quę tam clarum virum abstulit O fœlix magnus dolo sed ineptus. Non enim decet virum fortem sic odisse vitam vt suspendium laudet quamuis mortem honestam appetere posset sicut æneas. O terq; quaterq; beati quis ante ora patrum troię sub menibus altis: Contigit oppetere. & andromache in tertio æneidos O fœlix vna añ alias priameia virgo hostilem ad tumulum troiæ sub mœnibus altis iussa mori. Deerat adhuc. Deerat dissyllabum est sicut & apud alios vnde Lucanus. Non deest prolato ieiunus venditor auro. At vero tali &c. tangit quod prius dixi malum malo solere accumulari. vnde ordo est. At res versant se cum tali fœdere id est pacto & consensu inter se. id est ita vsu venire solet vt fortuna infrēdens petat & cogat. id est torqueat illum omni turbine:quem ipsa furens infesta. id est infeste aut quem ipsa furens moratur. id est detinet & reseruat ad grauiora mala miserum. id est miseratione dignum & immerito infœlicem:existens furens. id est insaniens. id est si fortuna alicui misero conseruat vitam id propterea facit vt diutius & grauius torqueat. Et multa illachrymās. id est multū nomē pro aduerbio. Vtitur autē fere verbis vergilianis

Pondera:quid misero genitori plura paratis
O superi:natum rapuistis:& ardea flammis
Cōsumpta in cinerē versa est:nunc æthera pennis
Verberat:ah me Turne tua plus cæde cruento.
Deerat adhuc sors ista patris suprema senectæ
At vero tali se res cum fœdere versant:
Vt quem infesta furens miserū fortuna moratur
Illum omnis petat infrendens:& turbine cogat.
Dixerat:& multa illachrymās largo ora rigabat
Hymbre:trahēs duros gemit⁹ rapidosq; dolores

